S. m. g.

-20

&c — &c.

Di sopra.



7.A.242





HIPPOCRATIS
APHORISMI
NICOLAO
LEONICENO VICENTINO
INTERPRETE.

IOANNIS MARINELLI
In eosdem commentarij. vij. ex Hip.
sententia compiobati.


INDEX COPIOSVS RERVM
ex libris Hip. ad Aphor. explanationem selectarum.

CVM PRIVILEGIO.



ATENEO VENETO
Biblioteca

VENETIIS, M D LXXXIII.



HIPPOCRATICAE MEDICINAE STVDIOSIS.

TOTAM *sententiam interpretando is maximè explanat, qui primus eã protulit: quid enim ea sit, quidq́, sibi velit, penitus nouit ille. Id autẽ satis diligenter curaße Ioannem Marinellum arbitramur, qui in aphorißmis explicandis Hippocratem ipßum secutus eß interpretẽ, & ducem: cuius interpretationẽ à Galeni explanatione quàmplurimũ differre cognoscetis: quanquã Galeni potius, quàm vos Hippocratis sectatores, dicent hunc nouũ interpretẽ sensus Hip. nõ percepißе, & quosdã produxißе libros, quos nunquã Hip. edidit, sed discipuli eius. Quibus respondebitis, ne oblitui scantur cuiusuis hominis eße errare, nullius nißi insipientis perseuerare in errore. nõ clam lacerent, sed coram, vel per litteras eum, quĩ Venetijs rem medicã exercet, certiorẽ faciãt: errata enim quàmlibentißimè corriget, grasiaſq́; habebit. sed quos libros Hip: ascriptos quanquã immeritò affirmant, eos nunquã delendos eße censet: nã existimat magis præceptis Hip: ac institutis abundaße eius discipulos, qui ea ex proprio ore acceperũt, quàm eos, qui mille poßt annos vixerunt, quiq́; nunc eum dẽ Hip. librum approbant, nunc damnant.*

AD LECTOREM.

Ante quam ad lectionem commentariorum te conferas ; errata corrigito grauiora , quale est. Car.20:aph.8.faceret debeat,legatur, facere debeat . car.24 linea.14.quia & in reliquo l.quin & in reliquo. car.27.pag.2.li.14.quam cum naturam.l.quare cum naturam.car.30.pag.2.li.32. moueat nos morbum.l.moueat nos verbum. car.40.pa.2.li.18.per ea loca,quæ vergit.l.per ea loca,ad quæ uergit . & li.18.ad loca.l.loca.c.52. si sit morbus l.si sit multus.car.53.si partes , uel partes.l.si partes,vt partes.c.56.læsa.l.beta.c.60. linea 2.protinus erit.l.potius iuuabit.c.98.pag.2. li.25.se habuerint morbis.l.se habuerint modis. car.101.li.23.rem auctam consuerunt.l.rem auctam conseruant. car.113.li.vltima ob ventriculis imbecillitatem.l.ob ventrieuli imbecillitatem.car.118.lin.18.calores inopiam.leg.caloris inopiam.& li.21.ob sanguines.l.ob sanguinem. car.127.lin.30.sit purgatio : enim.l.sit:purgatio enim.car.128.pag.2.li.vlti.per morbum circunductionis.l.per modum circunductionis.c.135. li.10.eum conseruant.l.eum non seruant.c.157. lin.20.rerum , aut vesicæ.l.renum , aut vesicæ. car.164.li.6.de nat.præ l.de nat.pue.car.168.li. vltima quæ ab nam.l.quæ ab materia .car.184. aph.62. concipiũnt.l.non concipiunt . cat.192. pag.2.lin.6 si morbosiores.leg.hi morbosiores. cat.223.pag.2.aph.21.hinc salsus.l.hinc saltus.

IOANNIS MARINELLI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS PRIMVS.

APHOR. I.

Vita breuis, ars verò longa, occasio autem præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora.

CVm plurima sint, quæ medicum remouere possunt à recta medendi ratione, quale est uitæ curriculū, quod natura homini circūscripsit exiguū, artis medicæ longitudo, occasio perpetuò fugiens, & iudicium difficile sanè, nisi expertum, cum periculo autem est experientia: idcirco Hip. in hoc aphoq̄ est uelut proœmiū, ac totius libri propositū, medicis uult hoc officii præceptū diligenter te-

nendum esse; quod ea omnia impedimenta industria, diligentiaq; superent. id autē si consecuti fuerint; ii postea pro salute ægrorū recuperanda quæ oppertuna sunt, exequentur. sed & æger, & assidentes, & extera operi faueant. Verùm q̄ Vita humana sit breuis, ac caduca, omnes sciunt. Medicinam autē artem esse, & omnium præclarissimam, scribit Hipp. in lib. de lege, aliisq; in locis. Quòd uerò sit longa non quo ad difficultatem, quam ipsa afferat; sed propria ratione existimandum est: non. n. sentit Hipp sicut uita est breuis, artem medicā propterea esse longā, & difficilē, q̄ omnium ferè operationum occasionem habeat momentaneā: nam, si res hoc pacto se haberet; difficultas artis uersaretur in circunstantiis. Verùm asserit eam longā esse per se: & idcirco non cito posse disci. nam scripsit in li. de locis in ho. Medicinā cito discere nō est possibile; ꝓpterea q̄ impossibile est statā, ac certam doctrinā in ipsa fieri: ut uerbi gratia. qui scribere dedicit, iuxta unum modū, quē omnes docent, nouit, & scientes omnes pariter nouerunt: ererum idē & similiter factū & nunc, & non nunc, non pōt fieri contrariū. sed semper exactè simile est, & nō opus habet occasione. medicina uerò & nunc & nō nunc non idē facit, sed ad eundem contraria sibi ipsis. explicat postea pluribus exemplis id, atq; nos docet idem purgans medicamentū posse & aluum mollē nunc reddere, nunc uerò duram. id quod non à medicamento prouenit, sed proprium est artis, quæ ut est habitus intellectus, sic eadē utitur re ad contraria assequenda. itaq; dicamus artem medicā dupliciter longā dici, primò. s. & per se: deinde per aliud. per se, & propria ratione si statur ex. g. purgante medicamento, ut aluus si-

statur:

statur: nã, antequam medicus percipiat, quibus facultatibus, quo pacto, quo ordine id perficere possit, longo indiget tempore. per aliud, si circũstantiæ, & alia ueluti instrumenta operationem pharmaci impediant, uel corrumpant, vel peruertant. Occasio aũt quin sit medico, ægro, assidentibus, & aliis exteris necessaria, non est dubium, propterea q̃ circunstat rem quamlibet occasio, locus, modus, instrumenta, & facultates. quid uero ea sit, docet Hipp. in lib. de Præceptionibus, & inquit. Tempus est, in quo occasio est: occasio uero, in qua tempus non multũ. medela tempore, aliqñ etiam occasione contingit. hæc sanè nosse oportet, & nõ ratiocinationi prius probabili intentum curã aggredi, sed exercitationi cũ ratione. Et propterea occasio est breue tempus habẽs in se alicuius rei idoneã faciendi, aut nõ faciẽdi, opportunitatẽ: qua transacta actio est inutilis, & molesta. Occasio igitur sit illa, in qua medicus eius operã exerceat, ut curet ægrũ uel cum diæta, uel pharmaco, uel alio instrumento, qđ naturam eius subleuare possit. Vt uero occasione uti sciat cognoscat oportet naturã ægri, res præternaturales, ueluti causam morbi, morbũ, & symptomata comitantia, antecedentia, & consequentia: res nõ naturales quid boni, malive adferãt, ut aerẽ, motum & quietem, somnũ, uigiliã, repletionem, inanitionẽ, cibũ & potum, & animi affectiones. cognoscat tandẽ res circunstantes, quemadmodum, tempus anni, constitutionẽ præsentẽ, futuramq́;, regionẽ, q̃ instrumenta sint adhibẽda, modum, & id generis: his.n. quatuor optimè cognitis, medicus & stata m ac certam habebit doctrinam, & occasionẽ licet breuẽ, & momentaneam, amplectetur: in qua qui curantur, tempestiuè, ac

rectè curantur: intēpestiuè uerò, atq; præter occasionē qui inclinationē ad peius habēt, hoc est pp curationem non in tempore factā. In constituenda igitur victus rōne, aut in pharmaco exhibendo, aut in chyrurgico opere exercendo tēpus opportunū, hoc est, occasionē eligat medicus: nā dæta tenuis habet suū tempus in morbis, in causis morborū, ac in symptomatibus: in temperatura calida, uel frigida, humore bilioso, uel nō, in uentriculo, uel alia parte corporis cārnosa, vel macilenta: in forti uirtute, uel debili: in hac uel illa regione, in hoc anni tpe: in corpore repleto, uel inanito. pariterq; dicendum est de reliquis quatuor rebus, quæ singulæ quoq; proprium postulant tempus: propterea quod hæc omnia, atq; cætera, quæ elementa sunt, uel ex elementis componuntur, sunt in perpetuo motu, mutationeq; & motus omnis mensuratur tempore, cuius aliquid est occasio, quæ præceps, & repentina dicitur, cùm fluat, pereatque sta: im. Experimentum autem quòd periculosum sit, potest duobus intelligi modis, per propriam naturam, & per aliud: triplex enim est experimentum, uel potius confit in tribus medici instrumentis, in diæta scilicet, in medicamentis intra corpus, uel extra adhibitis, & in chyrurgica operatione. Hæc tria si medicus noscat, ac morbum, causas eius, concausas, naturamq; ægri; nunquam dicetur experiri, sed cognoscere, & scire. si uerò ignoret uel omnia, uel quædam; eius instrumenta appellantur experimenta: propterea qp periculum facit de re, cuius nullam habet scientiam, nec morbum, nec ægri naturā, nec causas nouit. Itaq; si uel unam harū partium nesciat, profecto experimentator, & empiricus, non autem medicus appellabitur. At uerò

rò horum singula cõsiderãtur per se,& per aliud. uictus ratio,ut alimentũ dum cõsideratur per se, siue per propriã naturã,reperimus ipsum esse tenuis,uel crassæ substãtiæ,calidæ uel altetius tẽperiei,humorũ,& partiũ similium,uel dissimilium, saporis , odoris,facultatisq; unius, vel plurium: nouũ,uel uetustũ,speciei idoneæ hoïs uictui,uel non. Per aliud autẽ siue per accidens intelligitur alimentũ,si multũ sit,uel paucũ,si iucundum,vel iniucundũ:si facilè uincatur à calore humano, si bono,uel malo loco sit ortũ, si exhibitũ sit horis opportunis,si ordine congruo , ac tandẽ siqua id. comitentur extera,quorũ causa oblectet,uel conturbet naturã hominis. Hæc oïa primũ inuenimꝰ in alimẽto,qđ præterea quinque respiciat,hoïẽm scilicet,& morbum,causam morbi,symptomata, & circunstantias:aliud.n.alimẽtum desiderat homo crassioris naturæ, aliud tenuioris:aliud calidæ,aliud frigidæ,aliud sanguineæ,aliud pituitosæ,uel biliosæ , aliud omnium partiũ principum robustarũ,aliud tenuiũ,ac debiliũ,aliud rarioris substãtiæ,& cõpositiõis,aliud dẽsæ,aliud spirituũ crassorũ, aliud tenuiũ : aliud facultatis robustæ, aliud imbecillis,& languidæ:aliud operationum uelociũ,aliud tardarũ:aliud iuuẽtutis,aliud senectutis:aliud masculi,aliud fœminæ:aliud assueti huic , vel illi cibo,aliud nõ assueti:aliud diuitis, aliud pauperis:aliud hoïs ualde corpus exercentis,uel aïum,aliud ociosi:aliud correpti ab aliquibus animi affectib.aliud nõ correpti . Si humorẽ obseruauerimus ,siue causam morbi materialẽ; id alimẽti desiderat piruita, qđ nõ bilis:si locum affectum ab humore ; hoc alimentũ exigit capur ob pituitam languens , quod respuit uentriculus ob eandem affectus:si tempus concoctionis;

similiter

similiter differet & quo ad eius substantiã,& quo ad accidentia,uelutti quo ad quantitatẽ,qualitatem,actionẽ,passionẽ, tempus,locũ siue regionẽ. Si aũt morbũ respexerimus, atq; eius accidentia antecedentia,comitantia,& sequentia;distinguemus morbũ in partes,q̃ sunt principiũ, augmentum,status,& declinatio.itaque alia uictus ratio cõuenit principio,alia aliis temporibus:alia toti morbo, vt febri tertianæ,alia quartanæ:atq; alia tertianæ simplici,alia nothæ:alia morbo p essentiam,alia per consensum.alia pariter est necessaria accidentibus antecedentibus,alia comitantibus,alia sequentibus. Quod dictũ elt de alimento, idem assero de aliis rebus non naturalibus. quapropter, cum hæc omnia præcepta de victus ratione,quod est medici instrumentũ potissimũ, sint diligenter consideranda, atque error possit cõmitti tum ratione cibi, tum ratione medici, tum assistentiũ,tum denique ægrotantis;mirum nõ est, si Hip.scripsit experimentũ periculosum. Eandem præterea cõsiderationẽ habere oportet quo ad secundum instrumentũ,hoc est,medicamentum:siquidem medicamentũ siue intra corpus, vel extra applicitum, cõsideratur quo ad se, & quo ad alia, qualia sunt ægri natura, morbus, causæ, concausæ, & symptomata. quo ad se,dupliciter: quo.s.ad eius naturam, & quo ad consequentia eius naturã.in natura medicamẽti consideratur compositio eius primũ, crassa,an tenuis, terrea ne,an aquea,aerea,uel ignea:deinde temperamentũ,idest primæ qualitates,secundæ, tertiæ, & quartæ:postea eius humiditates siue humores: præter has,partes ipsius,& totũ:nam non vnius natura est in q̃plurimis medicamẽtis pars crassa,& tenuis,pars externa,& interna,superior

pars,

pars, & inferior: pars eius elementaris, & pars alimentalis, si alimento usa fuerit. In natura medicamenti sequentibus obseruatur magnitudo, & multitudo medicamenti, tempus, ut si recens, an uetustū, regio, qualitates, eius ueluti promptitudo eius ad aliqd agendū, aut patiendū, qualitates eius passibiles, figuraq; eius, & partiū: sic actio, passioq;. His cognitis, accedendū est ad alia, quæ respicere debeāt medicamentū & primū ad corpus humanū, cui debet adiungi, atq; in eo spectari oportet, utrum compositio, & structura eius ab hoc medicamento iuuetur, an lædatur; utrū temperamentū, humores, spūs, partes singulæ præsertim principes, facultates, ac tandē actiones adiumentū, an noxā suscipiāt adeo, ꝙ maius sit periculum, q̄ auxilium futurū: nam si medicamentū id lædat uel totū corpus, uel aliquas dictarū partiū primariarum dicetur experimentum, ac pariter si iuuet; cum nullam habuerit medicus scientiā corporis humani, eiusq; partiū. Præterea medicus morbū cognoscat, eiusq; genera, differentias, definitionē, materiā ex qua ortū ducit, eius formā, partes & proprietates. uer. gra. tertianā febrē, eius genera, in quo differat ab aliis febribus, quid ea sit, à quo humore procedat, quis calor sit, partes febris, & q̄ sint huius febris propria: nam, si hæc ignorarit uel omnia, uel aliqua; proculdubio si medicamentū adhibuerit; experimentū dicetur, siue iuuet, siue lædat. Videat etiā symptomata p̄sentia, præuideatq; futura. ꝙ nisi fecerit, eodem pacto siue iuuet, siue lædat medicamentū, appellabitur experimentū. eadē dicere oportet de circunstantiis: nā hic locus postulat id medicamēti quod iste respuit: sic tempus anni, constitutio, occasio, modus, & instrumenta: si. n. dicitur pharmacum

macum uomitoriū tēpore hyberno,(niſi materia ſit præparata:nam hoc pacto ſi egeris;in illo corpore hyems uertetur in æſtatē) eſt experimentū, q̃q̃ opem ferr;cū tale pharmacum æſtatē deſideret,ut aliàs ă nobis declarabatur.idem eſt aſſerendum de reliquis circunſtantijs .ignorante igitur medico pharmaci natură , & alia,quæ ſunt pharmaci obiecta,nō pharmacū,ſed experimentū nominabitur.Operatio quoq; chyrurgica experimē tūm dr̃,ſi medicus neſciat naturā ipſius operationis,naturā hoīs,in quo facienda eſt:morbum,ob quem fiat : & cauſam morbi, concauſas,ſiue circunſtantias,& ſymptomata morbi.hæc eadem repetere ſuperuacaneum eſſe arbitror . Et hæc de experimento dicta ſint ,·& ad iudicium tranſeamus : quod iudicium cenſet Hippo.eſſe difficile ob rei difficilem cognitionem: eſt enim iudicij ratio cognoſcendi aliquid. Sed iudicium medici ſit,ut quàmmaximè intelligat & cognoſcat morbi naturam,unde incipiat, quem finem ſit habiturus, & omnia alia , quæ morbum antecedunt, cōmitantur,atq; ſequuntur . deinde noſcat ægri naturam,& circunſtantias.ad quæ omnia cognoſcenda cum plurimū temporis poſtulent , plurimumq; diligentiæ , ſtudii,ac diſciplinæ;& idcirco appellauit Iudicium difficile.Quoniam igitur Vita eſt breuis,ars longa,occaſio præceps,ac momentanea,experimentum periculoſum , & iudicium difficile;& propterea ſubdit Hippo.Nec ſolum ſe ipſum præſtare oportet opportuna facientem;ſed & ægrum,& aſſidentes,& exteriora,hoc eſt,oportet non ſolum medicum facere ea , quæ ægritudini curandæ competunt:ſed etiam ægrū, aſſidentes; & exteriora . Sed ferè totum opus eſt medici non ſolum in rectè agendo , ſed etiam in

præci-

præcipiendo. Verùm, ut rectè agat ea, quæ morbo competunt; est primum necesse, ut artem habeat medicam, deinde agat secundum artem. & qui secundum artem agit, secundum naturam agit: ars enim imitatur naturam. sed natura facit ea, quæ opus sunt: etenim inquit Hipp. in lib. 2. de mor. pop. sect. 5. morborum naturæ medici. inuenit natura ipsa sibi ipsi aggressiones, non ex præmeditato, partim uelut est nictare, partim verò & ea, quæ lingua subministrat, & quæcunque alia huiusmodi, non edocta natura, & nullo magistro usa ea, quæ opus est, facit. Et in li. dè arte scribit. natura stimulata, & impulsa artis peritis quæ facienda sunt, demonstrat. cogit autē partim coalitum in nobis calorem pituitam per ciborum, ac potuum acrimoniam diffundere: quò intelligat, quid sibi uisum sit de illis, quæ ut uiderentur, ipsa machinata est: partim uerò spiritū velut delatorē. tū uiis arduis, tū cursibus accursare, ac prodere cogit. unde natura docet artē, q̄ postea eam imitatur, & artifex est naturæ minister; & imitator. Qui igit curare rectè uult ægrotātes, scientiā, & artē eos curandi habeat est necesse. Scientiā vero alicuius morbi habemus, cū cās eius cognoscimus. sed morborū causæ sunt quatuor, efficiēs. s. formalis, materialis, & finalis: efficiens aūt partit in cōsulentē, p̄parātē, siue disponentē, adiuuantē p̄ficientē, & cōseruantē. natura & medicus consulit, & demonstrat q̄ ad morbū expellendum sint opportuna. instrumēta naturæ & medici p̄parāt, quæ tria esse diximus. adiuuāt ea, q̄ circumstāt, ut locus, tempus & reliquæ circunstantiæ. adiuuant etiam res non naturales, & naturales, ut partes corporis ægrotantis dum ualidæ sunt, imo perficiunt opus medici, & sanitatē demum restituunt

&

& cõseruant: ppea q hæ sunt naturæ instrumẽta quapropter q artẽ uult exercere medicã, has cãs officiẽtes noicat oportet: atq; hæ sunt instrumenta medica, res materiales, siue partes corporis humani, nõ naturales, & circunstãtiæ. secunda causa est materialis, q̃ est ea, ex qua morbus oriũ ducit. & sunt quatuor humores excedẽtes, aut imminuti, aut corrupti. cã verò efficiens horũ potentias ad actũ disponit, uel præparat, uel adauget, uel imminuit, uel perficit, uel tandẽ conseruat. actus autem talis est forma, quæ est aut in agente, aut in materia, & antequã educatur, est in potentia, postea uerò euadit forma imperfecta, & rudis, tertiò perfectior fit à circunstantijs. quartò est completa, ac perfecta, quæ demum compositum conseruat. Finalis autem causa non una est, sed multiplex: prima. n. est in efficiẽte, & in obiecta materia. deinde est alia uelut uia ad pfectũ finẽ, siue p̃parans ad ultimũ finẽ. alia est adiuuans, & dñr fines cui. alia est hãbitus, ac tandẽ alia est pfectus, & ultimus actus, & finis nostri corporis uiuentis. Hinc comprehendere possumus, siquis artem curandi morbum tenere uelit; has scire causas eum oportere. quare, ut & medicis placet, noscat res naturales, non naturales; circunstãtes, & p̃ternaturales: q̃ oẽs referuntur ad dictas cãs. Medicus igit dũ intelligit cãm morbi p̃ducentẽ, cognoscit ea, q̃ morbũ præparãt, q̃ uim rerũ p̃parantiũ adiuuẽt, & q̃ morbũ cõplent, & cõfirmãt. p̃parant aũt res nõ naturales, præparãt & naturales, dũ inter se rõnem non hñt, quẽadmodũ si uires debilitent, uel calor, vel temperamentũ, uel spũs, vel humores, vel partes q̃dã similares, dissimilaresve, vel tandẽ cõpositũ ipsum: nã oẽs hæ, vel harum quæuis debilitari põt, corrumpi, vel vitiari

adeo,

adeo,q̄ alimentū disponat, ac præparet ad mor bos: qui morbi corrobantur ēt à circunstantibus: circunstantiæ.n.respiciunt res naturales,p̄ternaturales,& nō naturales: nā oībus seruiunt,& ministrantes sunt. Quapropter ad curandas ægritudines est opus peritia rerū naturaliū, non naturalium,præternaturaliū,& reliquarū, quæ has cōsequuntur,ac tandē circunstantium. Quòd res naturales cognosci oporteat,scribit Hipp.exemplū de nonnullis partibus corporis in lib.2.de mor. popu.sect.prima,quando ait. Considerandæ sunt longa capita ex uiuendi ratione, & ceruices longæ ab inclinationbus, & uenarum amplitudo,& crassitudo ab eodem,& angustiæ, ac latitudines, breuitates,ac tenuitates ex contrariis.de aliis ve-rò partibus legamus librum de arte, atque cæteris.Sed in li.1.de morbis hæc ait. Animaduertat de corpore quod calidū sit, aut frigidū, aut humidum,aut siccū:& quod forte,aut debile,aut densum,aut rarum. De rebus aūt non naturalibus in plurimis locis scriptū est ab ipso:sed in Epistolis legitur.Oportet animū aduertere, & peculiariter viuere, ubi te ipsum præparaueris in has partes: quò morbi accidentes nullum capiant augmentum,per curam diligentem, & bonum ordinem: ita ut neq; re iuenereæ intemperantia, neq; diuersorum eduliorum incontinentia, neq; somnis immodicis,in exercitato corpore utaris. Sed de his copiosiꝰ in li.de Diæta.siue uictus ratione, atq; aliàs.De rebus circunstātibus aliquibus agit Hip.in li.de aere,aq & locis, ubi etiā scribit non minimā partem conferre ad rem medicā Astronomiā:propterēaq; unà cū temporibus uētriculi in hominibus mutentē.Et in lib.de Natura hu. asserit anni tēpora augere, uel minuere humores:

itidemq;

itidēq; morbos fieri, atq; curari per eadē. Et in lib.de dieb.iud.oportet exactè perdiſcere unamquanq; temporū conſtitutionē. de reliquis autē circunſtātiis pluribus in locis agit, quemadmodū de occaſione, de inſtrumentis medicis, de modo curandi per ea, de facilitate, difficultateq;, de ordine, & id generis. De rebus præternaturalibus, q̄ à medicis dicunt cauſa, morbus, & ſymptomata, diſſerit in omnibus eius libris: nam in lib. 1. de morb.mul. cauſam morbi ſtatim exactè interrogare medicū iubet: multū.n.differt muliebrium morborum, & uirorū curatio. Et in lib. 1. de morbis ſcribit hæc. Animaduertere oportet primū à quibus omnes morbi fiunt. & infrà ſubdit. Morbi uniuerſi fiunt ex his, quæ in corpore inſunt, tū à bile, tum à pituita: ab externis uerò à laboribus & uulneribus, ſed & à calido & ſupercalefacien-te, & à frigido ac ſuperfrigefaciēte, & ſicco, ac ſuperexiccante, & ab humido ac ſuperhumectante. de his præterea cauſis proditū eſt in li. de nat. hu. copioſè, atq; aliis in locis. De morbis uerò ubiq; pertractat, & iubet eū, qui mederi uult, morborū eſſe bonum indagatorē, ut in lib. de Arte docet. At in lib. de dieb. iud. oportet exactè perdiſcere quenq; morbū; & q morbus ſit bonus, & qui periculoſus, aut in cōſtitutione, aut in morbo: & q̄ morbus longus ſit, & lethalis, & qui longus, ſed nō lethalis, & qui acutus ac lethalis: & q acutus & nō lethalis: ex his.n. ordinē dierū iudicatorio-rum conſiderandi; & p̄dicendi facultas dat, & ex his cognoſcere, quibus, qñ, & qūo uictū præſcribere oportet. hæc ferè eadē recenſet in lib. 1. de morbis. De ſymptomatibus uerò ubiq; agitur. Neceſſe eſt igitur eū, qui morbos rectè curare cupit, artē curandi habere, eaq; habetur cognoſcendo

do cauſas, cauſæ uerò notæ ſiunt per ſigna, q̄ triplici in gñe diuiduntur, morbū futurū declarantia, de quibus Hip. in libris de Diæta, morbū præſentē quis ſit oſtēdētia, vt in lib. de victus rōne in mor. acu. in libris de morbis, de morbis mulieb. de morb. pop. & in lib. aph. & quem tandē finē habeat morbus prædicētia, ut in li. progno. & alias. cauſas aūt, quas recitauim⁹ quatuor, appellāt medici res nō naturales, naturales, præternaturales, circunſtāteſq; atq; id eſt Hip. ꝓpoſitū. Non ſolū igit medicū facere ea oportet, q̄ cōpetant morbi curationi, ſed ægrū, aſſidentes, & exteriora debēt agere ea, quæ ualerudini curādæ ſint opportuna, nec ea impedire. Aeger aūt opportuna faciat: qm̄ ut ait Hip. in lib. 1. de mor. pop. ſect. 2. ars ex tribus conſtat, morbo, ægroto, & medico artis miniſtro. ægrotū cum medico aduerſari morbo oportet, ſed æger imperata à medico faciat: etenim, ut ſcribit in lib. de Arte, ægri neq; qua parte laborēt, neq; ob q̄ cām, neq; quid ex præſentibus futurum ſit, neq; qd ex horū ſimilibus fiet ſcientes medici imperio ſubiacent, dolentes quidē ob præſentia, timentes autē futura: & pleni morbo, & inanes ciborū ea malunt aſſumere, q̄ morbo grata ſunt, q̄ quæ ad ſanitatē faciunt. mori quidē non amantes; ſed tolerare tñ non potentes. Aſſidentes uerò imperatis obediāt, exteriora autē re moueant; ſi obſint: ſi verò iuuant; adhibeantur.

APHOR. II.

In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontinis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt: ſin minus, contrà. Sic & vaſorum inanitio, ſi talis fiat, qualis fieri debet, confert, & bene tolerant: ſin

nimus, conuè. Inspicere itaq; oportet & regimen, & tempus, & ætatem; & morbos, in quibus conueniat, aut non.

Proposuit agit Hip. medicũ facere ea debere, q̃ ad morbi curationẽ sint opportuna. Hoc autem tẽpore explicat, quæ sint ea opportuna, quæ agere debeat, in morbo à repletione facto: sit enim alius morbus à repletione, alius ab inanitione. Cum autẽ medico ad opportuna faciẽda, ut antea diximus, sint cognoscẽdæ, res naturales, non naturales, præternaturales, & circunstãtiæ, prius quã ad curationẽ se conferat: nec curatio perfici possit nisi p instrumenta, quæ tria sunt, uictus ratio, pharmacia, & operatio chyrurgica; idcirco in hoc apho. qua opportunitate facienda sit uasorum inanitio per uictus rationẽ, initium sumit, & per cõparationẽ arguens inquit. Quemadmodum, si, dum uenter purgatur sponte, uel uomitus fiat spontaneus, talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt ægrotãtes: contrà nocet, & molestè ferunt: sic, si, dum per victus rõnem uasa inani antur à medico, uel sponte ad morbi curationẽ, talis fiat uasorum inanitio, qualis fieri debet; confert, & bene tolerant: contrà uerò, nocet, & agrè ferunt. Inanitio fit aliquo trium instrumentorum, de quorum altero, hoc est, de inanitione, quæ fit per victus rõnem agit Hipp. & propterea triplex est inanitio. sed q̃ fit à pharmacia, vel chyrurgica operatione, reuera dicitur euacuatio: quæ uerò à victus ratione uasorũ inanitio, de qua his primis aphorismis agitur. de illa uerò, quæ fit per pharmaca, differet Hip. in alia parte huius libri. Quòd uerò de illa inanitione scribat, quæ fit per diætam legitur in

lib.

lib. de Vict. ratione in mor. acu. his uerbis. Quicunq; ptisana in his morbis utuntur, nulla die uasa uacua fieri permittant, & non intermittant, nisi ob medicamẽti, aut infusi per clysterẽ usum intermittere oporteat. deinde subdit. copia sufficit, ut cõsuetudinis grã qd ingerat, & ut ne multa uasorum uacuatio fiat. Et paulò infrà. Melius esse aſſero statim omnino incipere sorbere, quã iam præeuacuatis sorbere auspicari tertia, uel quarta die. Et infrà dum tractat de consuetudine prandendi, uel cœnandi, ait. Qui præter cõsuetudinẽ semel in die cibũ accepit, si ubi tota die uasa uacua fecit, quantum consuenit, cœnauerit; ve risimile est, si tunc cum impransus esset, doluit, & ægrotauit, & ubi cœnauit, grauius fuit, multò magis grauari. Et subdit. Non licet intempestiuè, neq; uehementissimas uasorum uacuationes facere, neq; urgentibus morbis, & in inflammatione cõsistentibus cibos exhibere. In lib. autẽ de articulis in parte libri illa, in qua sermonem habet de costarum fractura, inquit. si febris continua eos nõ corripuerit: etiã uasa per inediam his uacua fieri deterius est, quàm si nõ uacua fiant. maiorẽ item dolorẽ, ac febrẽ, & tussim inducit: moderata n. uentris repletio costarum fit directio. Sed uacuatio pendentes costas facit, & postea pendentia dolorem inducit. plura etiam loca producere in medium possemus; si sermo noster in lõgum protraheretur. Sed præterea nos confirmant in hac sententia illa uerba, quæ in hoc apho. subdit. eaq; sunt. Inspicere oportet & regionẽ, & tẽpus, & ætatẽ, & morbos, in quibus conueniat, aut nõ: nam, postquã ostendit in sequenti aphor. qualis esse debeat uasorum uacuatio, comparando eã optimo Athletarum ha

bitui; declarat postea, quænã diæta cõpetat morbis acutis, & q̃ longis, quæ partibus morborũ, q̃ uirtuti ægrotãtis, q̃ ætati senili, uirili, iuuenili, ac puerili, q̃ tẽporibus anni, vt hyemi, ueri, æstati, & autumno. Hipp. igitur in hoc aph. docet medicũ, uacuationẽ ualorũ per diætã debere fieri talem, qualẽ postulat morbus, regio, ætas, tps anni. Nũc uerò ad reliquas Aphorismi partes explanandas ueniamus. In perturbationibus uentris hoc est, in purgationibus. s. spõtaneis; Perturbatio. n. hoc loco sumit p purgatione, tñ quid uerè ea sit, declarat Hip. in li. de Nat. pueri, & inquit. Vterũ nõ gestãtibus ubi mẽses nõ prodierint; dolor oborit ppea q sanguis singulis mẽsibus turbatur ab huiusmodi necessitate, q mensis à mẽse multũ differt. vbi cõprehendimus turbationẽ antecedere euacuationẽ. attamen pro euacuatione, descripta est in fine lib. Affectionũ hoc pacto. venter aliqñ perturbat, aliqñ sistitur, aliqñ etiã pro ratione secedit. Spontaneũ uomitum, & spontaneã euacuationem nonnulli eã appellant, q̃ natura regens facit, uel quæ à natura rectè facta est. qđ minimè uerũ esse ex uerbis Hip. palã fit: nã si à natura regẽte nostrũ corpus, vel à natura rectè agẽte fieret uentris perturbatio, uel uomitus; maxima ex parte prodesset: dum enim natura regit, vincit omnia lædentia, ac superat. Sed ait ipse. Si in perturbationibus uentris, & uomitibus spontaneis talia purgentur, qualia purgari oportet; confert, & leuiter ferunt. quare, si natura regens talem euacuationem efficeret; superuacaneum esset dicere. Si, hoc est, hac lege, q talia purgentur, qualia oportet. Præterea in lib. de lo. in homine prodictum est. Bilis ubi sua sponte eruperit aut infernè, aut supernè; difficilius sedatur: quæ. n. sponte proce-

procedit, præ uiolentia corpori facta impellitur. Habemus etiã ferè eandẽ Hip. ſententiã, q̃ eſt in aph. hoc in li. de Vete. medicina, q̃ paulò pòſt recitabimus. Et idcirco dicamus oportet uentrem pturbari ſpõtè, uel uomitũ fieri ſponte poſſe biſ: tiã intelligi, vel à natura totũ corpus uoſtrum gubernante, uel á natura aliquã eius partem regente. ſi à natura totum corpus, uel à natura uniuerſali id regente; vomitus ille, atq; euacuatio eſt recta; nihil enim fit à natura corporis uniuerſali, quod non rectum, non bonumq́; ſit. Si uero à particulari natura ſcilicet alicuius partis; poteſt huiuſmodi ſuomitus, & euacuatio non recta, nec opportuna eſſe: atq; id, propterea quòd aut pars illa eſt læſa per ſe, aũt ab aliquo adueniente extrinſecus, ueluti à cibo, potu, ab humoribus ab aliqua parte in illam detruſis, & à rebus circunſtantibus. ſi pars illa ſit læſa per ſe, & in ſe habeat cauſam læſionis totam, atq; eam expellat; illa purgatio recta erit, utilis, & facilis. Si uerò aliunde ueniat cauſa ut ab alia parte; euacuatio erit fortaſſe intempeſtiua. Si uero à cibo, uel humiditate quapiam ſtimulante partem, & non correcta à natura uniuerſali; erit purgatio præter tempus, & ſymptomatica. quapropter non eſt aſſerendum, quod omnis euacuatio quanquam facta ſponte, ſit à natura regente uniuerſali: põt. n. fieri, vt vel à natura partis debili, vel à materia mordicante, vel à vi morbi fiat purgatio, quæ dicetur ſpontanea. & quoniam cauſa non eſt ſenſui nota, & non manifeſta; appellatur ſpontanea, quemadmodum legitur in aphoriſ. illo, Spontaneæ laſſitudines morbos prænuntiant, hoc eſt, laſſitudines ortæ à cauſa non manifeſta. ſubdit poſtea Hippo. Si talia purgentur, qua-

lia purgari oportet. purgari talia, qualia oportet nō magis significat humores, q̄. cibū, potum, atq; alias humiditates, dum qualitates habeāt purgationi idoneas. Quænā verò sint hæ qualitates, explicat in lib. de Veteri med. his verbis. Vbi liberati à flaua bile fuerimus, & purgati aut spōte, aut per medicamentū, si modò tēpestiuè quid ipsorū fiat; manifestè & à doloribus, & à calore liberamur. quātò aūt tēpore eadē eleuata fuerit, & cruda, & meraca, ac intemperata; nulla arte neq; dolores, neq; febres sedare poteris. Ex his intelligimus ea oportere purgari, quæ neq; eleuata sint, neq; cruda, neq; simplicia, neq; intēperata. hoc pacto euicta erunt à natura, q̄ redundantia expellet, aut ea in alimētū vertet. Hæc explicat, & qūores ita sese habeat, exponit in lib. de natura hominis, dum ait, Sanguis, pituita, & utraque bilis sunt corporis natura, & per hæc ægrotat, & sanus est. sanus maximè est, ubi tēperamētū hæc inter se habuerint moderatū facultate, & copia, ac ubi maximè fuerint permixtā. ægrotat aūt, cum horū quid minus, aut plus fuerit, aut sēparat in corpore, & nō fuerit reliquis oībus cōtemperatū: nam, cum quid horū secretū fuerit, & p se steterit; necessariò nō solum locus, vnde secessit, fit morbidus; sed etiā is, in quo stat, & in quē ob nimiā copiā diffusum est, dolore, ac morbo vexatur: nam sicut nimia copia, siue repletio, sic euacuatio dolorem facit. Habemus igitur qualia esse debeant, quæ purgantur: vt vtilia sint, nec molestè ferant euacuationē ægrotantes. sed qualis vasorū inanitio fieri debeat, aggrediamur. ea verò esse debet, quæ neq; summè tenuis, neq; summè crassa: omnis. n. excessus periculosus. sed respiciat naturā regionis, temporis, ætatis, siue psonæ ægrotātis, &

morbi:

morbi: si.n. talis fuerit; conferet omnino, & facilè tolerabit æger. quocirca inspicere oportet, vt ait Hip. in diæta: cõstituẽda regionẽ, tempus, ætatem, & morbos. Regionẽ; qm̃ regio hoĩes reddit magis, & minus edaces, & bibaces: scribit. n. in lib. de aere, aq. & lo. eos, q̃ septentrionalẽ plagã habitãt, edaces esse, sed nõ multũ bibaces: qui oppositã colunt regionẽ, ad edendũ, & bibendũ nõ appositos esse; q̃ inter has, medio modo se habere. Tempus: anni. n. tempora hoĩes faciunt magis minusq̃; apros ad edendũ, quẽadmodũ recenset aph. 15. huius libri, qñ ait. Ventres hyeme, & vere natura calidissimi sunt. Ætatẽ; quia ætas etiam idẽ efficit: nam senes facillimè ieiuniũ ferũt, minime pueri, vt in aph. 13. agitur. Et dum Hip. nominat ætatẽ, significat ẽt personã hominis: nam sub psona subiacẽt sexus, ætas, cognatio, habitus corporis bonus, maluſq̃;, facultates, calores, spiritus, humores, partes similares, dissimilareſq̃;, consuetudo, fortuna, studia, animi affectus, exercitia. Morbos tandem: quoniam in morbis acutis victus tenuis esse debet, in longis verò nõ, sicut explicat aph. 4. huius libri. & ad morbum referri possunt causæ, & symptomata.

APHOR. III.

Habitus exercitatorum, qui ad summum bonitatis attingunt, periculosi, si in extremo constiterint: neq; enim possunt in eodẽ permanere, neq; quiescere. Quum verò nõ quiescant, neq; possunt proficere in melius. Reliquum est igitur, vt decidant in deterius. His de causis bonum habitũ statim soluere expedit, vt corpus rursus nutriri incipiat, neq; compressio-

nes ad extremũ ducendæ: periculosum enim. Sed qualis natura fuerit eius q debet perferre, nd hoc ducere cõuenit. Sic et euacuationes quæ ad extremũ deducũt, periculosæ. Et rursus refectiones, quum extremæ fuerint, periculosæ.

Cum præcedens sermo fuerit de uasorum inanitione, quæ si talis fiat, qualis fieri debet, confert; qualis uerò esse debeat Hip. narrat hoc aph. primũ in genere, deinde secũdũ modos. in genere. ait uasorũ inanitionẽ, si conferre debeat, necessario oportere esse moderatã. in sequẽtibus posteadat modos, q̃ sunt morbus, ætas; & tempus anni. per cõparationẽ igitur Hip. explanat talẽ sententiam. Quemadmodũ Athletarum habitus, qui in extremo bonitatis cõstiterit, est periculosus: qñ in eo statu nõ põt pmanere, nec in altiorẽ ascendere, q̃ fit: unde necesse est, ut in deteriorẽ decidat: sic compressiones extremæ, & nõ moderatæ sunt periculosæ: ppea q̃ nõ ad tale ducũt, qualis natura fuerit eius, q̃ debet perferre. sic euacuationes ob eandẽ causam, siue inanitiones, q̃ ad extremum deducunt, ac modos nõ habent, sunt periculosæ: sic & refectiones, & quæuis repletiones, q̃ extremæ sunt, periculosæ euadunt. Id videtur esse Hip. propositũ in hoc aph. p̃ comparationẽ cõfirmatũ. ex quo accepimus talẽ nos facere uasorum inanitionẽ, qualis fieri debet, si ea fuerit moderata. sed immoderatio dũ tendit altius, facit redundantiã, & quæ descẽdit, efficit defectũ, & ambo hi excessus immutãt corporis temperiẽ, q̃ cõsistit in æqualitate humanæ naturæ ꝓportionata. Ex immutata tẽpetie vel ex intẽperie fit morb⁹. imo inquit Arist. in par. 1. prob. 2. secunda ualetudo mediocritas quædã est. hæc est in substãtialib. qualitatibus,

tibus, ex quibus corpus cõflatur humanũ. dũ uerò huiusmodi tẽperies minuit; disponit ad morbũ: dum corrumpit, fit morbus: dũ destruitur; mors succedit. Et ppea rectè scribit Hip. in lib. 2. aph. 4. Non satieras, non fames, neq; aliud quicq̃. s. rerũ non naturaliũ, quod modũ naturæ excesserit. sed, ut recitat in li. 6. de mor. pop. sect. 6. labores, cibi, potus, somnus, res uenereæ omnia mediocria.

APHOR. IIII.

Victus tenuis, atq; exquisitus, in morbis quidem longis semper, in acutis verò, in quibus nõ conuenit, periculosus. Et rursus, qui ad extremũ deuenit tenuitatis, grauis est. Nã & repletiones quæ ad extremum deueniunt, graues sunt.

Vniuersè Hipp. declarauit, qualẽ esse oporteat uasorum inanitionẽ, quæ fit secundum naturã, & asseruit eam esse, quæ moderata fuerit. Nunc incipit docere, quo pacto ea reddatur moderata. atq; modi sunt morbus, ætas, anni tempus, & regiones: quos in sec. apho. recensuit. ad moderandam igitur uasorum inanitionem per morbos in præsentiarũ accedit. Sed morborũ alii longi sunt. alii brẽues, breuiũ alij acuti, alij non acuti, vt febris ephæmera absoluta. acutorũ alij sunt tales: ob partem corporis principem, quæ vacua sit opportuno humore, vel obsessa, vel repleta bilioso, aut pituitoso: vel alia pars sit affecta, quæ cum principe communicet. alij dicuntur acuti vel ob materiam, quæ facilè accenditur, ac breui decernit propter eius tenuem substantiam, & talis est flaua bilis: vel ob morbum, qui vehemens sit, vel ob grauia symptomata. Hip. verò in lib. de vict. ratione in mor. acu. hoc pacto morbos acutos numerat, & describit. Morbi acuti sunt, quos

veteres nominauerunt, pleuritidē, peripneumoniā, phrenitidē, febrē ardentē, & alij morbi, qui ex his hærent, quorum febres omnino continuæ sunt, & plurimos homines occidunt. hæc Hipp. Et ideirco in numero acutorū morborū nō collocant nonnulli apoplexiā, asserentes absque febre deprehendere hominē. sed acutā appellant, quia principē occupat partē, & cito decernit, & iudicat: acuti.n. morbi, vt aiunt, in quatuordecim diebus iudicantur, & valde acuti in breuiori tempore, velut in primo, tertio, quarto, vel septimo die. Idē de angina affirmant, quā in numero acutorū aiunt in citato libro de Vict. rōne, & in lib. 1. de morbis haberi. sed in lib. de Aff. nisi primas quatuor memorat. addit apoplexiā in lib. 2. de morbis, quā ab accidentibus eā comitantibus describit. tot igitur sunt morbi acuti, quos noscere debet medicus, & eos distinguere à non acutis, quemadmodum præcepit Hip. His cognitis inspiciat ætatem, & personā reliquā, potissimum verò naturā eius, & victum: nam in omni diæta cōstituenda tria respicimus, morbū. s. ægrum, & victū: morbus. n. acutus aliā victus rōnē postulat, aliam longus. & acutorū alij tenuem, alij tenuiorē, alij tenuissimā, alij mediā inter crassam, & tenuem, eam tñ, quæ naturæ ægrotātis cōpetat. & ideirco ait Hip. Victus tenuis, & exquisitus est semp periculosus nō solū in morbis longis; sed etiā in acutis, vbi nō conuenit vel ob morbi, vel ægri, vel victus naturā: si morb⁹ n. fuerit in principio quanq; acutus, victus absolutè tenuis nō est exhibēdus; sed qñ fuerit in vigore, vt legitur in aphor. 8. nec quæuis victus tenuis species: nam morbo concocto propinet sorbitio, vt docet Hip. in li. de Vict. rat. in mor. acu. nō potio, nō cibus: etenim victus

respicit

respicit aut propriã eius naturã, aut insequentia naturã: natura victus diuiditur in substantiã terrestrẽ, crassam, & tenuẽ & aqueã: rarã, & densam: grauẽ, & leuem: viscosam, nõ viscosam: siccã, vel humidã cum caliditate, vel cũ frigiditate, flatuosam, nõ flatuosam: facultate passibili, vel cõtrà, & harũ quælibet reperitur in tota alimẽti massa, vel in aliqua eius parte. si in parte; aut in superficie, aut in centro, aut in dextra, aut siniſtra, aut alia. Insequẽtia victus naturã sunt quãtitas eius, qualitates, actiones, & passiones: huiusmodi. n. insequentia easdẽ procurant qualitates, q̃ à substantia, & natura ꝓpria oriri vidẽtur: siquidẽ magna, vel multa victus qualitas quanq̃ tenuissimi magis corpus grauat, & lædit, q̃ victus substãtia crassus modicè datus: eodẽ modo si paucus sit victus, sed facultate actiua, vel passiua robustus. cognoscat hæc medicus, qui sit diætã instituturus: ægriq́; personã: propterea ꝙ is, q̃ denso sit corporis habitu, facilius ieiuniũ feret, q̃ qui raro: facilius qui terrestri, q̃ aqueo, vel aereo: facilius qui calore debiliori, q̃ validiori, crassioribus spiritibus, q̃ subtilioribus: temperamẽto frigido, q̃ calido, siue natura pituitosa, q̃ biliosa, insensibilioris ventriculi, q̃ sensibilioris: facilius senex, quàm iuuenis, fœmina, q̃ masculus: assuetus patifamẽ, quàm nõ assuetus: otiosus, q̃ multi laboris amãs, somniculosus, q̃ vigilans, facilius inanitus, quàm repletus, lætus, q̃ anxius. quare tenuem diætam difficulter feret iuuenis rati habitus, temperaturæ biliosæ, nõ assuetus fami. adde etiã, ꝙ eò difficilius feret, si tempus sit hyemale, locus frigidus & siccus, opportunitas apta, occasio, & modus, qui consistit in alimenti substantia, in qualitate, in qualitatibus, in ordine congruo: ordo. n. con-

gruus

gruus eſt alimenti exhibendi talis. E victu craſſo deuenimus ad minus craſſum, & nō ad tenuiſſimum, è multa copia ad mediocrē, & non ad nihilum, è multis vicibus ad paucas, & nō ad vnā; è victu concoctu difficili ad facilē, & nō ad omnino facillimū, è victu ſoliro ad minus ſolitū, & nō ad inſolitum, è victu veſpertino ad minus veſpertinū, ſed nō ad matutinū, è victu conferente ſano ad victum cōferentē ad ſanū, & ad ægrum, & nō ad ægrū tantū., è victu plurium epularū ad paucas, ac tandē ad vnā. Hunc tandē victus ordinem ſeruet medicus, vt ne ab extremo ad extremum deueniat, vel ex nimia abundātia ad defectum: nam maximæ mutationes derepēte factæ naturā valde lædunt, vt ait Hipp. in aph. & in lib. de vict. rat. in mor. acu. atq; in pluribus aliis locis: ſi. n. alimentū exhiberetur ægroto, quod eidē ſano læſiſſet; cōmodū non eſſet. nam ſentit Hip. in lib. de vict. ra. medicū oportere & in ſanorum adhuc hominū victu addiſcere q̄ conferūt. noxiū quoq; eſſet alimentū, ſi non aſſuetū & ſi melius exhiberetur: legitur. n. in eodē lib. cp ſimplex victus cibi, ac potus, ſibi ipſi ſemp ſimilis ſecurior omnino eſt ad ſanitatem, q̄ ſiquis derepente ad aliū melioré magnā mutationē faciat. lædit etiā, ſi ſumat ſemel in die cibū, & antea bis comediſſet & cōtrà: & ſiquis prādere ſolitus eſſet, & prandiū omiſiſſet, vel ſi nō ſolitus prādere pranſiſſet. atq; hæc ſentit Hip. in eodē loco. Et ſubdit præceptū. Qui præter cōſuetudinē vaſa vacua fecit; ei hanc diē rurſus adæquare ſic conducit abſque frigore, & calore, atq; labore: hæc. n. omnia gratiter tulerit, & cœna multò minor eſt exhibenda, q̄ cōſueuit, eaq; nō ſicca, ſed modi humectioris. & poſtea bibat potum non aquoſum, neque

pauciorem,

pauciorem, quàm pro cibi ratione. & postera die pauca prandeat: quò sensim progressu contingen te ad consuetudinem reuerratur. Qui tamen supernas partes amara bile infestantur, talia molestius ferũt. pituitosi aũt supernis partibus absti nentiam cibi præter morem omnino facilius fe rũt. hæc Hip. sed si à multo cibo statim ad inediã deuenias; est maius detrimentum, q̃ si cibo vsus esses, vt proditum est in eodẽ lib. Et propterea re spiciat medicus in diæta cõstituenda, morbum, ægri personã, & victum. morbũ; quia si acutus est quo ad se, diætã postulat tenuem. personã, vt in eodẽ lib. legitur; qm̃ si puer sit, vel iuuenis ieiunium ægrius feret, q̃ si senex, itẽ si vel bile abun det præsertim in supernis partibus, vel rari sit ha bitus, vel languidioris virtutis, vel non assuetus, vel, quouis alio modo, q̃ si pituitosus, densæ molis, viriũ robustarũ. victum; ꝓpterea ꝙ muratio crassi victus in tenuissimum, vel inedia à natura ægri nõ patitur. sed vict⁹ crassus, & tenuis trifariã dicit̃, quò ad substantiã, quò ad quãtitatẽ, & quò ad qualitatẽ. quò ad substantiã, si pauca qualitas plurimũ alat; dicitur crassus: tenuis aũt; si multa copia parum alat, ea tñ lege, ꝙ victus sit naturæ humanæ familiaris. Quò ad quãtitatẽ dicitur alimentũ crassum quanq̃ liquidũ, & pauci nutrimẽti; si sumatur magna copia, vel pauca, sed pluries in die. quò ad qualitatẽ; si magna copia cito con coquatur. vel contrà. Hinc ex eadẽ alimẽti massa habemus victum crassum, tenuẽ, & mediũ, quos Hip. appellat cibum, sorbitionẽ, & potionẽ. ex or deo. ex. g. cõficim⁹ cibũ, si totũ exhibeam⁹ coctũ: sorbitionẽ, si succũ cõparem⁹: potionẽ, si aquã, in qua decoctũ sit, ꝓpinem⁹. sed ad rem. Cõparãda sunt inter se hæc tria, victus, morbus, & ager. vi-

Aus fit tenuis; si morb⁹ sit acutus, atq; eò magis, si æger robustus, vel repletus sit, vel ociosus, vel senex, vel pituitosus, vel assuetus ieiunio, ut habemus ex Hip. nã æger roboris nullius, vel pauci, nõ posset sufferre, vt ex nono huius libri aph. cõprehendimus. si repletus sit; nõ ægrè sustinet famẽ: qñ uel uasa prima, hoc est, vẽtricul⁹, intestinaq; sunt alimẽro repleta, uel uenæ, vel habitus corporis: nihil enim hoc tempore differt, utrum uictus sit in uasis receptus, an in ore detinetur, & id qđ est in uẽtriculo, & uenis est in potẽtia, ut uertat in corporis nostri substantiã. atq; hæc potentia nõ differt nisi ut magis & minus: propinquior est enim cibus, qui est in uenis, ut fiat substãtia corporis, q̃ is, qui est in ore; tñ uterq; est paratus. & idcirco, si uentriculus, uel intestina pluri cibo sint repleta; nõ est uictus exhibendus, quanquã morbus principiũ detinet tm̃. quare scribit Hipp. in lib. citato de Vict. rat. sicui à cibo recens accepto, & aluo nondũ subeuacuata febris incepit sine cũ dolore, siue sine dolore, inhibẽda est sorbitionis exhibitio, donec putarit cibũ ad infernã intestini partẽ descẽdisse. si uerò ob otiũ plena sint uasa; nõ egent externo uictu: interno. n. alitur corpus. eodẽ modo, si pituita sint referta uel ob transactã uictus rõnem, uel ob ægri naturã præsentẽ. itẽ si senex sit ægrotãs: cum n. calor eius sit debilis; pauco indiget fomite, & alimentaria humiditas imperfecta, & cruda remanet. Verũ, si uasa uacua essent, & nulla alimẽti exhibitio fieret; corp⁹ in maximũ decideret periculũ, minus verò si aliqua pars: nullũ autẽ, si tantum, qđ vires cõseruare posset. Sed, qm̃ uires à morbo debilitantur, & inedia; à quanã harũ causa lædantur, docebimus in aph. 9. uasa uacua sunt, aut facilẽ uacuãtur cui

salor

calor innatus sit ualidus, aut uires ualidæ, aut tẽperamentũ bilioſum, aut rarus habitus corporis, aut macilẽtus, & iuuenis, & aſſuetus cibo. & ſicut uictus cõparatur ad corpus ægrũ, ſic ad morbos: morbi n. acuti fiunt in ſuperiori uẽtre, ut palã ſit in li. de aere, aq. & lo. & in li. de Affect. atq; cum pars ſuperior alimentũ optet lene, leue, ſubtile, humidũ, ac liquidum; ptiſana laudatur ordeacea, atq; alia eius generis. Atq; hæc dixim⁹ de uict⁹ ratione, q̃ ad morbũ, & ætatẽ, ſiue perſonã ægri ſpectant. quæ verò anni temporibus cõpetãt, de his poſtea locis propriis diſſeremus: nam q̃ ad regiones attinent, in lib. de ae. aq. & lo. explicantur.

APHOR. V.

In tenui victu ægri delinquunt, quo fit, ut magis lædantur. Quicunq; enim error committitur magnus, maior in hoc fit, quam in paulò plexiori victu. propterea ẽt ſanis periculoſus exiſtit valde tenuis conſtitutus, & exquiſitus victus, quoniã errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tenuis victus, atq; admodũ exquiſitus eo, qui ſit paulò plexior, magis ut in pluribus, piculoſus.

Hunc aph. cõiunxit Hip. cũ ea ſuperioris partæ, quæ eſt. Repletiones, q̃ ad extremũ deueniunt, graues ſunt. unde ratiocinationẽ conficit per formã circunductionis hoc pacto. Quanquã repletiones, q̃ ad extremum deueniunt, ſunt graues; tñ in tenui uictu ægri errorem cõmittunt quare magis læduntur. deinde probat conſequens, & ait. Q̃m quicũq; error cõmittitur magnus, maior in hoc ſcilicet tenui victu fit, q̃ in paulò pleniori. poſtea concludit nõ ægris ſolum, ſed & ſanis magna ex parte periculoſiorẽ eſſe valde tenuẽ, & exquiſitũ victum.

uictum, q̃ qui sit paulò plenior. & hæc cõclusio est propositũ huius apho. Verùm q̃ tenuis uictus possit magis lædere, quã paulò plenior, repetit Hip. in li. de Vete. med. dũ ait. Nõ minus delictũ, nec minus lædit hoĩem, si pauciora, & defectuosiora, q̃ satis est assumant: humores. n. magnã potentiã in naturã hoĩs habet & sanãdi, & debilitãdi, & occidẽdi. Multa ẽt alia mala diuersa quidẽ ab his, q̃ ex repletione fiunt, nõ minus autẽ grauia uacuationis sunt. quare multò uariegatior est, & maiorẽ diligentiã requirit: oportet. n. modum aliquẽ coniectare. Modũ autẽ neq; põdus, neq; numerum aliquem, ad quem ref. ras, cognosces: nã certitudinẽ exactã nõ reperies aliã, quàm corporis sensum. quapropter operosum est ita exactè condiscere, ut parum in alterutrã partem delinquas: quanquã ego etiã cũ medicum uehementer laudo, qui parum delinquat. certitudinẽ autẽ exactã rarò uidere contingit. Hæc Hipp. quoq; in lib. de Vict. ra. in mor. acu. declarat speciem uictus tenuis, & eius copiam, & inquit. Qui ptisana (hæc quidem est tenuis uictus species) in hisce morbis. s. acutis utuntur, nulla die uasa uacua fieri permittãt, ut ita dicam. sed uacuantur, & non intermittant, si non aut ob medicamenti, aut infusi per clysterem usum intermittere oporteat. Et de copia exponit per uices sic. Et qui bis in die cibum capere soliti sunt, eis bis danda est. qui uero semel edere consueuerunt, his semel primo die danda est: verùm sensim progressu facto, si fieri poterit, etiam his bis detur; si sanè opus habere uisum fuerit. at uero copia sufficit ab initio dare non multa, neque minus crassa: sed ut consuetudinis gratia quid ingeratur, & ut ne multa uasorum uacuatio fiat.

Et

Et ſubdit quibus morbi temporibus. ſi ſiccior fuerit morbus. ſ. pleuriticus, quam quis putarit, non ita magna copia dare oportet, ſed ante ſorbitionem aut aquam mulſam, aut vinum præbibendum exhibere, vtrum ex his cõuenientius fuerit. ſi verò os humectetur, & a pulmone prodeuntiæ, qualia oportet, fuerint; ſorbitionis copiam, vt in ſumma dicam, augere oportet: quæ enim citius, & magis humectatur, celeritatem iudicationis ſignificant: quæ tardius, & minus, tardiorem. & quantò copioſior purgatio fuerit, tantò plus dare oportet vſq; ad iudicationem, maximè duobus à iudicatione diebus, quibus ſanè quinta, aut ſeptima, aut nona iudicare videtur ita, vt etiam parium, & imparium dierum rationem habeas. poſteà verò ſorbitione quidẽ mane vtendũ eſt, ueſperè verò ad cibos tranſeundũ. ſic Hippo. de ordine conſtituendi victus per morbi acuti tempora. Quòd autẽ in primis diebus mutanda ſit victus ratio, non eſt incertũ: propterea q̃ morbus prouenit aut à cauſa vniuerſali, aut à nõ vniuerſali. ab vniuerſali veluti ab aere, vel ab vna cibi ſpecie, qua vſus fuerit totus populus, vel ab alia re communi. à cauſa cõmuni effectus producitur cõmunis & vnus, vt tempore euenit peſtis, variolarũ, cæterorumq; morborum populariter graſſantiũ: vnus. n. morbus per vrbem vagatur. ſi à non cõmuni; fiunt omnis generis morbi à præterita diæta, quã ad curationẽ morbiorũ immutare oportet: nam diætu, qua homo vti conſueuit, non eſt ſibi cõmoda aut in totum, aut magna ex parte, aut vnum ſaltem quoddã. quod vbi cognoueris, tranſmutare eſt opus, habitaq; conſideratione naturæ, ætatis, ſpeciei, horæ anni, & modi morbi curationem facere, aliquãdo apponendo,

aliquando detrahendo. sic scribit Hipp.de causa immutandæ,& diminuendæ diætæ in lib.de Nat. hu.Et subdit.Detrahendi sunt cibi,ac potus paulatim:nam,siquis citò diætam permutet;periculum est etiam à permutatione aliquid in corpore nouatũ iri.De mutationis ordine antea ostendimus in superioribus aphor. Summa igitur totius apho. est,vt ne diæta sit adeo exquisita,vt hominem lædat : qui enim mouetur de communi diæta ad inediã, tendit ad pernicie : q ad aliquid exhibendum , conseruat naturã. paulatim detrahatur alimentum;quoniã omnes repentinæ mutationes sunt periculosæ,& quoniã magna ex parte morbi non fiunt acutissimi, vel non subito vigent; alimenti copiam iudicet sensus , quem cognoscat medicus .

APHOR. VI.

Extremis morbis , extrema exquisitè remedia, optima sunt.

Quemadmodũ antea exposuimus , Hipp.in his aph.ostendit vasorũ vacuationem eam fieri oportere,quæ opportuna sit.opportuna autem existit, quæ habet rationem morbi,ætatis , temporis anni, & regionis. Hi aphorismi aperiunt , quæ diæta in morbis conueniat acutis: amisit enim longos; cum eis omnino incommoda sit tenuis diæta . Cùm verò morbi acuti gradus habeant:nam dicuntur acuti,magis,& maximè;de acutis egit. nunc ad acutissimos se confert , & inquit, ex his tamen arguens qualis fieri debeat vasorũ inanitio.Morbos extremos.i.acutissimos , & extrema remedia postulant.Extremos mihi significare videtur acutissimos morbos : propterea q; de acutis antea, & de acutissimis postea disseret . Verũ,

si extre-

ſi extremos, ſiue acutiſſimos velit quis ſummos dicere; ſummum dicitur de morbo, de cauſa morbi, & de eius ſymptomatibus. & idcirco ſummus morbus dicitur, vel quia totus eſt talis, vel pars eius aliqua, vel cauſa ſumma, vel ſymptomata. & talia omnia ſumma dicuntur, ſi partē occupent principem corporis ita, vt ob læſionem eius intereat homo, veluti pectus, cerebrum, pulmonē, cor, hepar, ventriculum, renes, qui quamuis paruā cauſa afficiantur; tamē eorū læſio perniciē afferat, aut ſi nō partem principem occupent, ſed pars ſit occulta, vel ea, quæ vix curari poſſit. dicit ſummus ob cauſam, quæ vel magna ſit, & multa, vel praua & multa, veluti bilis vtraque, & eo magis ſi admixtæ ſint inter ſe. dicitur tandē ſummus, ſi ſymptomata ſint ſumma, vel praua, vel multa, vt cardialgia, delyriū, virtutis vitalis proſtratio, animi deliquium, & huiuſmodi. Tandem ſummus abſolutè dicitur morbus, qui vel nō poteſt à medicamētis ſuperari, vel vix poteſt quapropter ait Hipp. in lib. de Arte, cū homo morbo afficitur, qui vehementior eſt, quàm medicinæ inſtrumenta; ne ſperare quidē oportet, vt à medicina exuperet: ex. enim gratia inter ea, quæ in medicina vrendi vim habnet, ignis extremè vrit: verùm eo minus etiã alia multa. an verò ex eis præſtantiora leuiores morbos curare non poſſint, nondum ſatis conſtat: valentiſſimos autem morbos potentiſſima etiam inſtrumenta curare non poſſe, quomodo non ſit manifeſtum? quæ enim ignis nō efficit, quomodo ea, quæ ab illo nō ſunt domita, nō oſtendant, q alia arte opus habeant, & non ea, in qua ignis inſtrumentum exiſtit? extremi igitur morbi remedia deſiderant extrema quanquam aliquando inutilia redduntur.

APHOR. VII.

Vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores: & extreme tenuissimo victu vtendum est. Vbi vero non, sed plenioremvictum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum est, quanto morbus extremis est mollior.

Aphorismus superior ad hunc se habet, veluti propositio ad cõclusionẽ, quemadmodũ si dicas: Extremi morbi extrema optãt remedia. Sed morbus maxime acutus est morbus extremus: igitur extrema desiderat remedia, è quorũ numero est summè tenuissima diæta, quãdo morbus peracutus perquàm tenuissimã diætã postulat. Et quando dicit Hip. statim extremos habet labores, nil aliud significat nisi q̃ talis morbus peracutus est extremus vel quo ad se, vel ad eius partes, vel ad causam, vel ad symptomata, vel ad omnia simul. Propositum igitur huius aphb. est, quòd quantò morbus fiat acutior, cò diæta tenuior: euadat q̃, quo minus acutus, eò minus tenuis. In superioribus Hip. de diæta in morbis acutis egit, nũc de eadem in acutissimis: vt doceat, qualis fieri debeat vasorum inanitio à medico, cui sit cura alicuius ægritudinis. Nec Hipp. morbos acutissimos ab acutis differre censet nisi gradibus: nõ enim alias describit species præter quatuor, vel sex in superioribus aphor. relatas. sed acutissimos eosdẽ appellat, qui statim, & primis diebus extremos habent labores, & ijsdẽ diebus finem habent, atq; iudicantur. labores quodam modo videtur exponere in lib. 2. aph. 31. in quo scribit, Circa initia, & fines omnia imbecilliora: cum verò cõsistunt, fortiora.

fortiora. quæ verba significãt ea, quæ comitantur morbi principiũ, vigorem, & finem. atq; ea sunt symptomata, quorum alia sequuntur morbũ necessario, alia corpus ob morbi vim, quæ læsionẽ infert, nam sicut sanitas colligantiã conseruat, quam animæ facultates habẽt cum corpore; sic morbus soluit eam: qui vbi fuerit peracutus; instrumenta facultatũ non debilitat solum, sed breui deprauat, & breui hæc, & illas aboler. atque hinc symptomata fiunt, atq; ea imbecilliora in principio, & in fine morbi: fortiora verò dum morbus viget: vix enim tunc æger mouere se potest, quanquã inquietus est, & continuo agitatur. In somnis iacet, sed vigilans quandoq; graui pressus sopore, improbè ratiocinatur, stultè loquitur, & delapsat, memoria non tenet. cibi appetentia nulla, sed potus frigidi summa, se vri sentit, aliqui verò partium extremarũ frigus percipiunt. lingua aspera, arida, nigra. anhelitus magnus & frequẽs. vomitus, alui profluuium, vrina aut non concocta, aut deprauata. siccæ fiunt partes extremæ, cardialgia, tremor cordis, palpitatio, syncopis, virtutis vitabis prostratio. huiusmodi symptomatibus apprehenditur is, qui ex morbo peracuto laborat: neq; notæ sunt peracuti morbi, qui velut diximus, valde acutus est: qm̃ quãbreuissimo tempore iudicatur: quod tempus est à primo die vsq; ad quartum: nam, si in quatuordecim diebus, vt ipse Hipp. aliàs docebit, morbi acuti decernunt; acutissimi profectò in dimidio temporis, ac minori decernent. In his igitur valde acutis morbis extremè tenuissimo victu vtendũ est. Quis igitur sit morbus peracutus, quæ notæ, ac symptomata satis dictum sit. Victus autem summè tenuissimus quis sit, inspiciamus.

is quidem ſit, qui tenuiſſima conſtet ſubſtantia, pauca, vel multa mole, ſed ferè nihil alimenti præſtet, qualis eſt aqua ordeacea, vel aliæ potiones, quas Hip. deſcribit, in lib. de vict. ra. in mor. acu. hæ plus, ac minus præbent alimenti, prout magis, & minus cum ſpecie humana cõueniunt. victus autẽ trifariam conſtitutus eſt ab Hipp. ſicut tres ſunt morbi ſtatus, principium videlicet, medium, & finis. ac triplex victus eſt potio, ſorbitio, & cibus: nam ex eadẽ re alimentaria, veluti ex eodem ordeo conficit potionem, ſorbitionẽ, & cibum: & ſunt aqua ordeacea, ſuccus ordei, & ordei grana. primus modus parum alit, ſecundus magis, tertius multò magis: tamen quilibet eſt tenues victus: nam, vt in ſuperioribus aphor. explanauimus, tres ſunt victus tenuis ſpecies ſimplices, ex quibus nouem compoſitæ oriuntur. ſed, cum potio minus alat, quàm ſorbitio, & cibus; in morbis peracutis potio opportuna videtur, & potiſſimũ quando morbus in vigore conſtiterit. dum verò ampliorem alimoniam optet natura, nec morbus acer ſit, ſed mollior; ad ſorbitiones deuenire tutum eſt. tandem in fine ægritudinis cibi ſunt exhibendi. de his autem victus tenuis modis aliàs diſſeremus: ſpecies verò exponamus. tres ſunt ſpecies victus tenuis ſimplices. prima eſt tenuis ſubſtãtiæ, ſecũda eſt paucæ quãtitatis, tertia facilè ſuperabilis, & coctilis, & pertinet ad qualitatẽ. Tres hæ ſpecies cõplicantur, & compoſitæ fiunt, ueluti ſi conſtituatur prima alimentũ tenuis ſubſtantiæ, paucæ quantitatis, vel multæ: multum. n. & paucum ſpeciẽ non conſtituunt. ſecunda tenuis ſubſtantiæ, & facilè ſuperabilis. tertia tenuis ſubſtantiæ, paucæ, vel multæ quantitatis, & facilis coctuæ. quænam eſſe de-

beant

beant res, ex quibus conficiuntur huiuſmodi alimenta, infrà dicemus, his addas modos alimentī cõficiendi; hoc eſt, potionē, ſorbitionē, & cibum vnaquaq; enim harum eſt tenuis, vel craſſæ ſubſtantiæ: multæ, vel paucæ quantitatis: facilè, vel difficulter coctilis. ſed potio, cum ſit humidior; facilius à calore ſuperatur, ac diſtribuitur, quàm ſorbitio: & hæc, quàm cibus. in hoc aph. Hip. nos docuit notas morborum peracutorum, genericas, diætamq; locum uerò, & cauſas omiſit; ſiquidem præter propoſitū ſint. attamen de loco in genere ſcribit in lib. de Nat. hu. & inquit. Quicunq; morbi à fortiſſima corporis parte fiunt, grauiſſimi exiſtunt: etenim, ſi iſtic, vbi initium ſumpſerint, permanſerint; neceſſe eſt fortiſſima parte laborante, totum corpus laborare. & ſi à validiſſima ad quandam debiliorem tranſierint; difficulter ſoluuntur. quicunq; uerò à debilioribus partibus ad fortiores tranſierint; commodius ſolui poſſunt: nam influentia à ui ipſarū facilè conſumuntur. hæc Hip. quibus addamus. ſed pars fortiſſima eſt uenter ſuperior. Quapropter in eo fiunt morbi acuti: cum breui ſoluantur, ac facilè ob robur uirium, in alijs autem generantur longi; quoniam difficulter ob eandem cauſam abſentem ſoluuntur.

APHOR. VIII.

Quando morbus in ſuo vigore conſtiterit, tunc victu tenuiſſimo vtendum eſt.

Quam uaſorū inanitionem faceret debeat medicus in morbis acutis, ac peracutis, docuit abſolutè Hipp. nunc qualis ſit facienda in morbi partibus explicat. partes morbi appello morbi tempora, quæ quatuor eſſe medici affirmant, prin-

cipium ſcilicet augmentum, ſtatum ſiue uigorem, & declinationem. Hippo. de principio, ac de uigore in præſentia agit. atque in uigore quæ uictus ratio conſtituatur, hoc pacto explanat. Cum morbus adeo auctus fuerit, ut non poſſit amplius augeri, ſed ſtat; tenuiſſimus exhibeatur uictus ægrotanti. hæc eadem repetit in lib. de Vict. rat. in mor. acu. Morbum uigere, & morbum florere tum cenſet Hipp. cum is omnia efficit, quæ ſint ſibi propria, & à ſalute aliena, ac itidem naturæ perniciosa. itaque, cum morbus uiget; natura eſt languens: itaque uictus is ſit, qui naturæ languenti cõmodus ſit. igitur quò magis ea affecta fuerit, eò ſit uictus tenuior: craſſiorem enim concoquere non poſſet, & incoctus eam oppreſſiſſet, quæ & à morbo, & à uictu victa decumberet. Quando autem ſtat uigor, ſiue ſtatus, declarabimus decimum huius libri Aphor. explanantes tenuiſſimus uictus quis ſit, antea expoſitũ eſt. ſignum uigoris præſentis potiſſimũ eſt maior naturæ gubernantis permanens oppreſſio quàm antea fuerat. oppreſſa tunc eſt maxime natura; cũ propria munia exercere non poſſit: uires enim animales langueſcunt, uitales læduntur, & naturales. uictus tenuiſſimi modus, & ſpecies nõ una, eſt, ſed plures, quas antea recitauimus.

APHOR. IX.

Coniectari autem oportet, an æger cum victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat: & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, vel morbus antea deficiat, atq; hebeteſcat.

Aphoriſmum ſuperiorem cum hoc copulauit Hip. per ratiocinationem hypothetica, quemadmodum

modum verbum Autem significat. quod ex duobus Aph. unam fecit argumentatione, quæ est. si æger poterit perdurare per totum illud tempus, in quo morbus in suo consistit uigo tenuissimo uictu utatur: itaq; medicus naturam ægri inspiciat: ut inuestigare possit, an is sit tenuissimam diætã facilè laturus. sed natura nil aliud est, nisi id, quod resultat ex rebus naturalibus, quæ sunt elementa, temperamẽta, calor innatus, & fluens, spiritus, humores omnes, partes similares, & dissimilares, facultates, & actiones: quæuis enim harum ignoretur, efficit ut natura ignoretur: nam si ex.g. cognouero virtutem uitalem ad pulsus tactum robustam esse; non tamen re uera ualidũ esse hominẽ certò scio: propterea quod fit quandoq;, ut uirtute naturali mortua, ac itidem instrumentis seruientibus, uis uitalis, per arteriam discurrens non recipiatur à mortuis instrumentis: unde ualida per aliquot temporis spatium existere uideatur: fit etiã quandoq;, ut uis uitalis prostrata sit; attamẽ uel naturalis, uel animalis præsertim nutrix uigeat per aliquot horas. & idcirco difficile fit iudiciũ de ijs. uerùm, si omnes inuestigaueris partes naturales, & an maior pars præualeat, uel succumbat; à maiori parte uincente poteris arguere, an robur ægrotantis possit tenuissimam sufferre diætam, ut de his abunde in superioribus Apho. disseruimus. propositum igitur Hip. est, ut medicus per coniecturam uideat, an æger, qui è morbo laborat acuto, quàm parcissimè uiuens possit tolerare morbi uigorem, donec is deficiat, atq; hebes fiat. hæc eadem asserit in lib. de Vict. rat. citato, dum ait. robur coniectandum est, & morbi uniuscuiusque modus, & hominis natura, & consuetudo uictus

ægri non ciborum solum, sed etiam potuũ. multo autem minus ad additionem procedendũ est: nam detractionem omnino tollere sæpe cõducit, ubi suffecturus est æger, donec morbi uigor matureſcat. q̃ uerba significant inedia uti oportere, dum æger suffecturus sit, ad uigoris morbi maturationem.

APHOR. X.

Quibus igitur, statim morbus consistit, his statim tenuis victus adhibẽdus est: quibus vero posterius debet consistere, his & in ipso consistendi tempore, & parum ante illud cibus subtrahendus, prius verò vberius agendum, vt æger sufficiat.

Epilogus est duorum, uel trium superiorum aphorismorũ: quibus enim morbus statim consistit, ualde est acutus. id propterea statim tenuis uictus est adhibendus. quibus uerò non statim, sed postea vigeat morbus; is est acutus. vñ & dum uiget, & paulò ante uigorẽ cibus subtrahendus, sed paulatim; ut diximus: ne repentinæ fiant mutationes, sicut docet in lib. de Vict. rat. sed & in lib. de affect. ait. cum aut cibus, aut potus augere inceperis, aut detrahere; paulatim & additiones, & detractiones facere oportet. paulatim igitur detrahatur uictus, sed prius uberius alatur: ut æger perdurare possit. quapropter more Hip. dieta hoc pacto instituat habita. rõne naturæ ægri, morbi, & alimenti, primis diebus, ægro exhibeatur granosa ptisana. uerum, si corpus repletũ esset, humiditate, uel uentriculus cibo; omittat ordei grana, sed sũccũ sorbeat: densum enim redderet sputũ crassus ille uictus, ut ait. Hip. in lib.

de.

de.uict.rat.hinc calor maior,& dolor in pectore, inquietudo,& anxietas:locus enim morborũ acutorum est,ut Hip.placet,superior uenter, qui pectus.uulgò dicitur. uideant quæso nostrates medici, qui carnes, oua, & lac perpetuo ægrotis exhibent.sit alimentũ tenuis substantiæ,& concoctu facilis.deinde,dum augetur morbus; minuatur robur ordeo, & detur succus ad sorbendum. cum autẽ fuerit in statu, siue vigore propinetur potio, qualis est aqua, in qua diu coctum fuerit ordeum adeo, ꝙ crassitudinem quandã accipiat. detur cum saccharo his,qui amara bile nõ abundant. & tandiu potione utatur, donec uigor deferuescat:tunc enim ad sorbitiones,& ab his ad cibus redibimus. hæc est Hip.sententia ex lib.de Vete.med.de Affectio.& de uict.rat.in mor.acu. Quòd autem habenda sit ratio naturæ ægri, morbi,& alimẽti,quanquã antea satis abundè ostensum est; tamen & pauca his adijciemus. quo ad naturam ægri præcepit in superio:apho.ætatem inspiciendam esse, in præcedenti robur & in lib. de Vic.rat.citato. Neq; peritos medicos uideo, quomodo debilitatos in morbis dinoscere oporteat,& quæ ex uasorum uacuatione fiunt,& quæ propter aliquam aliam irritationem, & quæ ob dolorem, & præ acumine morbi:& quot affectiones,& omnigenas species natura nostra,& habitus singulis pariat:cũ talium cognitio, aut ignorantia salutem,aut mortem afferant:maius enim malum est si ob dolorem, & morbi acumen debilitato exhibet quis potum,aut sorbitionem copiosiorem,aut cibum,existimans ob uasorum uacuationem debilem esse.indecorum est etiam ob uasorum uacuationem debilitatum non cognoscere,& uictu premere. hæc Hip.quæ & in quam

plurimis

plurimis alijs locis repetit. ex quibus uerbis intelligere possumus ; tres debilitatis causas esse: primam à natura ægrotantis , secundam à morbi ui : tertiam à uasorum uacuatione , siue ab inedia, uel tenuissima diæta: quas omnes distinctas cognoscere in oportere medicũ censet Hip. ex his cognoscet robur : ut augere, & imminuere uictũ sciat. hæc quò ad ægri naturam. quantũ uerò pertinet ad morbum , iam asseruit Hippo. morbos acutos tenuem optare diætam, longos uerò non tenuẽ : & in uigore morbi tenuissima diæta opus esse. hæc eadem non in lib. de Vict. rat. solum ; sed ubiq; legitur ad diætam constituendã: morbi & symptomatum cognitionẽ habẽdam esse. Quòd autem naturam alimenti , quod exhiberi debet, medicum noscere oporteat , palam fit ex prædictis aph. & ex hoc, dum ait uictum tenuem cõferre morbis acutis. itaq; necesse est, ut medicus no scat , quantum intersit inter uictum crassum , & tenuem. Et, cum tenuis sit ægritudini acutæ commodus ; quis uerò is sit , declarat Hipp. in lib. de Affectio. his uerbis. Leuissima sunt cibaria, & potus, & obsonia, quæ moderatè in corpus ingesta, aut paulò amplius supra modum, neq; repletionem exhibent, neq; tormen, neq; flatum, neque aliud quicquam huiusmodi , & celerrimè concoquuntur, & concocta secedunt : & per omnẽ diẽ in uentrem ingesta minimè molesta sunt ; etiã si diu antea fuerint ingesta . Et paulò infrà . Debiles , ac leues cibi uentrem quidem non lædunt, neq; corpus ; eo quòd calfacti non intumescunt neq; replent: sed cito mollescunt, & concocti secedunt humiditas autem ab ipsis debilis corpori accedit: & neq; augent , neq; robur memorabile exhibent. Et subdit de cibo graui. Fortes ci-

bi &

bi & intumescunt, & replent, & difficilius, ac tardius cõcoquuntur, & nõ secedũt. Et paulo supra. Grauia sunt cibaria, quæ moderatè exhibita, aut infra modum, repletionem, & dolorem exhibẽt: & quæ neq; edi, neq; bibi possunt; ut non dolorem exhibeant. &, siquis ipsa per tempus rursus bibat, aut edat; etiam sic dolorem exhibẽt, & nõ pro ratione secedunt. Hæc Hip. Cæterum alimenta leuia, aut natura leuia, sunt, quales carnes auium, pullorum, hedorum, uitulorum: hordeũ, zea, lactuca ex herbis, & id generis aut arte parantur: robur enim adimit comestibilibus ars, humectando, siccando, molendo, coquendo, uel aliàs præparando: quapropter ait Hipp. in li. de Vet. med. Sunt quidã ita habentes, ut neq; modicos cibos superare possunt: imbecilliore itaque quopiam tales indigent, sorbitionesq; inuenerunt pauca ex fortibus multa aqua permiscentes, & robur tẽperatura, ac coctura detrahentes. Quod, si neq; sorbitiones superare possent; his detraxerunt etiam ipsas, & ad potiones perucnerunt, obseruaruntq;, ut & hæ tum usu, tum copia moderatè haberent; & neq; plures, quam oportet, neq; meraciores, & intemperatiores, neq; defectuosiores offerentes. Probè autem nosse oportet, quibus sorbitiones in morbis non conducunt: nã statim vbi hoc fecerint, exacerbantur febres, ac dolores; & assumptum morbo alimentum, ac incrementum præbet, corpori uerò tabes, & infirmitas. quicunq; uerò homines in hac affectione existente siccum cibum assumunt, aut mazam, aut panem, etiamsi ualde modicum, decuplo magis, & manifestius lædũtur, quàm si sorbitione usi essent obiedulij fortitudinem ad affectionem, in qua sorbere conducit, edere autem nõ. sic

scribit

ſcribit Hippo. Et propterea in lib. de vict. rat. in mor. acu. ordeū laudat, & inquit. Ptiſana rectè omnibus frumentaceis edulijs prælata eſſe uidetur in morbis acutis: & laudo ſanè eos, qui ipſam prætulerunt: nam uiſcoſitas eius leuis eſt, & continua, & iucunda, & lubrica, & moderatè humida, & ſitim eximit, & facilè eluitur; ſi fortè & hoc opus ſit: & neq; adſtrictionem habet, neque malam turbationem, neq; in uentre intumeſcit, intumuit enim in coctura quammaximè tumefieri ſolèt. Deinde ſubdit: Ptiſanam porrò ex optimo ordeo factã eſſe oportet, & quamoptimè coctam, & præſertim ſi non ſolo ſucco uti uellis: nam unà cum reliqua ptiſanæ uirtute lubricitas facit, ac ordeū dum deglutitur, non lædat: nuſquam enim adhæret, neq; ſecundum thoracis rectitudinem moram trahit. lubriciſſima autẽ eſt, & maximè ſitim eximit, & facilè concoquitur, & debiliſſima eſt, quæ optimè cocta eſt, quibus omnibus opus eſt. Hæc Hipp. ex quibus habemus in morbis acutis, quis uictus natura, uel arte arandus ſit, & quòd ptiſana omnibus præferenda ſit. Cum uerò homo ex ſano fiat æger; ex uictu ſanis conferente ad ægrum conferentẽ deueniat, eſt neceſſe. itaq; uictus mutãdus eſt. ſed mutatio uel reſpicit uictum tantū. & ſic ſpectat ad uictus ſubſtantiã, ad quantitatem ipſius, & ad qualitates. uel reſpicit naturam ægri, uel morbū, & eius partes, ac ſymptomata. ſubſtantia igitur victus ſit potius humida, quàm ſicca: potius liquida, quàm craſſa, uel dura, potius ſorbilis, quàm comeſtilis, quemadmodum intelligere poſſumus ex uerbis de ptiſana ab Hip. deſcriptis, & in apho. ubi ait. Victus humidus omnibus febricitantibus competit; ſed is, qui & ſanis conferat: nam legitur in

lib.

lib. de vict. rat. citato, Oportere & in sanorũ hominum victu addiscere, quæ conferunt; si enim sanis tales, aut tales victus multũ differre uidentur tum in alijs quibusdam, tum in mutationibus; quomodo nõ etiã in morbis multum differant, & maximè in acutis? sic inquit Hip. Quantitas autem non sit nec magna, nec multa, nec omnino pauca, uel nihil adeo, ꝙ ex cibo deueniat æger ad inediam: nam damnat hos medicos Hip. in prædicto lib. attamẽ, ut corpus quiescat præsertim repletũ, commodũ est: etenim in eodem lib. sic scribit. multiplex in uentre læsio est, si ex multa uasorum uacuatione plus moderato derepente ingerat. quia & in reliquo corpore si ex multa quiete ad ampliorem laborẽ se conferat; multò magis lædetur, quàm si ex multo cibo ad uasorum uacuationem transmutetur, & si ex multa labore derepente ad ocium exciderit. oportet tamen & his corpus quiescere, & illis uentrẽ cibo rum copia. sin minus; & dolorem in corpore inducet, & totius corporis grauitatem. tamen non omnino uictus amouendus est: ait enim in prædicto lib. Multò minus detrimentũ afferunt hoc tempore peccata, quã siquis primis duobus, aut tribus diebus penitus uasa uacua feciſſet: & quarta, aut quinta die tali uictu usus esset. Non sit multus, hoc est ex pluribus edulijs, nec pluries in die offeratur, nisi æger assuetus sit: nam scriptũ est in eodem lib. hoc modo. simplex uictus cibi, ac potus, ipse sibi ipsi semper similis securior omnino est ad sanitatem, quàm siquis derepente ad alium meliorem magnam mutationem faciat: nam & his, qui in die bis cibum sumunt, & qui semel repẽtinæ mutationes nõxas, & ægritudinei inducunt: & eos qui prãdere non adsueti sunt, si

pransi

pranſi fuerint; ſtatim infirmos facit hoc, & toto corpore graues, debiles, & pigros. Et ſubdit. Quin & hi, qui bis in die cibum capere ſoliti ſunt, ſi pranſi non fuerint; debiles, & infirmi ſunt, & ad omne opus timidi, & uentriculi oſculum dolēt. hæc & alia Hip. Quò ad qualitates ſit uictus concoctu facilis: itaq; ſi ex uno cibo parentur; facilius cōcoquitur ſorbitio, quàm cibus: & facilius potio, quàm ſorbitio. incipiat æger ab altera horum: nec ab extremo ad extremum deueniat niſi in acutiſſimis uigentibus. quin ait Hippo. ibi. Qui bis in die cibum capere ſoliti ſunt, eis bis danda eſt ptiſana: qui uerò ſemel, ſemel primo die dāda eſt. Et ſubdit. ſi ſiccior fuerit morbus ſcilicet pleuriticus; non ita magna copia dare oportet: ſed ante ſorbitionem aquam mulſam, aut vinum præbibendum exhibere, utrum ex his conuenientius fuerit. ſi os humectetur; & à pulmone prodeuntia, qualia oportet, fuerint; ſorbitionis copiā augere oportet: quæ enim citius, & magis humectantur; celeritatē iudicationis ſignificāt. & quò copioſior fuerit purgatio, eò plus dare oportet vſq; ad iudicationē. maximè duobus à iudicatione diebus, quibus quinta, aut ſeptima, aut nona iudicare uidetur: poſtea uerò ſorbitione mane utendum eſt, ueſpere cibis, & idcirco poſt iudicationem uretur æger cibis, antea uerò portione, uel ſorbitione. ſed ibidem ait Hip. Non eſt urendum ſorbitionibus, priusq; morbus maturus factus fuerit, aut aliud quoddam ſignum apparuerit uel uacuatorium, uel irritatorium circa inteſtinum, aut circa præcordia. & ſuprà. ſi cui à cibo recens accepto; & aluo nondum ſubeuacuata febris incipit aut cum dolore, aut ſine dolore; inhibenda eſt ſorbitionis exhibitio; donec putarit cibū

ad

ad infernam inteſtini partem receſsiſſe. Sed potu utendum eſt aceti mulſi, ſi dolor affuerit, hyeme quidem calidi, æſtate uerò frigidi. ſi uerò multa fuerit ſitis; etiam aqua mulſa, & aqua: poſtea uerò ſi dolor aliquis affuerit, aut periculoſi quid apparuerit; danda eſt ſorbitio neq; multa, neque craſſa. atq; hæc poſt ſeptimum, aut nonum diē, ſi ualidus æger fuerit. Sic ſcribit Hippo. ex cuius ſententia duo comprehendimus: alterum quòd ſorbitio alia eſt craſſa exhibenda, & multa: alia tenuis & paùca, & quando ipſa, & quando potio alterum, ꝙ uictus reſpiciat ægrotantes, & morbum, niſi intempeſtiuè propineretur. ꝙ uerò reſpiciat morbum ipſum, uel eius cauſam, & ſymptomata; antea expoſuimus, dum iubet Hip. ſorbitionē dari oportere copioſiorem, ubi morbus humectetur, & æger ſcilicet pleuriticus expuat: atq; hoc in loco negat exhiberi oportere ſorbitionem, niſi aluus repleta ſubeuacuata prius fuerit uel ſponte, vel arte. Quòd reſpiciat ægrū, dicit antea his uerbis. danda eſt ſorbitio poſt ſeptimū, aut nonum diem, ſi ualidus æger fuerit. & paulò ſuprà. ſi æger ſit adſuetus bis in die cibum capere; bis ſumat ptiſanam. Et addit. Qui ſupernas partes amara bile infeſtas habent; cibi abſtinentiam moleſtius ferunt: qui pituita; facilius tolerant. ac itidē ſcribit de his, quibus potione opus eſt, & inquit. Aqua mulſa ſi bibatur per totum tempus in morbis acutis; in totum quidem his, qui amara bile abundant, ac magna uiſcera habent minus commoda eſt, quā his, qui tales nō ſunt. ſiticuloſa tamen eſt minus dulci uino. Habita igitur ratione tū morbi, tū ægri ea inſtituatur in morbis acutis diæta, quæ ex Hip. ſententia præſcripta eſt. eaq; in ptiſana potiſsimū ordea-

cea: possunt enim parari quoq; ex alijs edulijs, sed is alijs hanc præponit, qui de hac scribit hoc pacto. Quicunq; ptisana in hisce morbis utuntur, nulla die uasa uacua fieri permittant, ut ita dicam: sed utantur, & non intermittant, si non aut ob med. aut infusi per clysterem usum intermittere oporteat. quin & in med; sentit statim assumpto sorbitionem dare melius sore, quã in media purgatione. Et qui bis in die cibum capere soliti sunt, his bis danda: qui semel, his semel primo die danda est, verùm sensim progressu facto, si fieri poterit, etiam his bis detur; si sanè opus habere uisum fuerit. ac uerò copia sufficit ab initio dare non multa', neq; minus crassa: sed ut consuetudinis gratia quid ingeratur, & ut ne multa uasorum uacuatio fiat. Hæc Hippo.

Cæterùm de uictu constituendo ægrotis Aristoteles in par. i. prob. prob. 51. trãsfert ex uerbis Hip. hoc problema. Vtrum inter initia mali cibum afferre melius sit, an post. An inter initia, ne iam penitus debilitato febris occurset. igitur uel extenuandum protinus est, uel ita alendum. sorbitionibus primum recreandum, hæ nanq; mitiores, leuiores, colliquabilioresq; sunt, & alimentũ hinc capere infirmum corpus expeditius potest: nihil enim cibum in uentriculo resolui, perseuereq; antè oportet. quod non nisi labore cubantis fieri potest.

APHOR. XI.

In accessionibus abstinere oportet: nam cibum dare nocuum est: & quibus per circuitum fiunt accessiones, in ipsa accessione abstinere oportet.

Inanitio

Inanitio vasorum qualis esse debeat in morbi statu, siue in vigore, retulit Hipp. nunc verò quæ cõpetat in accessione, exponit hoc pacto. in morbi initio singulari, vel vniuersali cibus nocet. igitur tunc ægrum nõ nutries. Accessio aut dicitur dupliciter, ea scilicet, quæ repetit in febre vel intermittenti, vel quæ intermittere videatur: & ea, quæ vna est tantũ, veluti si initium febris sumeret, quæ produceretur absque alia inuasione repetita per quinque, septẽ, vel nouem dies. huiusmodi febris initium, siue accessio, quæ vna est, dũ modo æger perdurare possit, traducat absque victu. si verò nõ poterit; is sit, quem constituimus in præcedenti aphorismo ad Hip. placitũ, quemadmodũ intelligere possumus ex lib. præsertim de Vict. rat. in morbis acu. aut sit is, qui competat accessioni repetitæ, siue quæ fit per circuitũ: nam scribit Hipp. in lib. de Affect. in fine libri. Quoscunq; ægrotos febres nõ continenter detinent; sed intermittentes corripiunt, his cibi dandi sunt post apprehensionem ita, vt coniecturam facias, ne febris à recens accepto cibo irruat; sed cibis cõcoctis. In li. autem de Vict. rat. citato versus finem proditum est. Maximi momenti circa victus rationem est obseruare, ac cauere tum in acutis, tum in longis morbis & intensiones febrium, & remissiones: quò temporũ occasiones scias, quãdo cibos exhibere nõ oporter, & quando tuto exhiberi possunt: insuperq; quando plurimum ab intensione absunt. Quando autẽ exhiberi debent, docet in eodem lib. magis, suprà, & verba sunt. Obserua febriũ accessiones siue exacerbationes, vt nunquã exhibeas scilicet sorbitionẽ, cum sunt, aut futuræ expectantur; sed vbi desinunt, aut quieuerunt, & quàm longissimè à

principio.cum verò frigidi sint pedes ; neq; potum,neq; sorbitionem,neq; aliud quidquã eiusmodi dato.verùm maximum hoc esse ducito, vt expectes , donec fuerint calfacti . deinde sic id, quod conducit , exhibe : plerunq; enim futuræ exacerbationis febris signum est pedum frigiditas. si verò in tali tempore exhibueris ; maximè per omnia peccaueris ; morbũ enim non purum augebis. Cum aũt febris desinit; vice versa pedes reliquo corpore calidiores fiunt : augetur enim frigefaciens pedes , accensa ex thorace, ad caput flammã remittens. vniuerso autẽ calore aceruatim sursum concurrente, & ad caput exhalante, meritò pedes frigidi fiunt ; vt qui excarnes , & neruosi natura existunt , & longè à calidissimis locis absint,perfrigerantur , calore ad thoracem coaceruato . & rursus iuxta proportionẽ , cũ febris soluitur & in tenues partes dirimitur; ad pedes calor descendit.hoc igitur tempore caput,& thorax perfrigeratur:qua de causa sorbitio exhibenda est:nam vbi pedes frigidi fuerint;necesse est ventriculũ calidum esse,& multo fastidio plenum;& præcordium intentum,& corporis iactationẽ propter internã turbationem;& mentis abalienationẽ,& dolores:& æger distrahitur, ac vomere cupit,& si praua uomuerit; dolet.postq̃ verò calor ad pedes descẽdit, & vrina progressa est, etiã si nõ sudarit;oĩa desinunt. hoc igitur tempore sorbitionẽ dare oportet;alioqui pernicioſa est. Et multò supra scribit.Vbi calor ad pedes descenderit;tunc exhibere conuenit, & purare in oĩbus morbis ;& non minimè in acutis, & maximè in his, qui magis febriles , ac periculosissimi sunt, tẽpus hoc magnã vim habere.vrendũ est autẽ primum quidẽ maximè succo:deinde verò ptisana.

APHOR.

APHOR. XII.

Acceſsiones verò, & conſtitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum ſucceſsiua incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiãt. Sed ex his, quæ mox apparent, indicia ſumũtur: quemadmodum in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat: ſi verò poſtea appareat, producit Et vrinæ, & alui excrementa, & ſudores vel bonam morborum iudicationem, vel malam, vel breues, aut longos fore morbos, mox apparentia: oſtendunt.

Cum à victu abſtinere oporteat in morborum exacerbationibus; neceſſe eſt alimentũ præbere corpori, vt ex verbis Hipp. in præcedenti cõmen. recitatis facilè intelligi poteſt, aut poſtquã febris deſinit, vt palam fit ex pedum calefactione: aut multò ante acceſsionem, vt prius concoctus ſit cibus quàm fiat exacerbatio. ſi ægro victus ſit exhibendus multò ante acceſsionẽ; opus eſt cognoſcere, an exacerbatio futura ſit: & ſi futura ſit, qua die, & qua hora. ſed quibus è locis hanc haurire poſsimus præcognitionẽ, hoc tempore explanat Hipp. Et idcirco hic apho. eſt expoſitio ſuperioris. atq; ex ambobus cõficitur ratiocinatio talis. Si in acceſsionibus abſtinere oportet à cibo; oportet modos habere cognoſcendi futuras acceſsiones. ſed modi cognoſcendi ſunt morbi ipſi, anni tempora, circuituũ ſucceſsiua incrementa, & quæ circa initia mox apparent. neceſſe eſt igitur, vt hæc medicus noſcat in futurarum

exacerbationum prænotione. ea verò sunt quatuor, quæ indicãt futuras accessiones, ac itidem constitutiones. primus est morbus ipse, hoc est, forma ipsius morbi; veluti si sit febris tertiana, quotidianà, vel quartana: & materia, veluti bilis flaua, vel atra; scimus enim ex forma ipsius febris, & ex humore, è quo ortum ducit, qualis, & quando futura sic accessio: nam humor si plurimus, & continuo è locis propinquis fluat; efficit febrẽ continuã: si paulatim; quotidianam: si paulatim & paucus tertianam: & si paulatim & paucus & è partibus remotis quartanã. hæc est Hipp. sententia in lib. de Na. hu. atq; alijs in locis. quam cum naturam morbi nouerimus; accessiones, quæ sunt morbi partes, & constitutiones cognoscemus, & quãdo, & quomodo. Secundo loco est anni tẽpus: ver enim habet proprios morbos, æstas itidẽ, autumnus, & hyems, quemadmodum docet Hipp. in lib. 3. aphor. Sed vnusquisq; morbus proprias habet accessiones. itaq; qui cognoscit anni tempora, scit per ea morbos peculiares eius temporis, & accessiones, & cõstitutiones morborum: nam qui exactè nouit tocum, nouit & partes. Tertio loco constituuntur circuituũ successiua incrementa, hoc est, repetitarum accessionum augmenta: non potest enim accessio sibi similis semper esse: nam aut variatur secundũ substantiã propriam, aut secundum quãtitatẽ, aut secundũ qualitatẽ. si euariat secundum naturã; quandoq; videt ab humore proficisci cãlido, quandoq; à frigido, quãdoq; à mixto: atq; his cum sicco aliquãdo iunctis, aliquãdo humido. si secundũ quantitatẽ euariat; nunc longa fit accessio, nunc breuis nunc frequens, nunc rara hinc tempus, in quo vel anticipat præteritam

 accessio-

accessionē,vel postponit.atq; id tempus aliquan
do est horæ vnius,aliquādo duarū,aliquādo qua
tuor. si secundū qualitates euariatjab his oriun-
tur accidentia alia, quàm in præterita fuerint,&
fit accessio aut grauior & molestior,aut debilis,
ac facilis. quapropter si hæc cognouerit medi-
cus ; quas,& quando futuræ sint accessiones;&
cōstitutiones,sciet optimè. Quarto loco sunt ea,
quæ mox apparent; id est,quæ conspiciuntur sta
tim circa morbi initia. initium verò in morbis
acutis est à primo die ad quartū exactū,vt asserit
Hipp. pluribus locis.variant autem ea,quæ appa
rent,& sunt humores, qui morbum efficiebant,
vel conseruabant,qui per sputū,alui egestiones,
sudoresq; purgant.purgantur etiā per sanguinē,
& peruomitum. Dicit igitur Hipp.si circa initia
statim ex.g.in pleuriticis sputū appareat;morbi
arguit breuitatē, & accessionū tum anticipatio-
nem,tum frequentiā:contrà ; si cantrario modo
fiat.atq; ab his comprehendimus longitudinem
morbi,ac breuitatē:& itidem salutē,& mortem:
morbus enim qui cito ad iudicationē producī-
tur,quāquā & alia desiderātur;videtur salubrior,
quàm diuturnus.cæterū quo ad accessiones,con
stitutiones , ac modos morborum attinet , scri-
bit Hipp.in lib.1.de mor.pop.sect.3.sunt modi ,
& constitutiones, & exacerbationes singularum
febrium æquè continuarum, ac intermittentiū,
velut verbi causa. continua quibusdam ab initio
floret,& viget maximè , & ad deterius procedit.
circa iudicationem verò,& vnà cum iudicatione
imminuitur.quibusdam verò molliter incipit,&
submissè:augescit autē,& exacerbatur quotidie.
circa iudicationē verò , & vnà cum iudicatione
acerbatior elucet.quibusdā leniter auspicata au-

gescit,& exacerbatur:& vbi aliquandiu in vigore fuit ; rursus remittit vsq; ad iudicationem,& circa iudicationē. atq; hæc contingere solent in omni febre , & in omni morbo. oportet autē victus rationem ex horum consideratione offerre. Hæc Hip. quæ nobis declarāt accessiones,& alias morbi partes vario modo sē habere: quam varietatem dignoscere opus est , vt victus tempestiuè exhiberi possit. atq; hinc intelligi licet hūc aphorismum cum superiori copulatum esse . Quo verò ad ea, quæ mox apparent in morbis,& ad alia prædicta sic legitur in li. 2. de morbis pop. sect. 1. circa principia morborū considerandum, an statim fiorent. clarum autē hoc fit ex incremento, incrementa verò ex circuitibus : & iudicationes quorum hinc manifestæ fiunt : itemq; exacerbationibus in circuitibus, si citius accedāt, an non: & si diutius durent, aut non: & si magis affligāt, aut non: ex omnibus autē continuis , aut intermittentibus , & diuturnis, & vulneribus, & sputis,& doloribus : itemq; tuberculorum inflammationes, & quecunq; alia posterius apparent: fortassis autē & ex alijs cōmunibus rebus, quæ quidem citius fiunt, breuiora sunt : quæ verò tardius, longiora : cum etiā in circuitibus citiorem recursum , ac reliquū augmentū morbus nieget: nam & eorū, qui statim pereunt, velociores sunt iudicationes : quoniā & dolores & cōtinui, & fortes quæ verò ad melius iudicant, non statim apparent: iudiciaria nō iudicatoria partim lethalia sunt , partim difficilis iudicationis : sic ait Hipp. Huiusmodi apparētia possunt esse tum causæ breuitatis,& longitudinis morbi : tum signa eiusdē breuis,& longi temporis, itemque salutis, ac mortis. causæ sunt ; eo quòd humores purgantur per

sputum,

ſputum, utinas, ſudores alui egeſtiones. Signa uerò, ſi ijdem humores concocti tempore à natura conſtituto purgantur; ſalutis: ſi crudi, uel nõ debitis horis; mortis, uel longitudinis. Exemplum notat Hip. de pleuritico: nã, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat; morbum breuiat: ſi poſtea; producit. tamen quanquam morbum breuiat; non eſt ſignum efficax ſalutis: legitur enim in lib. de Coa. præno. pleuritici, quibus in principio ſputationes penitus purulentæ ſunt, tertia die mõiuntur; aut quinta. ſi has effugerint non multò melius habentes; ſeptima, aut nona, aut undecima ſuppurari incipiunt. hæc Hip. cauſa uerò mortis, aut ſuppurationis eſt natura euicta à morbo, ſicut declarãt ſputa purulẽta in principio. Verùm ſubdit. ſputum in pleuriticis tertia die maturari, ac expuĩ incipiens, citiores ſolutiones facit: ſed poſterius, tardius. hic locus nos docet, quod ſignificet ſtatim circa initia, hoc eſt; tertia die. & repetit uerba aphoriſmi. Eadem confirmat in lib. 3. de morbis, ubi agit de pleuritide ex dorſo, & uerba ſunt. Habet ſe res de liberatione hoc modo. ſiquidem tertia die inceperit maturari, ac expuĩ; citius liberabitur. ſi uerò poſterius mature ſcat; poſterius iudicationes fient. ſic Hip. ſed huiuſmodi maturatio fit à natura, atq; ea agit tempore determinato. quare neceſſe eſt, ut ſi natura hoc munus beato, rectè agati; tempore congruo, & abſceſſus humorum noxiorũ eo tempore fiat per regiones opportunas. ſic per urinas, egeſtiones alui, ſudoreſq; abſcedunt humores, qui morbum aliquem uel produxerant, uel conſeruarunt. & concocti à natura tempore debito expelluntur.

APHOR.

APHOR. XIII.

Senes facillimè ieiunium ferunt, secundo loco qui ætatem consistentem habent: Minus adolescentes: Omnium minimè pueri, præsertim qui inter ipsos sunt viuidiores.

Ijs, qui uasorum inanitione opus habent, ieiunium confert, & facilè ferunt. sed cum non in omni morbo, nec in omni ætate, nec in omni loco, nec in omni anni tempore cõpetat; idcirco iussit Hippo. in secundo apho. huius libri inspici oportere morbos, ætates, regiones, & anni tempora, in quibus opportuna sit talis uasorum uacuatio: aliàs enim intempestiua esset. Docuit igitur in superioribus aphor. quæ diæta, & quando conueniat in morbis. nunc ad ætates se cõfert, & explicat, quæ ætates facilè, & ægrè ieiunium ferant, & ratione comprobat. Itaq; in hoc aphor. asserit senes facillimè ieiunium ferre, minus uiros, eò minus adolescentes, & horum omniũ minimè pueri, potissimũ uiuidiores. hæc est Hipp. sententia: ut medicus non ignoret in diæta ægrorum constituenda, cui ætati magis opus sit tenui, uel crasso uictu ad virium conseruationem; nam omnibus est victus rõ immutanda; cum ob hanc ægrotent hoïes. atq; hæc mutatio uel est secundũ substantiã cibi, uel secundũ quãtitatẽ, uel secũdũ qualitates. in morbis acutis diæta sit tenuissima secundũ substantiã, & quantitatẽ, & secundũ qualitates omnibus his, quibus repletus est uentriculus, intestinaq;, uel uenæ, uel corporis habitus, vel omnes, vel aliquæ principes. & antequam alimentum capiat, nisi natura expullerit; medicus euacuet partem illam, sed tempore opportuno, & instrumentis conuenientibus. deinde uires re-

focillentur. Et propterea etiã, atq; etiã cõsideran dũ est, in qua parte sit repletio, & an in toto: &, si euacuanda esset, per quã regionẽ. Et, qm̃ nisi quid prohibeat, cibus primo die detinet uentriculum, & venas mesaraicos, & hepar, & venas maiores, secundo die totũ corporis habitũ: tertio omnia excrementa in his uasis genita sunt expulsa; potest tandiu corpus ægrum absque cibo conseruate, donec sit is, quẽ antea accepit, distributus. Dixi nisi quid prohibuerit: qm̃ pueri ob validũ, & multum calorẽ alimentũ continentẽ fortasse mediã nõ ferent, nec tenuissimã diætam, atq; cõminus, si multum sint assueti ad comedendum. senes etiam ob paucum, ac debilem calorẽ proculdubio paucis egent fomitibus. sed, cum eorum uirtus sit debilis; aliquo frequenti habent opus ad ipsius refocillationem. mediæ uerò ætates medio modo se habeant. sed de ætatibus uberius loco opportunioti.

APHOR. XIIII.

Quĩ crescunt, plurimum habent calidi innati: Plurimo igitur egent alimento, alioquin corpus absumitur. Senibus vero parum calidi innati ineſt, paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguitur. Hanc etiam ob causam febres senibus nõ similiter acutæ fiunt, frigidum enim eorum corpus.

Si hunc apho. cum præcedenti copuletur; fiet argumentũ, siue ratiocinatio emthymematica; ex terminis tamen necessarijs, uel magna ex parte ueris, quemadmodum plurimæ sunt hæ, quæ de natura fiunt. superior etenim aph. se habet vt conclusio, hic uerò ut propositionum altera. ex

quibus

quibus iunctis fit enthymema hoc . Qm̃ qui crescunt,ut infantes,pueri,& adultiores,habent plurimum caloris à natura eorum, non extrinsecus elargiti:plurimo igitur egent alimento, hoc est, minimè omnium ætatũ possunt inediã sufferre. probat autem conclusionem , &c inquit . Corpus enim eorum absumererur à calore,nisi fames,& alimentũ ipsi apponeretur . Descendit deinde ad aliam conclusionis partem,quæ est.Senes facillimè ieiunium ferunt, eamq; sic probat . Quoniã parum calidi innati habent .hanc ob rem paucis fomitibus egent, hoc est , facilè ieiunium ferunt.rationẽ conclusioni reddit,& inquit . Quia à multis alimẽtis extinguitur eorum paucus calor . Haurit postea ex his Hipp.aliam conclusionem,quæ est.itaq; febres non habent senes similiter acutas . cui conclusioni rationẽ dat , & ait. Frigidum enim est eorum corpus.Nos verò huic aliam possumus addere conclusionem, quæ sit: Aetati igitur crescenti fiunt.febres acutæ , & uehemẽtes.Cur uero natura pueris,& alijs crescentibus plurimum tribuerit calorem , explicat in lib.de salubri diæta his uerbis . Homo primis diebus calidissimus est sui respectu , ultimis frigidissimus : necesse est enim augescens, & ad uim procedens calidum esse.ubi autem inceperit marcescere corpus , delabens in otium , frigidissimũ euadit . & iuxta hanc rationem quanto amplius primis diebus homo augescit ,tantò calidior existit :& quantò plus ultimis diebus marcescit,tantò frigidiorem esse necesse est.hæc Hip.Nec moueat nos morbum potius calidum, quam calor: calor enim esse non potest absq; subiecto, & si calor est innatus; eius subiectum innatum esse necesse est.aliàs calor quandoq; existeret absq; subiecto.

biecto. Sed vt placet Hip. in lib. de ae. aq. & lo. & in lib. de mor. sacro. semen animalis decidit ab omnibus corporis partibus in uterum, ibiq; fœtus formatur, nutritur, & augetur à calore, qui in semine inerat, & in sanguine, ab anima uegetante recto. & si uerbum illud calidum substantiam calidam significaret; non augeretur calor, quin & eius substantia augeretur. Sed hyeme calor augetur; & idcirco alimenta copiosiora sunt exhibenda. quare aut non esset alimentum necessarium, aut in pauca substantia magnus existeret calor. Verùm quoquo pacto res se habeat; parui est hoc tẽpore negotij, & legamus causas augmenti, & cur uberiori indigeant alimento ij, qui crescunt: contrà senes. Scriptum est in lib. 1. de diæta ab Hip. Puer ex calidis & humidis temperatus est; quia ex his constitutus est, & in his augmentum accepit. humidissima igitur, & calidissima sunt corpora proxima generationi, & augescunt quamplurimum, & quæ his proxima sunt eodem modo. adolescens autem calidus est; quia ignis impetus aquæ dominatur: siccus autem; quia hũmidũ ex puero cõsumptum est partim in augmentum corporis, partim in motũ ignis, partim præ laboribus, ac exercitijs. Vir, cum steterit iam corpus; siccus est, & frigidus: quia caliditatis impetus non amplius dominatur: sed stat corpus ab augmento quiescens, ac perfrigeratum. verum ex adolescenti ætate siccitas inest: ab insequenti autem ætate, & aquæ accessu humiditatẽ non habet. quapropter ex siccis, & frigidis exuperatus est. Senes autẽ frigidi sunt, & humidi: quia ignis recessus contigit, aquæ autẽ accessus, & siccorum quidẽ sublatio, humidorũ autẽ status. Hæc Hip. ex quibus percipimus naturã singularũ ætatum,

caruinq;,

earumq; temperamentum, ex quibus simul cum calore cõflant humores, hinc nutritio, auctio, & marcor. hinc quibus plus alimenti opus sit, quibus parum: quibus sanitas, quibus ægritudo, & quæ sint ægritudinis species, vnde subdit hãc ob causam febres senibus nõ similiter acutæ fiunt: quoniam cum eis parum adsit calidi innati; frigidum necessariò est eorum corpus. sed & alias affert causas, quæ sequuntur has, Hipp. ob quas iuuenes acutis morbis corripiantur, senes verò minus, in lib. 1. de morbis, dum ait. Qui iuniores patiuntur eas affectiones, quæ à laboribus fieri dictæ sunt, hi & ampliores, & vehementiores ipsas patiuntur, & magis, quàm alij dolent, & statim in ipsis manifestæ fiunt, vt sanguinem aut spuant, aut vomant. sed & quædam contingentia ipsis fallunt ipsos præ bona corporis habitudine. seniores autẽ rarò patiuntur, & si patiuntur; debiles habẽt, vt pote ipsi debiliores existentes, & remittunt magis ipsis, & affectionũ maiorem curam gerunt. fiunt igitur ab initio omnino minus seniori, quàm iuniori. &, vbi factæ fuerint; seniori debiliores siunt, iuniori vehementiores, vt pote qui habet corporis vigorem, & siccitatẽ, & carnem densam, ac robustam, & ab ipsa ossa assidentem; cute circum ipsam circutenta: cum aliquid amplius laborarit, solito magis, & derepente; cõuulsiones vehementes fiunt, & ruptiones multæ, & omnigenæ venarum, ac carnium. & horum aliqua statim comparent, aliqua posteriori tẽpore. At senioribus vigor fortis nõ inest, & carnes circum ossa diffluunt, & cutis circum carnes, & ipsa caro debilis est, & rara, & neq; tale quid pati possit similiter senior veluti iunior. &, si quid patiatur; leuiter patitur, & statim manifestum

nifestum redditur. atq; intantum quidē in affe-
ctionū principio iuniores senioribus difficilius
liberantur. ita Hip. qui quāuis de venæ ruptione
agat hoc in loco; tamen palam fit ex eius senten
tia, quæ cōmoda corporis, ac incōmoda sequan-
tur, si multum, vel parum calidi innati habeat
quis ratione ætatis. Et subdit. seniori pulmo ra-
rior, & cauior, & arteriæ ampliores, vnde pus ex-
puitur, & statim. cōtrà in iuuene pulmo densior,
arteriæ tenues, & arctæ: & idcirco cum affectio-
nes vehementiores, & purgatio pro sputi ratio-
ne non fiat, febres acutiores, & frequentiores
fiunt, & dolores acuti incidunt; minimum cum
vinæ sint robustæ, ac sanguine plenæ. senioribus
cum affectiones sint debiliores, & sputum ab ip-
sis purgetur; febres mitiores, ac paucæ fiunt, &
dolores exiles. causas igitur, ob quas qui crescūt
pluri alimento egeat, quàm senes, & ob quas nō
similiter senibus febres fiunt acutæ, & alij mor-
bi, nobis explicauit Hipp. nam calor innatus, qui
plurimus est in pueris ob subiectum, in quo est,
& ob propriā naturam perit. subiectū caloris est
innata humiditas, quæ si corrūpatur; necessariò
corrumpitur & calor. sed humiditas consumitur
patiens à calore ipsam pabulante, uel ob aliena
humiditate, & aduentitia, uel à siccitate nimia:
quæ ineptum subiectum, ac pabulum incongruū
reddunt humiditatem innatam. Calor autem pe-
rit per propriam naturam, hoc est per se, si mi-
nor sit, quàm necesse sit, ut sit instrumētum uege
tatricis animæ, vel si à maiori calore extingua-
tur, uel à frigore, uel ab aduentitio calore ei ad-
mixto corrumpatur. atq; his omnibus modis de-
perit calor uel ob defectum materiæ, uel quia hu
miditas fluxibilis, ac corruptibilis cōtinuò euo-

lat,

lat,& ſecum defert. quibus euaneſcentibus ſpiritus craſsiores,& magis elementares fiunt,humores itidem, qui & pauciores redduntur, languidiores, partes ſolidæ ſiccantur, flacceſcunt, cauiores euadunt,rariores exanguiores,debiliores,frigidiores, & ad deſtructionem,ac mortem promptæ. Et has ob cauſas ſcilicet ob defectum caloris & materiæ ſiccæ febres non adeo acutæ, uehementesq; fiunt ſenibus, & calor in eis deperditur.

APHOR. XV.

Ventres hyeme, & uere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni longiſſimi: quare per ea tempora alimẽta copioſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus eſt: unde & pluribus egent alimentis. indicio ſunt ætates, & Athletæ.

Si uaſorum inanitio talis fiat, qualis fieri debet; confert, & ægri bene tolerãt: ſin minus; contrà. Et ut fiat talis, qualis fieri debet, medicus inſpiciat regionem, tempus, ætatem, & morbos, in quibus huiuſmodi uaſorum inanitio competat, & in quibus nõ. Docuit Hip. quo modo medicus conſiderare debeat morbos, & ætates: nunc quo pacto anni tempora inſpicere ſit neceſſe: ut talis uaſorum uacuatio ſi fiat; tempeſtiua ſit. admonet igitur uentres hyemẽ, & uere, natura eſſe calidiſsimos, & ſomnos largiſſimos. unde, cum calor plurimus ſit; corpora copioſiori indigent alimento hyeme, & uere, quàm æſtate, & autumno, de quibus aget in aph. 18. huius libri. quare, cum ob dictam cauſam corpora hyeme, & uere optent maiorẽ alimenti copiam; habita ratione

horum

horum temporum victus ratio tenuis instituí nõ debet, nisi quid prohibuerit: tunc enim mediocritatem seruare oportet. Nec quis existimet Hipp. dum dixit Vẽtres se tantũ modo intelligere uentriculũ, qui primus, dum deglutitur cibus, & potus, recipit: sed omnes cauitates, quæ sunt in corpore nostro: nõ enim fit una tantùm concoctio, quæ uno indigeat uase, & instrumẽto; sed plures nam pluribus opus est receptaculis; nam inquit in lib. de arte. Habet corpus nõ unum uentriculum, sed plures: duo enim sunt, qui cibũ scilicet: crassum suscipiunt, & dimittunt, alijq; præter hos plures, quos norunt hi, quibus hæc res curæ fuit: quæcunq; enim membra carnem in orbem circunsitã habent, quam musculũ appellant, ea omnia uentriculũ, sinumve habent: omne enim inconcretum, & quod nõ coaluit siue pellicula, siue carne contegatur, cauum est. impletur autẽ dum sanum est, flatu: dum ægrotat, sanie, hoc est ichore. sed & thorax, & caput, & dorsum nullum est, quod non & ipsum uacuum sit, ac multis segmentis plenum, ac quasi discriminatũ existat: quæ parum abest, ut uasa existant. quorum tamen aliqua habentem lædunt, aliqua prosunt. præter hæc & uenæ multæ, & nerui non in carne sublimes, sed ad ipsa ossa protenti ligamentum sunt articulorum: ipsi etiam articuli, in quibus ossium, quæ mouẽtur, commissuræ inuoluuntur & horum nullũ est, quod nõ subspumosum sit, & circa se forulos habeat, quos sanies prodit: quæ deductis ipsis multa, & magno multorũ mœrore egreditur. Hæc Hipp. ex quibus percipimus Ventres nihil aliud hoc loco significare, quàm cauitates, in quibus calor alimentum concoquit ad deperditi restaurationem. Hic calor si multus

sit; multũ concoquit alimentũ: si paucus; paucũ. Sed multus, paucusue est uel per se, vel p aliud. per se; si multus mole sit, aut intensus. per aliud; si humiditas radicalis, siue innata sit multa: quoniam in hac uerum est dicere, ubi est plurimum materiæ; ibi plurimũ esse formæ: aut si causa quædam accedat, quæ calorem non augeat: si enim augeret calor; necessariò & humiditas eius innata augeretur: atq; hinc diuturna nutritio. auctio, & vita. sed cogat dispersum ad loca oppor tuna. qui uiribus fiat maior, & maiorẽ alimoniæ copiã exigat: ne ad consumptionẽ proprij subiecti uerratur. sed hyems, & uer sunt concausæ, quæ calorem innatum in ventriculis ampliorem reddunt, cogẽte frigore ipsum ad profundas partes. qui concoctus, & unitus præpollet nõ coctũ, & dispersum. plurimũ igitur possunt anni tempora in nostro corpore. & propterea inquit Hipp. in lib. de ae. aqui. & lo. non minimam partẽ conferre ad rem medicam ipsam Astronomiam; sed omnino plurimam: cum unà cum temporibus & uentriculi in hominibus mutentur. Addo præterea somnos longissimos caloreẽ cogere, & diu seruare, ne dispergatur: nã, ut sentit Arist. in lib. de somno, & uig. uapores petunt loca spirituum & eos occludunt ad partes profundas simul cum calore: re uera enim primum caloris subiectum est spiritus. partes uerò sublimes, quæ sensibus seruiunt, calore destitutæ, ac spiritu, frigidiores fiunt, nec munia propria obire possunt. atq; hinc somnus, qui cum in corpore sano diuturnior sit tempore hyemis, & ueris, quã æstatis, & autumni; idcirco diutius contractus permanet calor, ac opus, quòd alijs sensuum, & motus, instrumentis præstabat, solum dat his, quæ nutritioni incumbunt.

bunt. qua de re somnus concoctioni ualde conferti legitur enim in lib. de Nat. huma. Quicunq; postridie cibos eructãt, & ipsis præcordia eleuantur, utpotè cibis crudis, & incoctis existentibus, his longiori tempore dormire cõducit. Et in lib. de Dentitione. Qui scilicet infantes bene dormiunt, & habitiores sunt, multum alimentũ ad sumunt. idq; adiacet non sufficienter distributũ. itaq; rectè monet Hip. alimenta copiosiora exhiberi oportere tempore hyemali, ac uernali: quoniam frigus cogit caloreꝫ ad centrũ. retractus verò, & unitus ad ꝓfundas sedes uehemẽtius agit, & concoquit alimentum: tunc enim calor innatus plurimus est: unde maiorem cibi copiam postulat. Quòd plurimus sit his temporibus, cõprobat in lib. de humo. quando ait. Quemadmodũ terra stercorata hyeme calida est; ita etiam uentriculus. Quòd uentres tunc pluribus egeant alimentis, argumento sint ætates scilicet eorũ, qui crescunt, & Athletæ: nam qui crescunt, plurimũ habent caloris innati: sic qui plurimum corpora exercẽt, vt Athletæ, excitant plurimũ caloreꝫ. sed q plurimũ habẽt caloris, copiosiori indigẽt alimento. cum igitur qui crescunt, & Athletæ calore innato referti pluri opus habeãt alimento; sic uentres hyeme ob frigus constringens calidissimi copiosum exigunt alimentum.

APHOR. XVI.

Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime verò pueris, & aliis, qui tali victu uti consueuerunt.

In genere præcepit Hipp. uictus rationem in morbis, nunc quibus in morbis., hoc est, in febribus quæ sit dieta instituenda, exponit dicens ni-

ctum humidum conferre omnibus febricitantibus præsertim si pueri hi sint, uel assueti uictui humido. Sed nonnulli arbitrantur uictum humidum intelligi debere uictus rationem humidam in sex rebus non naturalibus, producuntque in medium Hip. sententiam in lib. de Affect. ubi legitur. Quibuscunque humiditas conducit, his expedit inediam non ferre, & cibi, ac potus non indigos esse, neque laborare, & dormire, quantum uoluerint. simile porrò est illud in lib. de Salubri diæta, & uerba sunt expositio loci superioris. Quoscunque sitis corripuerit, his & cibi, & labores detrahendi sunt, & uinum bibant aquosum, & quàm frigidissimum. quibuscunque autem dolores fiunt ex uisceribus, siue exercitiis, siue ex aliquo alio labore, his quiescere conducit, cibis abstinentes. potione autem utantur, quæ quàm pauciss imè in corpus assumpta plurimam urinã ducat: quò uenæ uisceribus insitæ non distendantur: ex talibus enim tubercula oboriuntur, & febres. sic Hip. cuius uerba declarare uidentur eos, quibus conducit uictus humidus quiescere, dormire, cibis non uti oportere, sed potione, uel sorbitione: &, si cibo uti uoluerint; sit substantiæ humidæ, qualis est ordeaceus: nam Arist. in par. 1. prob. 35. scribit: Nihil prohibet quo minus ut concoctu quid difficilius ordeũ habeat, quàm triticum: sic ad leuitatẽ quid utilius præstet: hoc enim non humidius solũ est tritico, sed frigidius etiam, qualis certè sorbitio, cibusque competit febrienti, ut parum alat, & satis refrigeret. quod ptisana ordeacea facere potest: quod enim humidior, uel corpulentior est, hinc alimentum, idq; frigidius sortitum præstat. Ex hoc sermone habemus quem humidum uictum, & quem uictus

modum febrienti dare oporteat.de modo etiam agit, & de nonnullis rebus non naturalibus ad talem uictum neceſſariis ſcribit in eadem par. 1. prob. 56. hoc pacto. Cur potio, hoc eſt, alimentum humidum, ſiue in potione, ſiue in ſorbitione exhibitum, febrientibus ſæpe, & paulatim ſubminiſtranda eſt? an quòd potio multa præceps defertur, exigua lente incedens irrorat, madefacit, ac ſeſe corpori inſinuat: ſicut enim in humo ſi aqua largè acceſſerit; profluet: ſi paulatim; madefaciet tantum: ita etiam in febribus agit. nam & aquas fluentes ſiquis paulatim deducit; alueus humorem totum ebibit. ſed, ſi tantundem aquæ uniuerſum dimiſerit; ſcaturigo uelox uſque eo profluet, quo deducere libitum eſt. Tunc æger quieſcere, & immotus quoad fieri poteſt, iacere debet. immotus inquam, quòd ignem quoque emarceſcere certum eſt, ubi à nullo mouetur. nec aduerſus flatũ iubet: quoniam flatus excitat ignem, & ab eo ex paruo magnus fit. obuelandus æger, opperiendusque propterea eſt, quòd, ſi nullum igni concedatur ſpiraculum; extinguetur. Ne ueſte quidem exui debet, donec ſudare occeperit: nam ut notus uiſui ignis ab humore extinguitur: ſic ignis internus. adde in genere febrium intermittentium balneum, & fomenta pedibus admouenda, & ueſtem pleniorem ſuperponendam, & quietem agendam, quibus præparetur: ut corpus perquàm calidum ſit ante acceſſionem: nam ubi multum ignis ſupereſt, lucerna nequit ardere: exiguum. n. ignem multus ille ad ſe trahit. ita fit, ut multus ignis in corpore præparandus ſit: febris enim exiguum continet ignem, & multus exiguũ: proinde à ſe ducet. Verba Ariſt. hæc ſunt, ex

quibus comprehẽdimus & potionem siue uictũ humidum,& quietem, balnea,fomenta competere. Et cum febris sit calor quidam;humiditas obtundit:siccitas enim est lima caloris,non humiditas.humectant balnea,vt legitur in lib.3.de diæta. humectat sudor ob colliquationis reliquias.humectat somnus, segnicies, & ocium,ut suprà recitauimus ex lib.de Affect.atq; etiã ex lib.3.de diæta. Ceterùm maximè pueri febrientes uictum desiderãt humidum:propterea quod plurimum habent caloris innati, haoentq; præterea febrilem.& idcirco uictus eorum sit humidus. talisq; quoq; sit ijs,qui assueti sunt uictui humido:si enim à cõsuetudine remoueãtur;magna fit mutatio.& omnis mutatio magna est periculosa. de hac consuetudine copiosè disseruit Hipp.in lib.de Vetè.med.& in lib.de uictus ratione in mor.acu. quæ quantũ ualet in uictu, explicauit.sed & in alijs rebus nõ naturalibus animaduertenda est : nam legitur in lib.6.de mor. prop.sect.8.consuetudo dũ sani fuimus,est attendenda qualis in uictu, uestitu,laboribus,somno rebus uenereis,& mente,siue animi affectibus.

APHOR. XVII.

Et quibus semel,aut bis,& quibus plurãne, an pauciora particulatim oporteat afferre,considerandum.Condonandum autem aliquid tempori,ætati,& consuetudini.

Hic aphorismus cũ superiore unus uidetur sermo, quẽadmodũ siquis diceret.Victus humidus confert omnibus febricitãtibus,aliquibus semel in die;aut bis : aliquibus plus, uel minus prout tẽpus anni,ætas, & cõsuetudo tulerit:nã hyems & uer uentres reddit calidissimos,ac præterea ad

CONCO-

concoquendum aptas : ætas uerò ueluti eorum, qui crescunt, plurimum habet caloris, pluriq; eget alimento : consuetudo uerò, quæ est ueluti habitus eorum, qui bis in die comedunt, uel semel, uel copiosè, uel parum, non amoueatur: natura enim plurimum lædereiur. alimenti tamen quantitas potest mutari, & substantia: nã, si dum homo sanus est, carnes robustas edit, & alia edulia fortissima; ægrotante ipso, uel assuetis cibis detrahẽdæ sunt uires, uel immutãdæ sunt adeo, ut pro robustis debiles exhibeantur. eodem modo de copia est agendum: si enim plura comedat sanus; æger pauca: vel si multa opus sunt; tenuis sint substantiæ, ac concoctu faciles, qualis est in morbis ptisana ordeacea, sed paulatim addas, & imminuas : legitur enim in lib. de Affect. Quoscunq; cibos, aut obsonia, aut potus ægri concupiscunt, exhibeto; si non corpori damnum inde accessurum est. sed cum aut cibos, aut potus augere, aut detrahere inceperis; paulatim additiones, & detractiones facere oportet. Et quicunq; cibos sufficientes perficere possunt, his sorbitiones ne dederis; excludunt enim cibum. qui verò non possunt, his dato. si uerò quid dare uolueris refectionis gratia; alicam dato, & ptisanam triticeam : hæ enim sorbitiones sunt fortiores. dentur autem post cœnam. Sententiam Hipp. habemus hoc in loco, de alimenti ægris exhibendi substantia, ac de quantitate, atq; de modo: nam si morbus ortũ traxerit ab edulijs ingestis; alimentũ corrigere oportet : si enim edulia ingesta sint fortia, & robusta; propinẽtur debilia: si multa; pauca : si uersa sint, uel vertantur in substantiam nostrum corpus lædentẽ; respiciamus, vtrũ id proueniat à partibus corporis ægri, an à qua-

litate edulij: si ab edulijs; ea immutemus oportet: si à corpore; id curetur, tantum alimenti dando, quantum ad uires sustinendas est necessarium. quapropter ratio habenda est modi morbi, naturæ hominis, ætatis, anni temporis non in immutanda diæta solũ, sed in detrahenda, & in apponenda: sic enim nos admonet Hip. in lib. de Nat. hum. At præsertim est consuetudo inspicienda & in cibi substantia, & in quantitate, & in qualitate, & in tempore, ac uicibus. etenim quò ad alimenti substantiam, scribit Hipp. in libr. de Vict. rat. in morb. acu. Facilè ferunt cibos, quibus adsueti sunt; etiam si natura non sunt boni: similiter etiam potus. ægrè autem ferunt cibos, quibus adsueti non sunt; etiam si non sunt mali: similiter etiam potus. de quantitate autem in acutis morbis legitur in citato lib. Copia, scilicet ptisanæ ordeaceæ sufficit ab initio dare non multa, neque minus crassa: sed ut consuetudinis gratia quid ingeratur, & ut ne multa uasorum uacuatio fiat. sed, si siccior fuerit morbus, scilicet pleuriticus ex g. quàm quis putarit; non ita magna copia dare oportet. & alia ibi leges. de quantitate uerò vicissim danda ibi legitur. Qui bis in die cibum capere soliti sunt, eis bis danda est ptisana: qui verò semel edere consueuerunt, his semel primo die danda est. verùm sensim progressu facto si fieri poterit, etiam his bis detur; si sanè opus habere visum fuerit. Et infrà de substantia, quantitate, & ordine hæc recenset. Facile est hoc addiscere, quòd simplex victus cibi, ac potus ipse sibi ipsi semper similis securior omnino est ad sanitatem, quàm si quis derepente ad aliam meliorem magnam mutationem faciat: nam &

his,

nis, qui bis in die cibum ſumunt, & his, qui ſemel, repentinæ mutationes noxas, ac ægritudines inducunt; & eos ſanè, qui prandere non adſueti ſunt, ſi pranſi fuerint; ſtatim infirmos facit, & toto corpore graues, & pigros, & alia incommoda, quæ ibi lege. Et ſubdit. Quin & hi, qui bis in die cibum capere ſoliti ſunt, ſi pranſi non fuerint; debiles, & infirmi ſunt, & ad omne opus timidi, & ventriculi oſculum dolent: uiſcera enim pendere ipſis videntur, & calidam, & cum uirore pallidam vrinam mingunt, & alui egeſtio comburitur. Et ſubdit. Qui tota die uaſa vacua fecit, ſi quantum conſueuit, cœnauerit; veriſimile eſt, ſi tunc cum impranſus eſſet, doluit, & ægrotauit, & ubi cœnauit, grauis fuit; multò magis grauari. ſi verò etiam longiori tempore euacuatis vaſis, poſtea derepente cœnauerit; adhuc magis grauabitur. Hæc Hippo. in lib. de Vict. rat. in morb. acu. & ea confirmat in lib. de Veteri med. ſed de conſuetudine ubicunque ſeſe obtulerit occaſio, agemus.

APHOR. XVIII.

Aeſtate, & autumno cibos difficillimè ferunt, hyeme facillimè: ſecundum locum ver habet.

Si hunc aphoriſmum cum decimoquinto coniungamus; hũc conficiemus ſermonem. Ventres hyeme, & vere natura calidiſſimi, æſtate, & autumno contrà: quare per illa tempora alimenta ſint copioſiora, per hæc pauciora: nam ſi hyeme, & vere calor innatus ẽ plurimus; æſtate, & autumno

tumor paucus. sed hic aph. differt ab illo: scripsit enim ibi Hip. Ventres hyeme, & uere natura calidissimi, hic uer secundum locum habet scilicet inter æstiua, & hyemalia tempora. Verùm in illo aphor. Hip. locutus est de prima ueris parte, quæ cum hyeme coniuncta est, & hyemis naturā sapit: itaq; & effectus hyemales. pars uerò, quæ æstatem præcedit, & cum ea copulatur, æstatis naturam sequitur non omnino, sed aliqua ex parte. & idcirco medium tenet locum. Cur autem æstate facillimè ieiuniū ferant homines, rationē sumpsimus ex decimo nono apho. quæ est. si hyeme, & vere ventres sunt natura calidissimi; igitur æstate, & autumno cōtrà. Arist. in par. i. prob. 39. non ob innati caloris paucitatem asserit tempore æstiuo ciborum parsimoniam cōpetere. sed sic inquit. Cibus paucus, potio liberalis per æstatem admittitur, ille magis, hæc omnino: nā potioni per æstatem ob temporū siccitatē indulgendum ex toto est. parsimonia uerò cibi cōmunis temporum est, sed magis æstate conuenit: ne ob habitū tēporis feruentē corpus cibo immodico pressum exæstuet. Cum igitur æstas calorē paucum, & debilē reddat, iridemq; ea autumni pars, quæ æstati contigua est; fit, ut cibos uentres non concoquant, ac præterea nec distribuant, nec antea attrahāt, nec appetant; hinc facilis inedia, & ieiunium facilè fertur: attamen, si copiosa sit alimenti exhibitio tēpore æstiuo; corpus immodico cibo oppressum ob habitū tēporis feruentē æstuat.

APHOR. XVIIII.

His qui per circuitus accessionem habent nihil dare oportet, neque cogere, sed subtrahere adiectioni ante indicationes.

In

In serie eorum aph. qui de uictus ratione constituenda agũt, scribatur apho. sed uaria est interpretatio: quidam enim asserunt hoc pacto aphorismum intelligi oportere. Qui hoc tempore habent accessionẽ, quæ quotidie, uel alternis, uel longiori interuallo repetat; tunc ijs nihil alimenti est dandũ, neq; cogendi sunt; imo medici tunc subtrahant, siquid addiderint antea, cum appropinquat iudicatio. ad confirmationem uerò interpretationis adducunt aph. ij. cuius uerba sunt. In accessionibus abstinere oportet: nam cibum dare nocuum est. & quibus per circuitum fiunt accessiones, in ipsa accessione abstinere oportet. Alij aliam dant explanationem, quæ hæc est. His, qui per circuitus accessionem habent, nihil alimenti addere oportet, neq; cogere, cum iudicatio, siue crisis propinqua est, imo subtrahere adiectioni factæ alimenti ante iudicationẽ. comprobant eorum interpretationem cum illa aph. 10. parte, quæ est. Quibus posterius debet morbus consistere, siue in suo esse uigore, his & in ipso consistendi tempore, & parũ ante illud tempus cibus subtrahendus est. prius uerò uberius alendum est: ut æger sufficiat. sed de crisi, siue iudicatione in sequenti aph. agetur.

APHOR. XX.

Quæ iudicantur, & iudicata sunt integrè, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere.

Postquam Hippo. nos docuit, quæ uictus ratio in morbis præsertim acutis constituenda sit: & quando, & quo pacto sit facienda, aut non, uaso-

rum

rum inanitio ; nunc præcepta dat de euacuatione, quæ per purgantia fit pharmaca : causa enim morbi aufertur per euacuationem, nisi ut aliàs diximus, sit externa ueluti aer : aut per vasorum inanitionem, de qua satis abunde egimus. in reliquis igitur huius libri aphorismis ostendit Hippoc. Quæ, & quando, & per quas regiones in morbis purganda sunt, & in qua morborum parte. Et propterea in qua parte fit purgatio facienda per ratiocinationem à negatione, vel ablatione partium sic incipit. Quæ iudicantur, scilicet nunc, & quæ iudicata sunt integrè, hoc est, perfectè, neque moueri oportet, neque nouare aliquid siue medicamentis, siue aliis irritamentis, sed sinere : vt natura opus expletum corroboret. Quæ autem ea sint, quæ iudicantur, & quid sit iudicari, legamus Hippoc. in libr. de Affectio. in principio, ubi scribit. Iudicari in morbis est, cum morbi augescunt, aut marcescunt, aut in alium morbum transeunt, aut desinunt. Et in libro de ac. aqui. & lo. morbi in his diebus iudicantur : aliíque perimunt, alii desinunt, aut in aliam speciem, aliumque statum transmutantur. Quæ duo loca si unà conferamus ; verba illa Augescunt, aut marcescunt significant Perimunt, aut desinunt. hinc intelligamus in illa morbi parte, qua morbus aut perimit, aut desinit, pharmacum nullum siue purgans, siue præparans esse adhibendum, si tamen crisis illa, siue iudicatio sit perfecta, scilicet à natura nostrum corpus regente, non à ui particulari alicuius membri, uel particulæ : quoniam aliqua pars aliquando irritata ab humore, uel ab affectu noxam à se expellere conatur, sed

natura

natura regens non nisi rectè agit, dummodò sit regens, ac uincens, & non victa. ac propterea concoquit, & uertit in corporis nostri substantiam ea, quæ morbum committebant, aut sic disponit, nisi sint apta alimenta, ut expellantur. Et, cum tota huiusmodi actio fieri non possit absque tempore, & locis expulsioni idoneis: habita ratione corporis ægri, causæ, & circunstantium, elegit natura regens tempus ad concoquendum, & expellendum opportunum, & locum, de quibus in sequenti aphor. atque in sec. libro differemus. Tria itaque medico sunt cognoscenda, ut obseruet, si crisis perfecta sit. primum quòd humor morbum efficiens sit concoctus: legitur enim in libro secundo de morb. pop. sect. prima. Quæ præiudicata sunt, si crudè iudicata fuerint; recidiuæ fiunt. Secundum, quòd die decretorio fiat iudicatio: nam scriptum est in libro quarto aphorism. trigesimosexto. Sudores febricitantibus si inceperint tertio, quinto, septimo, nono, undecimo, &c. boni; Hi enim sudores morbum iudicant: qui uerò non ita eueniunt: laborem, aut longitudinem morbi, aut recidiuam. Tertium, quòd locus, per quem fit humoris expulsio, sit conferens: si enim ex ignobiliori parte ad nobilem expelleretur humor noxius; summa esset læsio, & idcirco in sequenti aphorismo admonet medicum, qui purgare uult corpus, ut humores per loca ducat conferentia. Hæc tria igitur noscat medicus oportet, qui perfectam crisim distinguere uelit. quare, cum hæc tria viderit à natura esse perfecta, nihil agat, sed finat. si verò aliqua horum desiderentur; arte opus naturæ adiuuet.

At quo pacto præſtandū ſit naturæ auxilium, inſpiciamus aphoriſmos ſequentes. interim verò memoria mandemus hæc. primum, ſi perfectè natura decernat; ei totū opus omittamus. ſi deſit; opem ei feramus. quo tandem morbi tempore; fiat, dum morbus declinet. ex Hip. verbis hæc ſcripſimus.

APHOR. XXI.

Quæ ducere oportet, quò maximè natura uergit per loca conferentia, eò ducere.

Si igitur natura perfectam criſim produxerit; omnino medicus ei cedat. ſi verò non perfecta erit; id euenier aut propter humoris noxij inobedientiam, aut ob tempus criſi ineptum, aut quia per loca conferentia nō educitur, aut ob has omnes cauſas, aut aliquas: quas ſingulas, & omnes ſimul is noſcat, & quænam horum ſit, ſciat. Quibus cognitis quid ei agendū ſit, aperit Hipp. in lib. de med. purg. & inquit. Cum pharmacum alicui dare voles ſiue deorſum, ſiue ſurſum purgans; interrogare ægrum oportet, an prius bibe-rit medicamentū, & an aluus ex deorſum purgantibus cita ſit, & celeriter obediat, aut dura. Et, ſi citam, & facilè ſolutu eſſe dixerit; mollioribus, & paucioribus medicamentis opus habet. ſi verò dura fuerit; fortioribus indiget: idem modus in ſurſum purgātibus requiritur. At, ſi nunquā neq; ſurſum, neq; deorſum ſe purgatum eſſe dixerit, neq; medicamentū bibiſſe; cognoſcere oportet, an ad ea, quæ ſanus in corpus ingeſſit, aluus deorſum ſolutu facilis fuerit, aut ſurſum verſus appoſita ad vomitionem, & an ad repletionē aliquam alui profluuiū ipſi ſucceſſerit. hæc omnia interrogare oportet: quò rectè conſulere poſſit: turpe enim

enim est calamitas, medicamẽto purgante dato, hominẽ occidere. Sic Hipp. de medicamentis purgantibus, ac de cõmunibus locis euacuationi destinatis per purgans pharmacũ. sed, cum nõ omnis purgatio fiat per pharmaca talia, atque humor noxius quãdoq; vertatur ad alias partes; ait Hipp. eum duci oportere per loca conferentia: nam Ducere significat trahere humorẽ per illum locum, ad quẽ ipse habebat inclinationẽ, veluti si per partẽ infernam inclinare declarabat; medicus notas suprà datas obseruans, per illã ducat. si per supernã; per supernã, dummodo loca sint conferentia. Quòd autẽ Ducere hoc in loco eam habeat significationẽ, quam dedimus, argumẽto sit alius Hipp. locus in lib. 6. de mor. pop. sect. 2. vbi legitur. Reuellere oportet; si non quà oportet, repant scilicet humores: si verò quà oportet; his oscula aperire oportet, qualiter singula repunt. Ex quibus verbis percipimus duo, significationẽ verbi Ducere, & quid sit faciendũ, ii per loca conferentia humores nõ uertantur. unde sic uidentur uerba Aphorismi sonare. Si humores habuerint inclinationem ad partem infernam, arq; pars illa sit euacuationi humorum utilis, & commoda corpori; per eam partem duces: si uerò inclinent ad regionem nec utilem, nec commodã; per reuulsionem trahes, hoc est, per contrariam partem. primum est opus naturæ incæptum, & ab arte perfectum. secundum totum est artis medicæ. Verba illa, Quò maximè natura uergit nihil aliud significare uidentur, nisi Ad quam partem potissimum natura humorum inclinet, & nõ natura regens nostrum corpus. quod confirmatur ab eodẽ Hipp. in lib. de Humoribus, ubi ait. Quæ ducere oportet, quò maximè repunt per conue-

nientes

nientes locos, eò ducere oportet. vbi Repunt humores, & non natura regens, facilè intelligitur. & in principio eiusdem libri de Humo. scribit. impetus, & ferocitas humorum, vbi non reciprocatio humorum est, velut florum, ducendus est, quà repit per conuenientes, ac cõmodas regiones, exceptis his, quorũ maturitas tempore contingit. Quæ verò sint partes conferentes, ac commodæ, describit in lib. de locis in ho. his verbis. Morbi ea parte, qua proximi sunt, educendi sunt: & qua parte singulis exitus quàmproximus est, extrahendi. exitus humorum totius corporis sunt intestina, & ventriculus, particularium partium primò, deinde aliquo temporis interuallo, vesica, vterus, & cutis. Sit igitur sententia Hipp. Humores, qui ducendi sunt auxilio medici, cum rectrix natura non possit impedita; ducantur per ea loca, quæ vergit, & inclinata est humorum natura; dummodo ea sint, ad loca conferentia, & commoda: aliàs enim non sunt ducendi, sed reuellendi.

APHOR. XXII.

Concocta medicari, atque mouere non cruda, neque in principiis modò non turgeant, plurima verò non turgent.

Aliã conditionẽ proponit Hipp. quam animad uertere medicus debet, antequam purgante vtatur medicamento. eaq; est, vt materia, siue humor morbi causa concoctus sit, vt antea diximus: tunc enim euacuari potest. sed in principio morbi humor concoctus esse est impossibile: quoniam is victus paucam, aut nullam in-

ferret

ferret læsionem. itaque humorem concoctum evacuari iubet, & non crudum, nec in morborum principijs, nisi turgeat: quod rarò euenit. Concocta verò sunt ea, quæ à natura, siue calore adeo euicta sunt, vt in alimentum corporis vertantur, vel nullam producant noxam, nisi diutius in corpore maneant. Euicti igitur sunt, & concocti humores, si illam immodicam caliditatem, vel frigiditatem, siccitatem, & humiditatem remittant: si immodicā crassiciem, tenuitatem, asperitatem, acrimoniam, amaritudinem, salsedinem, duriciem, molliciem, acerbitatem, retrestreitatem, & alios omnes amiserint excessus, & ad temperiem quandam adducti fuerint. quod fieri non potest nisi additione, vel ablatione scilicet eorum, quorum opera calor, & virtus hominis vtatur: nam vt remittat summam caliditatem; opus est vel frigiditate, vel humiditate, vel vtrisque, quæ calori innato præsto sint. atque frigiditate illa, & humiditate si in corpore fuerit copiosa; natura nisi impedita fuerit, vtetur ad humanam temperationem. si verò altera harum deficiat, aut non sufficiat; medicus subministret: nullo enim pacto concoctio perficeretur; sed excessus ille, à quo cruditas prouenit, permaneret, tandem naturam superaret, ac euerteret. additio, itaque, & ablatio tum primarum, tum secundarum qualitatum, tum tertiarum fiat per calorem naturalem, qui permisceat; alteret, temperet, & concoquat. primæ qualitates si excedant; remittantur per contrarias, vt calidæ per frigidas. nec alicuius mixtionis, nec coctionis indigēt. secundæ autem opus habent permixtione, temperaturaq; mutua ad concoctionem.

Quòd uerò res ita ſe habeat, audiamus Hipp. qui ſcribit in lib. de Vete. med. Quibus grauedo innaſcitur, & fluxus per nares mouetur, hic ut plurimū acrior eſt eo, qui prius erat, & tumeſcere facit naſum, & exurit. & ſi diu pſeueraverit; exulceratur etiam locus. ſedatur autem aliquo modo ardor, nō cum fluxus prodit, & inflammatio conſiſtit: ſed poſtquam fluxus craſſior, & minus acris, cōcoctusq; , & magis permixtus priore fuerit: tunc ſanè iam ēt ardor ceſſat. omnibus autem liberatio hæc eſt, ut ex frigiditate affecti percalfiant, ex ardore perfrigerentur. atq; hæc breui accedunt, & concoctione nulla opus habent. relīquæ autē omnes fluxiones, quas propter humorum acrimonias, & intemperātias fieri ſentio, reſtituuntur, & curantur, ubi temperatæ fuerint, & concoctæ. Et ſubdit. fit concoctio ex permixtione, tēperaturaq; mutua, & quaſi coctura. Quin. fluxiones in fauces delabentes omnes hæ primū ſalſæ, humidæ, acresq; deſcendunt, & in talibus morbi firmantur. ubi uerò craſſiores, & maturiores factæ fuerint, & ab omni acrimonia liberatæ; tunc iam & febres, & alia hominē lædentia ſoluūtur. quādo igitur ab ipſa caliditate ſincera, aut frigiditate fluxiones cōtigerint, & nulla alia facultate participauerint; ſic ſanè ſedabuntur, ubi ex frigido in calidum permutatæ fuerint, & ex calido in frigidum. Et ſubdit. Quæcunq; mala homo patitur, omnia à qualitatibus profiſciſcuntur. itaq; , cum amaritudo quædam diffuſa fuerit, quam bilem flauam appellare ſolemus, quales ſtatim anxietates, & æſtus, & impotentiæ occupant. at uerò ubi liberati fuerimus ab illa, & purgati aut ſponte, aut per medicamentum, ſi modò tempeſtiuè quid horum fiat; manifeſtè

&

& à doloribus,& à calore liberamur.quantò aũt
tpe eadẽ cleuata fuerint, & cruda , & meraca,ac
intemperata,nulla arte nec dolores , nec febres
ſedare poſſis . Et quas acuta,acriſq;,& aruginoſa bilis affligit, quales nex rabies,& morſus uiſcerum,ac pectoris, & deſperatio tuon ſedantur autem hæc priuſquam eadem expurgetur;& proſternatur,& alijs permiſceatur.concoqui autem, & permutari, & attenuari , ac craſſeſcere in humorum ſpeciem per multas, & omnigenas ſpecies contingit . Et ſuprà. in eodem lib.Ego hoc maximum ſignum eſſe puto,quòd homines non propter calidum ſimpliciter febricitent,ſed eſt & amarum,& calidum idem,calidum & acidũ,ſalſum ac calidum , & alia infinita:& rurſus frigidum cum alijs facultatibus coniunctũ.hæc ſunt, quæ læduntiandem ait . Reliqua omnia ſcilicet præter primas qualitates dictas , quãtò pluribus miſcentur, tantò mitiora, ac meliora ſunt. At nequè homo omnium optimè diſpoſitus eſt , ubi concoquit, & in quiete eſt ,nullam peculiarem uim præſe ferens . Hæc omnia Hippo.in lib.de Vete.med:quæ declarant omnes qualitates tum primas,tum ſecundas, tum tertias ſubiecto iunctas humanam naturam excedentes , ut cruda concoqui oportere,deinde medicamentis purgari .Sed non omnis humor concoctus eſt euacuandus,ſed is , qui ſuperfluus eſt,nec natura coopus habet ad.corpus nutriendũ:quem ſi diu in corpore maneret; morbum committeret . Hunc coctum ,atq; ſuperfluum quibus ſignis cognoſcas , docet Hippo.in lib. 5.de mor.prop.ubi inquit . Ventres ſubpurgare oportet in morbis,cũ matura fuerint : infrà quidem,ubi conſidiſſe videris.ſignum habes, ſi neq; anxij,aut capite gra-

uati fuerint, & cũ calores mitiſſimi fuerint, aut cũ poſt exacerbationes ceſſarint. ſurſum uerò in exacerbationibus: tunc.n.etiã ſponte eleuantur, cũ anxij, & capite grauati fuerint, ac ſe iactarint. Verùm & urinæ indicant, quãdo purgare corpus oporteat: nã habemus in lib. de Vict. rat. in mor. acu. ar. 44. Quibus in principio urinæ nebuloſæ aut etiam craſſæ ſunt, tales depurgare oporter, ſi etiam alia contulerint. quibus in principio urinæ tenues, tales ne purgato. Sed ſi uiſum fuerit; infuſum per clyſterem adhibeto. ſic Hip. qui nos admonet, quando purgatio fieri debeat tum per infernas partes, tum per ſupernas, atq; noras adſcribit. Cũ igitur modis prædictis humor fuerit concoctus; tunc, ſi redundet, per medicamẽta purgãdus erit, & mouendus. Verbũ Mouere quidã additũ eſſe exiſtimãt, vt corroboret Medicari, perinde ac ſi ſic ſcribas. Cõcocta per medicamentum purgans ſunt medicanda. Nonnulli aſſerunt Mouere dictũ fuiſſe ab Hip. quod reſpõdeat primis qualitatibus, quæ excedentes noſtrum lædãt corpus: ſed motæ ut ex calidis frigidæ, uel ex frigidis calidæ omnem adimant noxam, quemadmodum antea retulimus ex Hip. ſententia in lib. de Vete. med. Alij uerò copulant Mouere nõ cruda, & arguunt quæ nec cruda ſunt, nec cocta moueri oportere, ac præparare ad exitũ, aut ad alendum corpus: datur enim latitudo inter coctum; & crudum, ſed hæc interpretatio non uidetur uerbis Hippo. ſequentibus, ut plures exiſtimant conſentire; nam hoc pacto ſentiunt, & ſententiã Hipp. eſſe affirmant. Cruda non ſunt medicãda, ſiue purganda unquam, nec etiam in principijs morborum, niſi turgeant. nõ ſunt propterea purganda cruda, quòd naturæ non obediunt, imo

reſiſtunt,

reſiſtunt, ac repugnant. unde, cum ſit natura potiſſimus euacuationis author, medicamentū autem inſtrumentum; fit, ut, cum nihil agat in crudum humorem; medicamentum nihil noxij adimat, ut legitur in lib. de Vict. rat. in mor. acutis & idcirco, cum in morbi initio ſit humor contumax, atq; repugnans naturæ, (aliàs enim non eſſet dicendum morbi principiū, ſi obediret, atq; mollior eſſet) in tali morbi tempore purgationē exhibere non conducit, niſi turgeat. quod rarò fit. Verbum Turgeo tranſlatum à Græco orgao melius, & fortè rectius diceretur, ſi mutata litera o in u, & a in e, ut euenire ſolet linguis his, quæ ex alia originē ducunt, reſultaret Vrgeo, & non Turgeo. urgeo enim ſignificat opus eſt, ſiue neceſſe eſt, ſiue periculū imminet mortis; mortē verò minitatur morbus, uel ſymptoma, uel cauſa morbi præſens, q̄ humor ſit, aut aliud. horum ſingula ſi multū excedāt; periculum, & neceſſitatē nabent, & opus medici deſiderāt, multò magis ſi duo grauiter excitentur, ac tandē maximè, ſi tria hæc: tunc. n. non immorandū eſt, ſed purgās medicamentū eſt exhibendū. quod quidem feciſſe Hipp. oſtendemus in aph. 24. huius libri, & in ſequentibus commentarijs locis proprijs. Morbus vrget, ſi acutus ſit, aut acutis hæreat. ſymptoma, ſi vicem grauioris morbi gerat: humor, ſi naturæ ab hoīe alienæ ſit, ſi plurimus, ſi prauis præditus qualitatibus, uel nō prauis; ſed modū excedētibus, & partiū aliquā detineat principē. Quidā inquiunt Plurima turgere ad humorem ſiue cauſam morbi referri. ijs nos reſpondemus morbi cām propria ratione cōſiderari, & rōne effectus, q̄ duplex eſt morbus. ſ. & ſymptoma: à quauis. n. harum cauſarum medicus cogitur ad crudum

humorē euacuandum: nam, si humor per se tene-
ret, ac irritet, quā quā crudus; euacuandus est. si
morbus adeo sit acerus, & grauis, vel sympto̅a,
quod non diu ferri possit, vt sunt plures acuto-
rum; causa, tempestiuè tamen, est amouēda. si na
tura enim frangatur, debilitetur, pereatq; vel ob
calorem, vel acrimoniā, vel amaritudinē, vel te-
nuitatē, vel salsedinē, vel aliam superexcedentē
humorum qualitatem, vel dolorem, vel quālibet
affectionē; est statim ab illa afflictione liberan-
da, nullaq; est concoctio expectanda: propterea
q̄ vel humor noxius sanguinē conspurcabit cor-
pus alentē, vel morbus vires destruet. Euacuan-
dus igitur est humor crudus primum si irritet, &
ad exitū festinet, magis si irritet, & lædat admo-
dum, ac multò magis si morbus augeat, vel sym-
ptoma, & sanguinē, qui corporis est alimentum,
corrumpat, & hinc mors sequatur. At, si humor
crudus tantummodo irritet; vtilis est euacuatio,
ac maximè si irritationē comitetur turgescen-
tia, sicut nonnulli sunt opinati, qui verbum or-
gao idem significare, quod turgescētia vrget exi-
stimant. atque in medium producunt problema
scriptum ab Arist. in par. 4. prob. 8. prob. est. Cur
neq; concumbere, neq; euomere, nec sternuere,
neq; flatum emittere oportet, nisi res turgente
corpore vrgeat? an quia cum non turgemus simi
les terræ stirpibus sumus: quibus euulsis aut alie
num euellitur quippiam, aut aliquid abscissum
relinquitur: quod autē cum extrudi debet, minu
tum remanserit; id omne dolorē diutius move-
bit. & si quid alienum cōmotum sit; id, cum sua
sede priuetur; dolorem efficiet. quæ certè his vsu
euenient, qui cum non turgent, aliquid faciunt
ex his, q̄ modò retulimus. hæc Arist. quapropter

nisi

niſi res turgente corpore, vel parte aliqua principe ei ſeruiente, vrgeat: aut cum crudo euacuabitur aliquid, quod ſit corpori opportunum: quo euacuato afflictio, & debilitas aduenit: aut non totum id, quod crudũ eſt, extrahetur, ſed remanebit aliquid, quod uel morbum corroboret, uel recidiuam faciat morbi præteriti. ſi uerò turgeat corpus, uel pars, ut caput ob flatum, qui irritet ſternutamentum; ipſum excitare conducit: aut uaſa genitalia ob ſemen, quod titillationem moueat; concumbere utile eſt: aut uentriculum ob humorem, qui uel titillet eius oſculum, uel ſua acrimonia purget, angat, & quoquo pacto lædat; per uomitum expellere oportet, prius præparato, ſi opus ſit, humore ad exitum, ſi qua ipſius pars ſit renitens: uel uentriculo, uel utriſq;: aut inteſtina à bile moleſtata, & exitum quæritante: aut uenas nariũ, uel eas, quæ hæmorrhoidales appellãtur. ſi fluxionis ſanguinis notæ appareant; per ea educi loca expedit: nam prædicta irritamenta alia ſunt corpori utilia ad ſanitatem tuendam, alia neceſſaria naturæ periclitãtis auxilio, alia commoda, & opportuna. Cũ igitur humor ipſe quamuis crudus, aut irritauerit naturam, aut eam in diſcrimen adducet maximum; purgandus eſt, ſi loca purgationi adſint idonea, ſi uerò non; reuellatur. ſed de reuulſione aliàs. Fiat præterea talis euacuatio tẽpeſtiua, hoc eſt, habita ratione morbi, temporis anni, ætatis, ſiue perſonæ: ſic enim commoda erit: nã ſcribit Hip. in lib. de Veteri med. Cum amaritudo quædam diffuſa fuerit, quam bilem flauam appellare ſolemus, quales ſtatim anxietates, & æſtus, & impotentiæ occupant? uerũ ubi liberati fuerimus ab illa, & purgati aut ſponte, aut per medicamentũ,

si modo tempestiuè quid horum fiat; manifestè & à doloribus, & à calore liberamur. sed quãto tempore eadem eleuata fuerit, & cruda, & meraca, ac intemperata, nulla arte neq; dolores, neq; febres sedare possis. Hæc Hippo. explicans affectiones nullo remoueri pacto, nisi bilis illa aut purgetur, aut alijs permisceatur, siue cõcoquatur, uel alijs mixta perdat acrimoniam, & uim q̃ corpori noxã infert, q̃ euacuatio fieri in morbi initio oportet, aut si humor exitũ ꝓperet, aut adeo naturã fatiget, ut non possit diu perdurare, dummodo locus expulsioni adsit commodus, & conferens. Concocta igitur, & à natura uicta, & superata, & uiolentia eorum remota, purgari oportet, & mouere mobilia. cruda aũt uiolẽta, meraca, & intemperata ne dum principijs euacuanda sunt, nisi ipsa accelerent, & ad exitũ festinent, aut uim, & perniciem naturæ tentent.

APHOR. XXII.

Deiectiones non multitudine sunt æstimanda, sed si talia deliciantur, qualia conueniunt; & ægri facilè tolerant. Atq; ubi vsq; ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, si æger possit tolerare.

Eadẽ in hoc aph. explicat Hipp. quæ de uasorũ inanitione scripsit in aph. 2. nam, quemadmodũ si talis fiat vasorũ inanitio, qualis fieri debet; cõfert, & bene tolerãt ægri: sic si talia deijciantẽ, qualia deijci oportet; confert, & leuiter ferunt. sin minus; contrà. Hunc aph. eundẽ habemus in lib. de humo. his uerbis notatũ. Quæ prodeunt, non multitudine æstimare oportet: sed quandiu prodeãt, qualia oportet, & facilè æger ferat. Vbi verò opus est, debilitare etiã, aut animi deliquium

inducere;

inducere oportet, donec hoc feceris, cuius gratia hoc fit. interim aliò uertere, aut siccare, aut humectare, aut reuellere, si sufficiat æger. id qđ ex his coniectabis. sicca quidē calida erunt, humida uerò frigida. quæ verò aluū mouent, plerunq; contraria. sic Hip. Inquit igitur medicū inspicere debere non multitudinē eorum, quæ per sedē deijciuntur: sed uideat, an talia sint, qualia oportet, & an æger facilè ferat: nam tam multa deijci possunt, q̄ ad animi defectionē perducant; si æger possit tolerare, & expediat. Talia aūt deijciuntur, qualia oportet, si excrementa deiecta correspondeant naturæ morbi, ægrotantis, anni tēpori, & regioni, sicut explicauit Hip. in secundo aph. præterea in lib. de salu. diæta sic ait. Transmutare oportet scilicet diætam, habitaq́; ratione naturæ hominis, ætatis, & speciei, horæq́; anni, & modi ipsius morbi, curationem facere, aliquando detrahendo, aliquando apponendo, & ad singulas ætates, horas, & species, ac morbos inspiciēdo tum in exhibendis pharmacis, tum in constituenda diæta. Sed de his copiosè in secundo aph.

APHOR. XXIIII.

In acutis passionibus rarò, & in principijs medicinis purgantibus uti, & hoc cum præmeditatione faciendum.

Quemadmodū in uasorū inanitione cōueniēti quatuor inspiciēda sunt; sic in purgatiōe faciēda: morbū. n. naturā ægri, tēpus anni, & regionē aduertere oportet. Et propterea morbū respiciēs Hip. inquit. In passionibus acutis rarò uti medicamēto purgante oportet. &, si exhibendum sit; fiat in morbi principio, sed cum præmeditatione. Quæ autem sint acutæ passiones in præcedētibus aph-

copiosè

cõpiosè tractauimus. Quòd uerò rarò purgandũ sit, habemus quoq; in lib. de humo. ubi legitur. Quæ infrà ꝓdeũt, multũ purgare oportet, & hæc nõ prope iudicationẽ, sed longius ab ea: rarò aũt in acutis multa ducere oportet, in delassatis totum. Hæc Hip. qui asserit infernam purgationem multam esse debere, & longe à iudicatione: fiat enim, ut aliquibus placet, hæc multa purgatio multò post iudicationẽ, expectãdo, an natura id faciat. quæ si non effecerit; nobis est postea tentandum. in morbis longis concoctio semper est expectanda, antequam fiat euacuatio multa. in acutis autem rarò est faciẽda talis. & fiat, si opus sit, in morbi initio: initium autem quid sit, legitur in lib. 3. de mor. sic. Peripneumoniã hoc modo curare oportet, non tamen peccabit, si etiam pleuritidem, & phrenitidẽ ita curare aggrediat. & subdit. Aluum in primis quatuor, aut quinque diebus subducere oportet, & hoc paulò amplius: quò & febres obtusiores sint, & dolores leuiores. cum aũt euacuatus fuerit, & corpore debilis; infernã aluum tertio quoq; die deorsum cõmoueto: quò & corpus potens sit, & supernæ regiones humoris exortes: nã, si multus humor infrà secedat à quinta die; mortem inducit: infrà. n. humore secedẽte supernæ partes reficcãtur, & sputi purgatio sursum non ꝓdit. Oportet igit̃ & infernã aluũ neq; ualde suppressam esse; ut ne febres sint acutæ: neq; ualde egerere: quò saliua sursum educi possit, & æger uirib⁹ ualeat. At medicamẽta sursum educẽtia sexta, & septima, ac nona die, & morbo adhuc ulterius progresso magis exhibeto. sit autẽ medicamentum, ueratrum albũ, thapsia, elaterium recens singula æquis portionibus. Hæc Hip. docet de euacuatione faciẽda in tribus morbis

bis acutis, atq; de tẽpore eligẽdo. itaq; ex prædictis locis ꝓcipimus raro in acutis multa ducere idem significare ꝙ raro in acutis morbis medicinis purgantibus vti, quæ quales fuerint, explicatæ sunt. & fiant huiusmodi purgationes, si fieri debeant, in principio: nam proditum est in lib. 2. aph. 29 cum morbi incohant, si quid mouendum videtur; mouet: cum verò cõsistunt, ac vigent; melius est quietem habere. Et rationẽ huius sententiæ reddit in aph. 30. dicens: quoniã scilicet circa initia, & fines omnia imbecilliora: cũ verò consistunt; fortiora. In quarto autẽ lib. aph. 10. inquit. Medicari in valde acutis, si turget, eadem die: tardare enim in talibus malum est. quare, si turget; vti oportet medicamẽris purgãtibus. Turget autẽ, vt iam diximus, si ipsa materia, vel morbus, vel symptoma irritet, & ad exitum festinet conferentiẽ, aut si adeo naturam agitet, ꝙ periculum sit, ne succumbat breui; nisi ei medicus præsto sit. de materia irritante legitur sic in lib. de Vict. rat. in mor. acu. Si tales ab initio medicamentis purgare volueris; ante quintũ diem id facito, si venter murmurarit: sin minus; impurgatos sinito. si verò murmurarit, & alui egestiones biliosæ fuerint; scammonio dato moderatè purgato. in reliquo autẽ victu potus, ac sorbitiones parcissimè dato: quò æger melius habeat, si nõ remissione facta decimũ quartũ diem transgressus fuerit. Et suprà in codẽ lib. scriptum est. Quibus in principio vrinæ nebulosæ, aut etiã crassæ sunt; tales depurgare oportet, si etiã alia cõtulerint. quibus verò in principio vrinæ tenues; tales ne purgato: sed, si visum fuerit; infusum per clysterẽ adhibeto. si verò non materia, sed morbi vehementia irritet naturã, aut declaret euacuationẽ faciendam;

dam; medicus hac ductus Hip. sententia purgatio nem aggrediatur; etenim hæc scribunt in eodē lib. Maximè & heparis dolores, & splenis grauitates, & aliæ inflāmationes, & supra septum transuersum (hic locus. n. est morborū acutorū) dolores, ac morborū collectiones solui non possunt; si quis prius medicamentis purgare aggrediatur: nā uenæ sectio in talibus principalis est, deinde infusa per clysteres, si non magnus, ac uehemens fuerit morbus: sin minus; etiam postea medicamento purgante opus est. sed & post uenæ sectio nē purgans medicamentū securitate, ac moderatione opus habet. Quicunq; uerò ea, q̄ inflāmata sunt', statim in principio morborū medicamēto soluere aggrediunt; hi de intento, ac inflāmato nihil auferunt: non. n. remittit affectio, q̄ adhuc cruda est: q̄ uerò morbo resistunt, ac sana sunt, colliquefaciūt. debili uerò euadēte corpore, morbus inualescit. Cum autē morbus corpori præualuerit; tale iā incurabiliter affectū est. Symptoma tandē cogit medicū ad purgationē efficiendam, ut scribit Hipp. in eodē lib. qui dū curat pleuritidē, ait. Soluit mollitoriū fomentum dolores ad clauiculā pertingentes. sectio autē uenæ nō similiter soluit dolorē; si non ad clauiculā pertingat. si uerò dolor ad clauiculam, aut grauitas ad brachium, aut circa mammā, aut supra septū transuersum perueniat; uenā secare prodest in cubiti flexura internā, & nō cūctari copiosum sanguinē detrahere; donec multò rubicūdior fluxerit, aut pro puro, & rubicundo liuidus; utrūq; enim contingit. si uerò sub septo trāsuerso fuerit dolor, & ad clauiculā non perueniat; aluū mollire oportet à ueratro nigro, aut peplio; ita ut ueratro quidē daucū, aut seseli, aut cuminū, aut anisum,

aut

aut aliud quid ex odoratis ammiſceas : peplio uerò ſilphij ſuccū. Ducit nigrū ueratrū melius, & ad iudicationem cōmodius, quā peplium. ambo autem dolorē ſedant, ſedant itē alia multa aluū ſubducētia, & ea, quæ in ſorbitionibus exhibentē aluum ſubducētia, opitulantē quæcunq; nō valde iniucūda ſunt aut ob amaritudinē, aut copiā, aut colorē, aut aliā ſuſpicionem. Hæc Hip. uerba nos admonēt aluū moliri oportere in pleuritide, qui morbus eſt acutus, dū mō dolor ſit ſub ſcpro trāſuerſo. id autē fecit Hipp. ut pars humoris aliqua ad locū affectum decurrens, aut ſiſtatur, aut euacuetur: nam, ut ipſe in lib. de lo. in homine affirmat, in omni fluxione primū eſt ſiſtend⁹ humor, deinde id, quod locū affecit euacuandū tempore opportuno. ſiſtitur aut incraſſando, aut reſolnendo, aut reuellendo, aut deriuando. incraſſatio, & reſolutio ſunt modi ſecuriores. & idcirco primū tentandi ſunt, & mox poſtea, ni conferant, ad ve næ ſectionem, aut ad alui emollitionē eſt deueniendū. ſed omnis purgatio, quæ fit ꝑ pharmacū, ſit propterea cū præmeditatione, ꝙ, vt antea retu lit, purgans medicamentū ſecuritate, ac moderatione opus habet: quare exhibendū eſt ꝑmeditato : medicum. n. ſcire oporter vt recitat in lib. de Nat. hu. opponere ſe cōtrariū inſtātibus morbis, & naturis, & tēporibus, & ætatib⁹, & diſtendētia ſoluere, & ſoluta diſtendere: nam ſic vel maximè morbū ſedabit. & ſanè mihi hoc ipſum ſanatio eſſe videt : nā, veluti ſcribit in lib. de Vict. racitato, quæcūq; opera medicus bene, ac rectè tractat, ea ſingula bene, ac rectè facere oportet : & q̄ cito, cito: & q̄ purè, purè: & q̄ citra dolorē tractare oportet, ita facere, vt q̄ minimus dolor ſentiatur: & alia omnia inſigniter præ alijs ad melicrē

modum

modũ transigere oportet. maximè verò laudaue-
rim medicũ, qui in acutis morbis, qui plurimos
homines occeſſũt, præ alijs inſigniter ad meliorẽ
partẽ excellat. ſic Hipp. ex cuius ſententia decla-
rauimus in morbis acutis rarò vti oportere me-
dicamento purganti, niſi aliquid vrgeat: tunc
enim emollienda eſt aluus in morbi principio,
quod eſt à primo die ad quartũ, vel quintum ad
ſummum: morbi enim acuti ſunt breues, & idcir-
co breues ſunt eorum partes, vel tempora. celc-
ritatem igitur curationis poſtulant. & ſi pharma-
co vti opus ſit, id faciendum eſt cum præmedita-
tione, hoc eſt, cum ſecuritate, ac moderatione.

APHOR. XXV.

Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facile ferunt: Si contrà, difficulter.

Inquit Hipp. ſi purgentur vel ſponte, vel arte
talia, qualia oportet, cõfert, & facilè ferunt ægro-
tantes purgationem. ſi verò nõ purgentur talia,
qualia oportet, aut purgentur talia, qualia non
oportet; huiuſmodi purgatio nec confert, nec fa-
cilè tolerant ægri. Quæ ſint illa, quæ oportet, do-
cet Hipp. in ſecundo aphor. & aſſerit ea eſſe, quæ
ſint cõuenientia naturæ morbi, ægrotantis, anni
tempori, & regioni: nam, ſi ægritudo facta fuerit
à flaua bile, atq; ea euacuetur, confert: quoniã
morbi cauſam remoues. & facile ferũt, propterea
quòd natura gaudet moleſtia ſublata. ſic ſi in ætate,
vel temperatura, vel habitu bilioſo, ſublatio
ſuperexcedentis humoris ad priſtinã reducit tem-
periẽ ægrum: item, ſi anni tempore opportuno,
vel loco idoneo: fiet enim ab his facilis tolera-
tia, & vtilitas. quæ ambæ euenire nõ poſſunt, niſi
hæc quatuor, vel tria, vel potiſſima coadiuuent.

IOANNIS

IOANNIS MARINELLI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS.

II.

APHOR. I.

In quo morbo somnus laborem facit, mortale: Si verò iuuat, non mortale.

NAruta, ut asserit Aristo. in lib. de somno, & nig. tribuit animali somnum ad salutem. sed, cū eius salus consistat in eo restaurādo, quod est deperditū de corpore, atq; in sensibus, & facultate motrice corroborandis ab externis rebus defatigatis; somnus, q hæc efficit utraq;, à natura tributus est animalibus: q cū requies sit quædam; animal tuetur, & conseruat. confirmat idem Arist. in. par. 10. prob. 31. somnū eas potentias, atq; instrumenta corroborare, quæ nutritioni incumbūt: quietioraq; ea reddere, quæ facultatū motus, & sensus sunt. & in par. ij. prob. 27. ait. somnus, data requie scilicet instrumentis sensuum,

ſuum,& motus animaliũ,tum corpora tota,tum membra ſingula facit alacriora.idem ſentire uiderur Hip.in primo lib.aph.in aph.illo.Ventres hyeme, & uere natura calidiſſimi,& ſomni longiſſimi. Et in li.de Inſo.actio ſenſuum libera fit per ſomnum.Verùm,ſi ſomnus ab altera harum operationum, uel ab utriſq; deſiſtat ; & natura eum deſtituit.atq; hæc deſtitutio nihil aliud eſt nisi natura à ſeipſa abalienata. quod fieri nõ poteſt,niſi ipſa ſit ab extrinſeco quodã ei infeſtiſi, mo oppugnata . id autem eſt morbus , uel cauſa morbifica,uel ſympтoma; ſiue effectus morbum inſequens . hæc tria naturæ animalis inimica eam adeo exagitant, ac deprimunt,ut uel cadat omnino euicta, aut uires eius labefactentur, aut operationes perſiſtant,nec edantur.&, ſi edantur eductæ à ui morbifica,deprauantur,quemadmodum ſomnus,qui tum à natura regente ad ſalutẽ animalis exercetur , tum à morbi cauſa : ſomnus enim fit ab humido uapore à natura recto, uel à ui aliena morbifica , ſicut recitat Ariſto.in lib.prædictis. Dicamus igitur.ſi ſomnum animali tribuit natura, ut inſtrumenta nutritionis calidiora ſint,& organa ſenſuum,& motus,quietiora,ac uegetiora reddantur, ac tandem totum corpus,& ſingula membra alacriora fiant;eiuſmodi effectus ſunt nobis ſigna ſalutaria . Contrà , ſi non gubernans natura,ſed uirtus quædam morbifica ſomnum conciliet, uti uidemus in morbis quibuſdã,qui,uel quorũ,cauſæ & ſymptomata ſuperant animalis naturam ; non inſtrumenta calidiora;nec quietiora,nec alacriora euadẽt, imo imbecilliora,languidiora, inquietioraq;,quæ ſigna erunt mortalia.Vnde inquit Hipp.in morbo in quo ſomnus à cauſa morbifica,excitatus facit

ut

ut cõcauſa membra laborioſa, debilia, languida, & totum corpus, is labor, ea debilitas, inquietudo, & languor ſunt ſignum pernicioſum. ſi uerò ſomnus à natura conciliatus iuuat, quanquã & & à morbi cauſa; tamen non mortẽ minitatur: nam ſomnũ promouet aut natura, aut uis morbifica, aut utrãq;. ſi ſola uis morbi; ſigna ob ſomnum apparentia letalia ſunt: ſi ſola natura; ſalutaria: ſi utraq; ſomnũ inducãt; is fiet aut in eodẽ tempore, aut in diuerſis: & aut in ſomni initio, aut medio, aut fine. ſi eodem tempore natura, & uis morbifica ſõmnum promoueant; aderunt & ſigna letalia, non letalia, mala, & bona: & quæ, plura, & maiora erunt, ueriora dabunt. ſi autem in diuerſis temporibus, ueluti ſi mane ſomnum inducat morbifica uirtus, noctu uerò natura; q̃ erunt efficaciora, & ueriora, dicentur, ſiue bona, uel mala, uel letalia fuerint. ſi initiũ ſomni morbus, ſiue eius cauſa ducat in acceſſionibus, natura autem regat mediam partem, & finem; exitiales notæ non apparebunt. ſed, ſi cauſa morbi totum illum ducat ſomnum; malæ erunt, & proſtrata natura peſſimæ, & pernicioſæ. ſi tandẽ aut natura, aut uirtus morbifica modò hanc ſomni partem, modò illam agant; ſigna bona, uel mala dicentur, quales erunt robuſtiores, & plures operationes huius, uel illius: eſt nanque latitudo inter mortale, & ſalutare, atq; etiam mortale dicitur magis, & minus: & ſalutare magis, & minus: & hinc non ſalutare, non mortale, non bonũ, & nõ malũ: peſſimũ, exitioſiſſimũ, & contrà optimũ, & ſaluberrimũ. iuuant prædictas operationes nõ ſolum bonas, ſed & malas, modi, & circunſtantiæ: nã ſomni longitudo, & breuitas, profunditas, & facilitas ad uigilias, repetitio ſomni, ſomniferæ

cauſæ, ſomnolẽta obiecta, ſuauitas, & diſplicẽtia in ſomno, ſomnia læta, obſcura, gratioſaq́;, quies tũ corporis, tũ ànimi, cõtrà inquietudo, tẽpeſtiui tas, & intẽpeſtiuitas, & ordo eius præpoſterus, uel opportunus, & rectus, atq; huius generis alia bonas eas reddunt magis & minus, malaſue: aut eorum bonitatẽ, & malitiã augent, uel minuunt.

APHOR. II.

Vbi ſomnus delirium ſedat, bonum.

Nonnulli, qui hunc apho. eſſe concluſionẽ ſuperioris, uel propoſitionẽ ita, ut nõ exemplũ, ſed inductio fiat, arbitrati ſunt, de morbis tantũmodo locutũ fuiſſe Hipp. qui inſtrumẽtis facultatis animalis ſeruiũt, exiſtimãt: propterea q̃ ſomnus ſit taliũ inſtrumẽtorum affectio. ſed de his, ac de illis, q̃ ad nutritionẽ attinent, ac poſtea per cõſen ſum de adminiſtrantibus uitalia munia ſermonem in his habuiſſe puto, atque tantò magis, ſi nõ mortale, & bonũ idẽ ſint. qđ ſi differãt; nulla coniunctio inter hunc, & præcedentẽ intercedit apho. ad quẽ explanandũ ueniamus. Si delyrium ſedare ſomnus debet; neceſſe eſt, ut hoĩs natura morbũ ſuperet, & eum ſomnũ agat, qui ſedet delyriũ: à ſomno. n. fit quies ſenſuum, & facultatis motricis, inſtrumentorũq́;: & quietẽ ſequit frigiditas quædã: ac præterea, dũ ſomnus fit; uapores humectãt partes exiccatas, ob quas delyriũ oritur. ab aliquo igit frigore & humiditate organa uirtuti animali deſtinata irrigãtur, & delyriũ ſedat. atq; id bonũ eſt futuræ ſalutis ſignũ, uel naturæ uim morbi ſuperãtis: nã lethale eſt, ubi in febre nõ intermittẽte difficultas ſpirandi, & delyrium accidit, ut ait Hip. in lib. 4. aph. 50. unde in lib. 2. prædict. legit. In principijs febriũ ſiue delyriũ acceſſerit

cesserit, siue alicuius mẽbri syderatio; periturum hominem sciendũ est; si nõ omnino aut ex optimis signis aliquod accedat (tale verò est sedatio delyrii à somno facta) aut corporis vires adsint.

APHOR. III.

Somnus, atq; vigilia, vtraque si modum excesserint, malum.

Est Hip. sententia in apho. 51. huius libri, omne nimium naturæ esse inimicũ. quare excessus quiuis in ipsam aut malè agit, aut de ea malum præbet signum. Sint igitur, vt Hip. placet in lib. 6. de mor. pop. sect. 6. labores; cibi, potus, somnus, res venereæ omnia mediocria. his addamus cætera, quæ non naturalia à medicis nuncupantur: afficiunt enim naturam; si sana existat: augent affectiones; si ægra sit, & mala dant signa. Afficiũt, vt legitur in lib. de Denti. etenim quicunq; dentientes habitiores manent, & altiore somno præmuntur, periculum est, ne conuulsione corripiãtur. & in lib. de Fla. somno sanguis frigefit. somnus tamen longior his conducit, ut in lib. de Sal. diæ. qui postridie cibos eructant. & in lib. 2. de diæ. nisi somni longi sint, ieiunum attenuant, & frigefaciunt, præsentem humiditatem euacuantes. qui verò magis calfaciunt, colliquant carnẽ, & corpus diffundentes exoluunt, ac debiles faciunt, à cibo verò sumpto calfacientes humectãt, alimentum in corpus diffundentes. à matutinis autem deambulationibus somnus maximè siccat. Ex his comprehendere licet ad longum somnum considerandum, an vtilis sit corpori sano, necnè, inspicere nos debere hominis naturam, res non naturales, & circunstantes. Malas ostendunt, & sanas notas somni immodici in morbis,

ut legitur in lib.1.præd.ubi ſcriptū eſt, ſomnus multus infaucibus exaſperatis, cum uentris murmure, & frontis doloribus conuulſorius. & alibi multa. De uigilia uerò modo oppoſito, ſi & ipſa immodica naturā lædit, & malū præbet ſignū in morbis. lædit ſanū hoīem: nā, ut ſcribit in lib.2.de Diæ. uigilia in exſatiatis cibo nexia eſt, nō ꝑmittens cibū liquari, ac concoqui. ieiunū autē attenuat quidē, ueriū minus lædit. Et li.7.aph.in vigilia conuulſio uel diſipientia. ſ. malū. Ariſt. in li.1. prob.1. aſſerit exuperantias oēs morbificas eſſe: qm̄ uel exceſſum, uel defectū efficiāt. qua quidē re morbū cōſiſtere certū eſt. quare, ut in prob.2. exceſſus, uel defect° oppoſitus ſæpe curat; cū cauſæ, q̄ morbos committunt, aduerſæ inter ſe ſint. Et ſubdit prob.3. tēporū, & uentorū mutationes morbos intēdunt, tollunt, iudicāt, uel cōmittūt: etenim, cū calidæ aut frigidæ, aut ſiccæ aut humidæ ſint; harum qualitatū exceſſus morbos cōmittit: nā ſecūda ualetudo mediocritas quædā eſt: ſi enim per humidam, frigidamve materiā morbus conſtiterit, tempus accedens contrariū, tollere illum poterit. ſed, ſi minus contrarium ſubſecutum ſit; qui ſimilis ſtatus temporis ſuperuenerit, intendet, atq; interimet.

APHOR. IIII.

Non ſatietas, non fames, neq; aliud quicquàm quod modum naturæ exceſſerit.

Si aphoriſmus cū ſuperiori coniungat̄, ſermo ille emerget, quem ſcripſit Hip. in lib.6. de mor. pop. ſect.6. atq; fiet apho. in quo concluditur oēs res nō naturales immodicas malas eſſe, modicas uerò utiles, & bonas: & nō ſolū res nō naturales, ſed naturales, & circunſtantes, & præternaturales

les, si modũ naturæ excedant, occidere: asseruimus.n.in præcedẽti aph. oẽm immoderantiã inducere ægritudinẽ, si non adsit: si aũt adsit, eã augere, & notas ferre bonas, aut malas dũ modo huiusmodi immoderatio, siue exuperatio sit aut rerum non naturaliũ, aut circunstantiũ ad corpus hominis; quemadmodũ cibus moderatè assumptus animal alit, conseruat, & restaurat: immodicè, uerò lædit, afficit, & perimit. immodicus uerò, ut affirmat Arist. in prob. 1. excessum, uel defectum efficit: à cibi excessu fit satietas, à defectu fames. idem de somno, uigilijs, motu, quiere, & alijs est dicendũ. sic ex circunstantibus aer immodicè calidus, uel frigidus, siccus, uel humidus morbos cõmittit. Sed, cum sæpe nonnulli medici morbos curent p excessum vel vini, vel aquæ, uel salsuginis, uel cibi, uel inediæ, ut differit Arist. in prob. 2. uimq; morbi à repletione effecti per inanitionẽ curent, ab inanitione ꝓducti per repletionẽ; Hip. medico præcipit, ubi hanc curandi rationẽ exercuerit, si ad curationem ægritudinis, uel ad tuendã sanitatẽ sit opportuna uel satietas, vel fames, vel aliud quid ex nõ naturalib⁹, vel circunstantibus rebus, eas instituat, q̃ modũ naturæ hominis, uel huius hominis nõ excedãt. modus aũt duo respicit, seipsum, & hominẽ, uelut modus cibi cõsiderat in ꝓpria substantia, quãtitate, qualitate, loco, tpe & alijs cibũ cõtingẽtibus cõsiderat ẽt quo ad hoĩs naturã, q̃ eum assumere oportet. Cæterùm & res naturales immodicæ nõ semper à natura adamantur: nã, ut scribit Hip. in hoc li. 2. aph. 44. q̃ natura admodũ crassi sunt, citius intereũt, q̃ q̃ graciles. & aph. 54. magnitudo corporis inuentæ neq; indecens, neq; illiberalis, senectæ uerò inutilis, & deterior paruitate.

Si igitur quid ex dictis modum naturæ superauerit ; malum erit.

APHOR. V.

Spontaneæ lassitudines morbos prænuntiant.

Lassitudo est duplex: altera fit à causa manifesta, altera à non manifesta, & appellat hanc Hippo. lassitudinem spontaneam: quia homo sibi eã videtur accidisse absque ratione. quæ fit à causa nota, est triplex: lassantur enim homines inexercitati aut ab omni labore, aut exercitari ab insuetis laboribus, aut à consuetis laboribus si modũ excesserint. Hæc est Hippo. sententia in lib. 2. de Diæ. in fine, & quo modo à labore hæ contrahantur lassitudines, exponit, & inquit. Inexercitati humidam carnem habentes cum laborauerint, corpore calefacto, multam colliquationem remittunt, & quicquid exudauerit, aut cum corpore depurgatum fuerit, non exhibet laborem in corporis parte præter consuetudinem euacuata. quicquid verò remanserit à facta excretione nõ solum parti euacuatæ laborem exhibet, sed etiã ei, quæ humiditatem suscepit : non enim commoda est corpori, sed infesta. & in carnes quidẽ corporum non similiter congregatur, verum in carnosas partes. quare his laborem, sine lassitudinem exhibet, donec exiuerit : tanquam enim circuitum non habens, quiescens calefit tum ipsa, tum quæ allabuntur. si igitur multum fuerit id, quod excretum est ; etiam sanum corpus exuperat, vt totum concalescat, & febrem fortem induc it: calefacto enim sanguine, & attracto, celerẽ circuitum faciunt ea, quæ in corpore sunt, & tũ reliquum corpus præ spiritu purgatur, tum quod

compa-

compactum est calescens attenuatur,& simul ex carne foras sub cutem extruditur. atque hoc sudor calidus vocatur. hoc autem excreto & sanguis in naturalem statum restituitur,& febris remittit,& lassitudo sedatur, maximè tertia die. Exercitatis autem ab insuetis laboribus proptera lassitudo contingit. cum corpus non fuerit à quodam labore exercitatum: necesse est carnem humidam esse ad eum locum, ad quem non est adsuetus se laboribus exercere. carnem igitur necesse est colliquari,& externi, considereque, ac contrahi,velut priori. Lassitudo tertiò à consuetis exercitiis,sed immodicis hoc modo fit.à moderato labore lassitudo non mouetur. cum autē maior,quàm oportet,labor fuerit; carnem super exiccat.euacuato autem humore, caro calefit, & dolet,& horret, & ad febrem perducitur longiorem; si non quis rectè curet.Hæc Hipp. de tribus lassitudinum differentiis, ac de earum causis externis,& manifestis,de quibus nihil in hoc aph. agitur,sed de his tantum lassitudinibus,quæ causam internam siue spontaneam habent.causa autem interna est aut humiditas per se, aut partis alicuius imbecillitas, cui facultas defit uel in attrahendo,vel in retinendo,vel in concoquendo, vel in separando,vel tandem in expellendo.Humor per se est causa lassitudinis interna, si excedat quantitate,vel qualitate,vel vtrisque, & locum non sibi conuenientem occupet, eo pacto, quo de carne liquata dixit Hippo.talis enim humor siue ex cibis ducatur,& uenis,siue ex carnibus,aliisve partibus liquari aptis,veluti de cerebro scripsit in lib. de mor.sac.atque aliis pinguedinosis,si fit morbus in partibus neruosis,ac musculosis; fit modus lassitudinis,quæ sentitur ve-

luti tenſio quædã. ſi uitiatus, & malus, ut acutus, acris, pungenſue; alius fit, qui inſtar cõtuſionis, & ulceris apparet: ſcribit. n. Hip. in li. de lo. in ho. carnes cum bilem habuerint; non quieſcunt, ſed concutiunt̃, & cõcuſſæ laborãt, ac delaſſant̃ ueluti in itinere faciẽdo cõcuſſæ. ſi & mult⁹, & prauus ſit humor, tertius fit, q̃ à quibuſdã dicitur laſſitudo apoſtemoſa, ab alijs tumida, ſiue inflãmata. addamus autẽ quartũ laſſitudinis modũ, qui fit, ubi humiditas plurima euacuetur, atq; hinc caro calefiat, doleat, horreſcat, & febris excitetur. de hoc quarto modo ſuprà egimus ex uerbis Hip. Cũ igitur hæc ita ſe habeant, ad hanc apho. explanationẽ ueniamus. laſſitudines ſpontaneæ, hoc eſt, quæ ſua ſponte, & nõ à cauſa manifeſta confluunt, ſed ab aliquo humore multo, uel uitioſo per ſe, aut à corporis parte aliqua imbecilliori non retinente, uel expellente talẽ humiditatẽ in partes ſenſitiuas, ſignificant futuros morbos, non neceſſariò: quoniam tales cauſæ corrigi poſſunt à natura, à circunſtantibus, & à medico. ſed multoties euenit, ut ab humoribus huiuſmodi laſſitudines primũ, deinde morbi fiant.

APHOR. VI.

Quicunq; dolentes parte aliqua corporis omnino dolorẽ nõ ſentiũt, his mens ægrotat.

Hæc nobis cõmoda adfert aph. notas. ſ. mentis ægrotãtis, delyrantisq́; & quid ſit ex delyrio præſagiendũ. Mẽtes ægrotare ſignificat nulla doloris & affectionis perceptio: ſed & abſceſſus circa aures ſi deleatur, aut retrocedat, febre detinente, & nequaq̃ ſcreatione ſecreta, ut in lib. prog. aſſerit Hip. qui pòſt ſubdit in eodẽ lib. auriũ dolor acutus cũ febre continua, ac uehementi, periculũ de-

lyrij

lyrij,& mortis est. Et in Coa.delyriū in febre significat egestio ualde rubicunda. Et in lib.6.de mor.pop.delyrium significant sputa rotunda. Et in lib prog.cirato.siquis cubet in uentrē mini mè solitus;malum est:delyrium enim aut dolor circa uentris sedes significatur. Et in lib.de Vict. rat.in mor.acu.uersus finem. cùm febrientis lingua quarto die turbata quædam loquitur, atque uenter liquida biliosa deijcit;talis delyrare consueuit.Et in Coa.præter cōsuetudinem quid facere,ut sibi proponere, & expectare q̄d nō cōsuetū aut contrariū est mētis motioni proximū.Alia ēt habemus ex Hip sentētia præsentem mentis ægritudinē,uel imminentē explanantia. Alterū autē cōmodū est præsagiū ex mentis affectione: nā in aph 33.huius libri est proditū. In quouis morbo mente cōstare,& bene se habere ad illa,quæ offeruntur,bonū:cōtrà,malū. Et in Coa In febribus mentis emtiones taciturnæ p̄nicioſæ sunt in eo, qui uoce priuatus nō sit Et ibidē.Mēte moti acutè insuper febriētes phrenitici fiūt.Et,mētis emotiones modicè feroces & ferinū, & cōuulsionem significāt. Et,morbi derepente mente percellentes,cū anxietudine sanguinē p̄fundunt.Et in li.6. de mor.pop.sect.6.à mētis emotione liberat sanguinis ex sinistra nare eruptio, & urina multam subsidentiam habens. alia proprijs locis abundè.

APHOR. VII.

Quæ longo tempore extenuantur corpora, lēte reficere oportet:quæ verò breui,breuiter.

Oēs repentinæ mutationes periculosæ existūt. sicut igit corporis extenuationē à lōga fame cōparatā remouere oportet p̄ cibi refectionē paulatim exhibitā;sic corpora ob longam affectionem

extenuata

extenuata lentè sunt reficienda: natura enim & vires debilitatem eam contraxerunt, quæ oppo-sita admodum est alimento robustiori. Sed, quē-admodum alia est totius corporis extenuatio, a-lia partium, alia ab hac ducitur causa, alia ab il-la; & vtraque vel longo, vel breui tempore: sic alimentorum hæc reficiunt totum corpus, illa partes: hæc competit factæ extenuationi ab una causa, illa ab alia, vel temporis processu, vel bre-uitate: nam aut totum corpus extenuatum est, aut pars quædam, vel partes aliquæ. si totum cor pus; non potest nisi longo tempore refici. si pars, veluti spiritus, in qbus uires animæ, & calor sedē habent, vel humor, a quo spiritus emanant; bre-uiori tempore: si pars, vel partes quædam soli-diores; longiori. si à causis externis fiat extenua tio; his remotis, breui reficitur: si ab internis; eas euacuare, & corroborare est necesse, deinde corpus reficere. si iam diu extenuatum sit; lon-go tempore reficias: etenim magnæ circa habi-tus, & naturas nostras mutationes maximè mor-bos pariunt, vt scribit Hipp. in lib. de Vict. rat. in mor. acu. si breui tempore; breui etiam est refi-ciendum. sed edulia hæc omnia respiciant; alia enim sunt crassa: alia tenuia: & tenuium alia sunt substātiæ mollis, alia paucæ molis, alia qua litatis facilè passibilis: contrà crassa. quapropter corpora longo tempore extenuata, cum iam ferè habitum contraxerint: longum tēpus desiderant ad refectionē, præsertim si totum corpus, vel par tes plures, vel solidæ contabuerint: atq; eò ma-gis, si causa sit interna: alimētum. n. vel paucum esse oportet, uel tenuis substantiæ, vel facilè pas-sibilis, siue bis, siue pluries in die exhibeatur. cō-tra quæ breui tempore extenuantur.

APHO.

APHOR. VIII.

Si à morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus vti significatur: Quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, quòd indiget euacuatione.

Eorum, qui à morbo liberantur graui, vel diuturno, uires languidæ existunt: quibus recuperandis summam opem fert victus ratio, ac potissimum alimentaria. alimentum autem aut assumendum est, aut iam est assumptum, & vtrunque est bonum, vel malum. vires item corporis vel ad cibum conficiendum satis firmæ sunt, vel languidæ, vel languidiores. si quis igitur alimento indigeat, iam illo consumpto, quod recepit ad corporis restaurationem, & tantum accipiat, quantum vires perferre possint, bonumq; existat; corroboratur. si verò tale assumat; prædictis conditionibus, sed maioris molis, aut validioris, aut concoctu difficilioris, quàm vires postulent; non corroboratur. Verùm, si cibum nõ assumat, sed in venis, aut extra uenas alimentarii insint humores, iique boni; vires adeo conseruantur, ut ij in substantiam corporis vertantur. Si verò praui; vires non recuperant, sed deperdunt. Si autem ex morbis longis, ut ait Hipp. in Coa. se refocillantes bene cibum accipiunt, & nihil proficiunt (propterea q̃ prauus, ut diximus, sit humor) hi malignè recidiuam incidunt. Et in libr. de Denti. Sugentes, qui non probè aluntur, macilenti fiunt, & ægrè vires recolligunt. idque propterea fit, quòd plus sugunt lactis, quàm uiribus par sit. quare & in quibusdam multus effluit sudor: ait enim Hip. in li. 4. aph. 41. sudor multus

ex

ex ſomno factus abſq; cā manifeſta, corpus uti pluri cibo ſignificat, ſi uero cibū nō accepiēti id accidat; ſcire oportet, q̄ euacuatione indiget; praui etenim humores uires occupant. Et in lib. hoc 2.aph.31.Eius, qui ex ægritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum: ſignificat.n. aut uires languidiores eſſe, aut corpus uitioſis humoribus ſcatere. Propoſitū igitur huius aphoriſmi eſt, ut curatio à medico adhibita ſit per aliquam ablationem humoris, aut alimenti; ſi conualeſcens cibum appetens non corroboretur.

APHOR. IX.

Corpora cum quiſpiam purgare voluerit, oportet fluuida facere.

Si qua igit euacuatio ſit faciēda; uideat medicus, an p ablationē alimēti quandā, aut per pharmaca purgantia ſit præſtāda: nā ſi corpus euacuari oportet per pharmacū purgās; prius fluuidū facere eſt neceſſe. corpus autē purgandū eſt, q̄d eſt impurū. impurū eſſe ſignificāt facultates imbecilliores, q̄ par ſit, & quàm cōperat regioni, ætati, anni tēpori, & corporis ſtatui præſenti. Facultatē naturalē imbecilliorē oſtēdit mala potiſſimū cō coctio, à qua malus color: animalē actiones ſenſuū, & motꝰ languidæ: uitalē pulſus debilis. quare, ſi corpus impurū erit; purgare oportet: ſanum aūt minimè: ſana.n. habētes corpora, ſi medicamētis purgentur; celeriter exoluuntur, ut in hoc li.aph.36.præcepit Hip. Hoc primum aduertat medicus, deinde an totum corpus, aut partem purgare ſit neceſſe. ſi partem; prius purget totū: quanquam non neceſſario, niſi pars illa ſit læſa ratione totius: nam proditū eſt in lib.1.de mor. mul. ſi piruitoſa fuerit mulier; ſanguis menſium

erit

erit ueluti mucus. utrum uerò horum fuerit, uen trem purgato, siue supra opus habuerit, siue infrà. postea uteros purgato. quæ uerba significant prius fieri oportere purgationem vniuersalẽ, quæ fit per supernam, uel infernam partem: deinde uteri particularem. tertiò autem inspiciat, utra purgatio magis competat, per inferiorem, an superiorem locum. inferna esse faciendam docent uerba, quæ explicat aph. 20. quarti lib. eaq; sunt. Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari inferius oportere significatur. Et in lib. 7. de mor. pop. subpurgãdi sunt uentres in morbis, ubi purganda matura fuerint: inferni quidem, ubi consi disse uideris. signum habes si nõ anxij, neq; capite grauari, & cum calores mitissimi, & cum post exacerbationes cessarint. supernam aperiendam esse notæ illæ nobis exponunt lib. 4. apho. 17. siquis febrem non habens abstineat à cibo, hoc est non appetat, & cordis morsum, siue uertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit; purgatione indigere per superiora significat. & subdit aph. 18. supra præcordia dolores purgatione per superiora significant. qui uerò inferiora molestant, per inferiora. & in lib. 7. de mor. pop. loco citato. superni scilicet uentres in ipsis exacerbationibus: tunc enim & hi eleuantur, cum anxij, & grauati supernis partibus fuerint. His cognitis, fluuidũ redde corpus parte illa, per quã purgatio fieri debeat: ex opposita, sistte. id monet Hip. in lib. 7. aph. 67. his uerbis. Corpora oportet, ubi quis purgare uoluerit; fluuida facere: & si suprà; sistere aluum: si uerò infrà; humectare. Hæc aũt humectatio non adhibenda est, cum signa antea descripta propinqua sint: aut si adsint;

nondum

nondum efficacia existant. Verũ humectare contingit tripliciter, aut enim uiæ, per quas exire debent humores, sunt emolliendæ, ac dilatandæ: aut humores partibus imbibiti, incidendi, atq; segregandi sunt: aut eidem crassi cum sint, attenuandi. Tribus his modis corpus redditur fluuidum. Quòd quiuis humorum excessus morbos committat, minimè est ambigendum. uiæ quidem strictæ morborum sunt effectrices: nam in lib. 1. de mor. mul. nu. 1. scriptum est. Mulier, quæ non peperit, grauius, & citius ex mensibus ægrotat, quàm ea, quæ peperit: cum enim peperit, venæ fluuidiores sunt ad menses. fluuidas autem ipsas facit purgatio, quæ fit a partu: & vbi hæc erumpit; vicinæ maximè uentri, ac mammis per partes discinduntur. discinditur item reliquũ corpus. deinde necesse est uenas magis aperiri, & ampliores, ac fluuidiores ad menses fieri. instrumenta, quæ Hipp. exercebat, si per os assumebantur, erat hydromel, oximel, cibus humectans, & potus, aliaque id generis: extra corpus administrabat fomenta, linimenta, unctiones, suffitus, balnea, & huiusmodi. In lib. de Inter. affect. ubi de morbis agitur, qui à pituita fiunt, memorat aquam multam ad hunc vsum, & inquit. Bibat aquam mulsam tepidam, polenta modica inspersa: quò corpus præparatum sit ad pharmacorum potum. In lib. de Vict. rat. in mor. acu. asserit acetum mulsum sputo inducere molliciem, & lubricitatem, & intestini infernam partem humectiorem facere. & in prin. huius libr. de Vict. rat. dum de purgatione, quæ fit per sputa, agit, sic inquit. Si os humectetur, & a pulmone prodeuntia, qualia oportet, fuerint; sorbitionis copiam augere oportet: quæ enim citius, & magis humectan-

mectantur, celeritatem iudicationis significant. Et in lib. de affectio. calidi cibi, sicci quidem sistunt: humorem enim in uentre reficcant. si verò humidi sunt, humectantes per caliditatem, aluum subducunt. acerba sistunt, acida attenuãt. Salsa secedunt, urinam cient, cucurbita, beta, blitum, & rumex reficiunt, & per humiditatem secedunt. brassica acrimoniam habet quandam ad secessum. Ex oleribus coctis secedunt, quæ ex natura humidissima, aut acerrima sunt, aut caliditatem habent. danda sunt hæc tepidiora, ac flaccidiora: sic enim ad secessum commodant. Mel per secessum, & per vrinam expurgatur plus iusto. De his autem, quæ incidunt, & attenuant, scribit in libr. de loc. in hom. hoc pacto. Aluum subducentia talia sunt, quæcunque lubrica, & incisiua sunt, & quæcunque in calidis attenuantur: venter enim calidus est, & quæcunque salsuginosa sunt, & quæcunque ex talibus plurimum participant. Et subdit. quæcunque repletionem faciunt, assumpta plurima, maximè pituitosa sunt; & si repletionem non faciant; aluum subducunt. Hæc & alia scribit Hipp. de his, quæ per os assumuntur, vt fluuidum reddatur corpus. Extrà autem administrantur, ut diximus, balnea, fomenta, illitiones, unctiones, & alia huius generis humectantia. De fomento recenset in lib. de Inter. aff. ubi de aqua intercute ea, quæ ab aqua pluuiali, vel stabili fit, tractat. uerba sunt. Præhumectare antea corpus ipsius oportet per fomenta: quò magis pharmacis obediat. Et in prin. citati lib. quando de medullæ spinalis reficcatione agit, sic ait. Caput purgato hippophais succo, aut cnidio grano, corpore prius ualde bene foto. Et in lib. 1. de Diæta versus finẽ. Confert

his

his.ſ.qui hac inſaniæ ſpecie laborāt, fomētis vti, & à fomētis veratris expurgari. De balneo prodi tū eſt in lib. de Vict. rat. in mor. acu. Qui in morbis aluū plus iuſto habent humidiorē, ij nō ſunt lauandi, nec qbus ſanguis ex naribus ꝓfluit, niſi minus q̄ decet, fluxerit. De vnctione ſic legit in lib. 2. de Diæta. Vnctio calfacit, humectat, & mollit. Cæterū ſi purgatio ꝓ vomitū ſit faciēda; ſcribit Hip. in lib. 4. aph. 13. Ad helleboros q̄ nō facilè ſuprà purgant, eorū corpora ante potionē pluri cibo, atq; quiete humectanda ſunt. Ii aūt, q̄ ad vomitū præparāt ſe, ſunt hoīes craſſi, & pingues, aut graciles. ſi pingues; ieiuni vomāt à motu, aut ambulatione cita iuxta meridiē. ſit aūt dimidia hemina hyſſopi in aquæ congio cōtriti. atq; hoc ebibat affuſo aceto, & adiecto ſale: quò iucūdius euadat. bibat aūt primū ſenſim, ac lentius: poſtea amplius, & citius. Graciliores, & debiliores, loti calida præbibāt meri heminā. deinde cibos omnigenos edant, & neq;, dū cibū ſumūt, neq; à cibo bibāt: ſed cōtineant ſe, donec quatuor ſtadia quis ꝓcurrat. deinde vina tria permixta in potu offerantur, auſterū, dulce, & acidum, primū meracius, & paulatim, & per multū temporis ſpaciū: deinde verò dilutius, & citius, & multū. Hæc in lib. de ſalub. diæta. In lib. autem 6. de mor. pop. ſect. 5. Eum, qui veratrum bibit, ſi citius purgare volueris; lauare oportet, aut comedere. ſed hæc tám vomitui, q̄ alui fluxui cōferunt faciundo.

APHOR. X.

Non pura corpora, quanto plus nutries tanto magis lædes.

Magis indigent euacuatione, q̄ alimēto corpora impura: nō. n. corroborantur ab aſſumpto alimento:

mento: debilia igitur existant. vnde excretiones, nõ similes sanis sunt, hæ, atq; aliæ corporũ impurorũ sunt notæ ex Hip. sentẽtia in aph. 8. & 15. huius libri. Corpora aũt impura appellantur nõ purgata, & nõ sincera, sed ea, q̃ quid admixtũ sibi habent alieni, vel additũ, quicquid fuerit illud additũ, dũmodo ad hoĩs cõseruationẽ, & tutelã minimè aptũ sit, imo eius naturã lædat, quemadmodũ quid additũ dicitur sanguis, q̃ statis tẽporibus exitũ occlusum habuerit in muliere, cui singulis mensibus erumpere solebat, vt admonet in lib. de mor. mul. caro etiã aucta plus, q̃ cõpetat, aut nutrita ex alimẽtis minime aptis, pinguedo, & huiusmodi aliæ partes, q̃ in maiorẽ extendũtur molẽ, q̃ naturæ conueniat, aut in eam, q̃ præteritæ nõ respondeat, impura præstãt corpora, q̃ nisi corrigãtur, ad morbos accedunt: nã proditũ est in lib. de Nat. hu. eos, q̃ labores reliquerunt, antè corpore operarios, molli carne, & multũ à priore differẽte carnosos reddit, & corpus multũ discrepans habere: vt id, qđ prius extitit, cũ eo, qđ nunc adepti sunt, nulla parte cõsentiat. atq; hinc in morbos incidũt. quapropter corporibus, quæ alieni plus q̃ iustũ est, habent, & impurgata permanẽt, quãtò plus nutrimenti dederis, tantò plus lædes: etenim talia cum vires habeant languidiores ob excremẽta retenta; minime id, si sit copiosum, cõcoquũt, incoctũq; permanẽs lædit.

APHOR. XI.

Facilius est impleri potu, quàm cibis.

Verbũ impleri aut respicit rem, q̃ implet, aut corpus aĩalis, qđ implet, aut vtrũq; si rem, q̃ implet, impleri nihil aliud significat, q̃ promptè terminari: asserit. n. Arist. in li. 2. de gen. & cor. ca. 2. qđ repletiuũ existit, ad humidũ ex eo pertinere,

quia non sit definitum, sed promptè terminari possit, & sequatur id, quod ipsum tangit. sed potus cum humidum sit quodam, in eo quod humidum existit, promptius, quàm cibus potest terminari, & sequi id, quod ipsum tangit. in eo autẽ ꝙ facilius in naturam uertitur alendi animalis, quàm cibus, facilius alit, & citius. & hoc pacto põtus impleri significat Nutriri facilius, siue citius, quàm cibo. Si uerò uerbũ impleri respiciat animalis corpus, quod implerur; itidem facilius terminat, & citius tangit potum, siue humidum, quàm cibũ. & hoc modo impleri significare videtur suscipi, tangere uinci, siue terminari. quapropter, ut philosophi aiunt, Impleri magis pertinet ad terminum perfectum, siue ad quem, quàm ad terminum à quo, siue inchoante, & imperfecto.

APHOR. XII.

Quæ relinquuntur in morbis post iudicium, recidiuas facere consueuerunt.

Crisis, siue iudicium aut integrum, & perfectũ existit, aut imperfectum, atq; diminutum. Integra, & perfecta crisis est, quæ fit signis concoctionis, & die iudicatorio. si signa humoris concocti in excremẽtis appareant, inde sequatur crisis, sed non die critico; aliquid noxij remansit in corpore ægrotantis: propterea ꝙ natura tempus habet definitum ab obeundas actiones. aliàs uerò non natura, sed casus & fortuna regeret. Remanet igitur humoris pars à natura non euicta, uel non expulsa si etiam in die critico fiat crisis, humore crudo existẽte; remanent crudi. Addamus quoq; si in die critico, & signis coctionis apparentibus, nam non expellatur per regiones conuenientes; uel tota manet, ut in abscessibus per decubitũ,

uel

uel pars, si per effluxionem expellatur. Primo inquit Hip. Quæ relinquuntur in morbis post iudicium, siue crisim imperfectam, & mutilam; (quoniam integrè iudicata, & perfectè, ut asserit in lib. 1. aph. 20. non regentur a morbi ui, sed à natura, quæ tũc animalis corpus regit) recid uas facere consueuerunt: necesse est enim ut magna ex parte, si humores extiterint uitiosi; crisis fiat imperfecta: & contrà, si crisis imperfecta fuerit; reliquiæ humorum in corpore resideant. ex quibus ut plurimum morbi recidiuare solent. Qua de re quoties imperfecta erit crisis, toties reliquiæ humorum inerunt. Imperfecta est, ut si diximus incocti sint humores: etenim legitur in lib. de iudi. plerunq; si crudæ sint vrinæ, & alia signa non secundum rationem eueniant; morbus in die iudicatorio recidiuat. & parum antè. si deficiente febre, & sudore accedente, urinam fuluã minxerint, albam subsidentiã habentem; his febris recidiuam eadẽ die expecta, & alia ibi legenda sunt de urina recidiuam significante. Idem obseruare oportet de sputis, sudoribus, alijsq; excretionibus crudis, de quibus copiosè egit Hip. in lib. progno. Secundò crisis imperfecta est, si in die nõ iudicatorio fiat: scribit enim is in lib. 4. apho. 36. sudores febricitanti si inceperint, boni & tertio die, quinto, septimo, nono, undecimo, quartodecimo, septimodecimo, uigesimo, uigesimoseptimo, & trigesimo: hi enim sudores iudicant morbos. qui uerò non ita fiunt, laborem significant, & morbi longitudinem, & recidiuam. nam, quanquam concoctio iam apparuerat; tamen, si in die non critico fiat crisis; nõ integra est: impossibile est etenim naturã irregulatam rectè agere. itaq; illa concoctio aut à ui quadã particulari effecta

eſt, aut eſt p̄ciſa. nā ait Hip. in li. 4. de mor. pop. Quæ relinquunt̄ poſt iudicationē, recidiuam faciunt: & in ipſis morbis q̄ excernunt̄, ſputū p̄materū, alui ſeceſſus, intemperies, & ſimilia. Demū criſis erit imperfecta, ſi nō p cōueniētes regiones humor expellat̄ noxius; quāuis concoctus eſt, & dies adeſt iudicatorius: humor. n. qñq; abſcedit non per effluxū, ſed p decubitū ex ignobili parte ad ignobilē, uel ad nobilē, uel è nobili ad nobilē ita, ut nouus inſurgat uel morb⁹, uel ſymptoma. quapropter legit̄ in lib. de Iudica. Abſceſſus circa aures, quibus circa iudicationē nō ſuppurant̄, his ſubmotis, reciuida fit iuxta recidiuarū rōnē ſimilis circuitui. ī his ſpes eſt ad articulos abſceſſum fieri, aut urina craſſa, qualis eſt alba in quartanis delaſſatorijs, liberat abſceſſu. Sententiā ſimilem habemus in lib. de Vict. rat. in mor. acu. ubi de febre ardente agunt. Verba ſunt. Si ſanguis ex naribus fluxerit; ſoluitur affectio: itemq; ſi ſudores accedant iudicatorij, genuini, cū urinis albis, & craſſis, ac ſubſidentijs leuibus: & ſi abſceſſus aliquis fiat. ſi uerò abſq; his ſoluta fuerit; recidiua rurſus ægritudinis continget: aut coxæ, aut crurum dolor emerget, & craſſa expuet, ſi ſanus futurus eſt. Qnamobrem niſi criſis facta fuerit die iudicatorio, ſignis concoctionis, & euacuatio humoris noxij fiat per conuenientia loca; reliquiæ humoris intus remanent, quæ recidiuas morbi, uel alium morbum producere ſolent. Qua de re proditum eſt in lib. 2. de mor. pop. ſect. 1. Quæ præiudicata ſunt, ſi crudè iudicata fuerint; recidiuæ fiunt: ſin minus; iudicationis impeditiones, aut malæ iudicationes. poſſunt ēt fieri pernicioſa ea, q̄ nō praua ſunt. quæcunq; iudicatoria ſigna fiunt, eadē hæc ſi nō fiunt; difficilis ſunt iudicationis,

dicationis, q̄ uerò cōtraria significāt malū, nō solū si recurrāt; sed etiā primariæ naturæ cōtraria repentia, quemadmodū etiā malū signū ea, q̄ ad cōtraria repunt. Et in fine sect. Vlcera oborientia ac iudicātia febres, & tubercula: quibus hæc non fiūt, iudicatio sublata est. q̄bus intus relinquuntur, certissimæ recidiuæ, ac celerrimæ. Recidiuas has præterea faciunt tp̄a anni, cum humores relictos excitent: sic & res nō naturales, & circunstātes appellatæ. Qui sint dies decretorij. q̄ signa solutoria, diffusius aliàs tractauimus. Signa porrò recidiuarū præter relata, alia leguntur in lib. de Iudica. his uerbis. Recidiuæ fiūt in his, q̄bus febribus desinentibus uigiliæ fortes accedunt, aut somni turbulēti, aut corporis robur, aliàs torpor aut dolores vniuscuiusq; membri: & q̄bus febres sedant neq; signis solutorijs cōtingentibus, neq; in iudicatoriis dieb. urinæ etiā, ut recitauimus, recidiuā demonstrant. sed & in li. 4. de mor. pop. ait Hip. Recidiua p̄ longissimū tp̄s corripuit eos, quibus urinæ ante iudicationē suppressæ erant. Quibus autē minus recidiuæ fiànt, refert in li. 6. de mor. pop. sect. 3. & inquit. Maius his, qui ex capite grauedine, ac raucedine laborant, ubi febre correpti fuerint, recidiuæ, ut puto, fiunt.

APHOR. XIII.

Quibuscunque crisis, ideſt iudicatio fit, his nox grauis ante acceſsionem: Quæ verò ſubſequitur, magna ex parte leuior exiſtit.

Similia reperim⁹ verba ī li. 6. de mor. pop. sect. 2. q̄ sunt. Quæcūq; tertianæ naturā hūt, his nox molesta ante exacerbationē. q̄ uerò seq̄t, tolerabilior plerunq́; est. Hæc adeo cū aph. cōueniūt, vt verbū crisis videat̄ debere dici tertiana febris: potius. n.

illa uerba ante acceſſionem uidentur referri ad febrem, quam, ut nonnullis placet, ad criſim. Dixit Nox grauis; propterea ꝙ maxima ex parte tertiana febris non noctu, ſed in die affligit. Si uerò id criſis ſit proprium, ut nox uel dies præcedẽs ſit grauis, quæ uerò ſequitur, tolerabilior: & conueniat cum tertiana febre; erit arguendum duplicem eſſe criſim, uniuerſalem ſcilicet, & particularem uniuſcuiuſq; paroxiſmi.

APHOR. XIIII.

In profluuiis alui mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat.

Alui fluxiones tres conſimiles eſſe Hipp. affirmat in lib. de Affect. lienteriam, diarrhæam, & dyſenteriam. ſigna dyſenteriæ refert ibidem, & inquit. Dyſenteria cum habuerit, dolor adeſt per totum uentrem, & tormen, & egerit bilem, & pituitam, ac ſanguinẽ combuſtũ. latinè dicitur inteſtinorum difficultas. Lienteria, hoc eſt, inteſtinorum leuitas fit, ubi cibi ſecedunt non putrefacti, liquidi: dolor autem nõ adeſt, & corpus attenuatur. Diarhæa eſt longum alui profluium, quod cũ detenuerit; ſecedunt primum liquida, quæ ſunt ingeſta, poſtea pituita. & probè quidẽ edit; verũ à multo receſſu debilis, ac tenuis fit. hi tres morbi conſimiles ſunt. & oportet ipſos ita ſanare, ut defluxũ à capite, & ſuperiore uentre intercipias, aut auertas. Hæc Hipp. in alui profluuiis, ut excrementa mutentur euenit. eorum autem mutatio aut eſt ſecundum ſubſtantiam excrementi, aut ſecundum quantitatem, aut ſecundum qualitates, aut ſecundum duas harum, aut omnes: atq; hæ mutationes uel tendunt ab bonum, vel malum. atque hinc putrida, pinguia, uitioſa, quæ mala exiſtunt.

APHOR.

APHOR. XV.

Vbi fauces ægrotant, aut tubercula naſcuntur in corpore, excretiones inſpicere oportet. Nã ſi bilioſæ fuerint, corpus unà ægrotat: Si verò ſimiles ſanis, tutũ eſt corpus nutrire.

Impurorum corporum notas hoc in loco Hip. deſcripſiſſe aſſerunt quidam, qui hoc modo rem explicant. corpus impurũ expellit ad cutim quicquid vitioſi habebat, aut nõ. ſi totũ expellit; excretiones ſunt ſanis ſimiles, & tutò nutriri poteſt cibus enim non lædet, ſed proficuus erit. ſi intrà corpus inſunt reliquiæ; excrementa ſunt bilioſa, nec tuto nutriri licet: quantò enim magis nutries, tantò magis lædes.

APHOR. XVI.

Vbi fames, laborandum non eſt.

Ad ualetudinem tuendam plurimum conferre exercitationẽ exiſtimat Hip. ſed cibos præcedere ſentit in li. 6. de mor. pop. ſect. 6. ſiquis igiẽ fameſcát, ualdeq; eſuriat; labores ei nõ ſunt imponẽdi: etenim ſcribit in lib. de Flat. ſtatim ubi fames moleſtat; morbus fit: qcquid. n. homini moleſtiã adfert, ac triſtitiã, hic morbus uocatur. qđ ergo eſt famis remediũ? hoc. ſ. quod famẽ ſedat. id aũt facit cibus. qui uerò ſint labores, ſiue exercitationes ſaluti conſeruandæ aptæ, ſcribuntur in lib. 2. de Diæ. & in lib. de ſalub. diæta: nam plures ſunt ſpecies, & modi: alij enim ſunt naturales, ut labores uiſus, auditus, uocis, ſenſuũ interiorũ, ut curæ, cogitationes. alij uiolẽti, quemadmodũ deambulationes, q̃ mane fiunt, aut à cæna, curſus longi, curui, circulares ſenſim facti, ſiue in ueſte, recti reuertentes, equeſtres, cõcuſſiones, cõmotiones, alleuationes, luctæ, frictiones, uolutationes

in puluere, micatio p ſummas manus, follis manuū ad rythmū motus, ſpūs detētio, exercitia in puluere, & oleo, & fricatio ex oleo & aqua. hi quò magis uiolēti, eo magis fameſcēsi ſunt uitandi.

APHOR. XVII.

Vbi cibus præter naturā plus ingeſtus eſt, hic morbūm facit: oſtendit autem ſanatio.

Cū omne nimium ſit naturæ inimicum; cibus profectò plus aſſumptus, q̄ natura poſtulat; morbum pariet. id argumēto ſit, quod ſiquis plus comederit, q̄ par ſit, euacuatio illius, qđ comedit, ſanat. Verùm nō oēs cibi quanquā copioſiſſimè exhibiti morbū faciunt, ſed graues: ſcribit. n. Hip. in lib. de Affectio. eſſe quædā edulia, quæ non moderatè ſolū, ſed etiā paulò amplius ſupra modū ingeſta neq; repletionē faciūt, neq; tormē, neq; flatū, neq; aliud q̄dquā huiuſmodi, & celerrimè concoquunt̄, & cōcocta ſecedunt, & per oēm diē in uentrē ingeſta minimè moleſta ſunt, etiamſi diu antea fuerint ingeſta. grauia cōtrà ſe habēt. Et propterea plus cibi aſſumptum conſideratur dupliciter, quò ad ſubſtantiam, & quò ad quantitatē. ſi cibi ſubſtantia ſit omnino naturæ humanæ grauiſſima, quāuis pauca aſſumatur copia; lædit tamē, & morbū efficit: ſi uerò leuiſſima, quanquam multa; nō lædit. ſi autē maioris ſit molis, quàm uires, ſiue natura tolerat, licēt leuiſſima; lædit, & morbum generat. ac tandem ſi grauior ſit, & copioſior, quàm uires poſtulent; multò magis noxia erit, & inimica, atq; eò magis, ſi intempeſtiuè aſſumatur: nam inquit Hip. in lib. de Affect. citato. Ex cibis ac potibus, qui commodiſſimi ſunt corpori, ac maximè ſufficientes, & ad alimentum, & ad ſanitatem, ex his ipſis etiam ubi

quis

quis ipsis non in tempore utatur, aut pluribus, q̃ tempestiuũ est, & morbi, & ex morbis mortes fiunt. Reliqui uerò cibi, ac potus, qui talem uim non habent, parum utilitatis afferunt; etiam si quis semper ipsis in tempore utatur. parum autẽ etiã lædunt: in utranq; enim partẽ debiles sunt, ut & boni aliquid faciant, & mali. Cibus igitur plus in quantitate, uel qualitate substantiali uel utrisq; exhibitus, quàm fert natura hominis, & uires naturales, morbum facit, quemadmodum declarat sanatio, quæ ab hoc morbo fit: illa uerò fit per euacuationem copiosi cibi, uel ob purgationem mali: alio modo minimè: inquit enim Hipp. Quicunq; mobi ex repletione fiunt, curat euacuatio.

APHOR. XVIII.

Eorum quæ uniuersim, & uelociter nutriunt, ueloces quoq; fiunt excretiones.

Nutrimentum duplicem habet substantiam, aut crassam, aut tenuem. id, quod est crassæ substantiæ, uel nõ totum, uel non uelociter, uel nec totum, nec uelociter alit, ueluti carnes bubulæ id uerò, quod tenue est, aut totum, aut uelociter, aut & totũ & uelociter nutrit. tenue alimentum dicitur leue, crassum uerò graue. & tam cibi crassities, quàm leuitas consistit in substantia, in quantitate, & qualitate. Cibi igitur, ut refert Hipp. in lib. de Affectio. leues uentrem quidem non lædunt, neq; corpus; eo quòd calefacti non intumescunt, neq; replent: sed citò molliescunt, & concocti secedunt. humiditas autẽ ab ipsis debilis corpori accedit, & neq; augẽt, & neq; robur memorabile exhibent. At fortes cibi & intumescunt,

ſcunt, ubi in uentrẽ ingeſti fuerint, & replent, & difficilius quidem, ac tardius concoquuntur, & non recedunt. verum humor ab ipſis fortior, ac incorruptus accedens, multũ robur, ac augmentum corpori addit. Ieuis autẽ nutrimenti naturã oſtendit Hip. in lib. de Ali. ubi ait. Humidum alimentum facilè magis tranſmutatur, quàm ſiccũ; quandoque ſiccum facilius, & quicunque ueloci appoſitione opus habent, his humidum ad reficiendas uires medicamen optimum. quicunque uerò adhuc uelociori indigent, per olf. &um. qui autem tardiore appoſitione opus habent, ſolido alimento utantur. Quæ igitur nutrimenta citò concoquuntur, citò nutriunt, & citò eorum inutilia excernuntur excremẽta per loca opportuna.

APHO. XIX.

Acutorum morborũ non omnino ſunt certæ prænuntiationes, aut ſalutis, aut mortis.

Hip. in lib. 1. de morbis tres morborum differentias conſtituit, lethalem, ſ. non lethalem, & dubiam. lethales ſunt morbi, vbi aliquod princeps membrum ſauciatum ſit, aut abolitionem patiatur aliquã. dubij, ſi depraua;atum: non lethales, ſi alteratum, uel non alteratum, ſed partes longinquæ afficiantur. Morbi lethales præſagiũ dant certum mortis: non lethales, ſalutem promittunt breuem, aut non breuem. dubii dubiam ſalutis, vel mortis prænunciationem præbent. Neceſſitatem habent, ait Hipp. in prædicto libr. talia, ut fiant hæc, cũ ipſa fiunt, ueluti uerbi cauſa. In uulnerib. eos, qui craſſos neruos ſauciatos habẽt, neceſſe eſt claudos fieri: itemq; ſi muſculorum capita ſaucia fuerint, præſertim eorũ, qui ſunt in femoribus. Moritur autẽ, ſiquis cerebro

ſaucia-

saucĭatus fuerit, aut spinali medulla, aut hepate, aut præcordio, siue septo transuerso, aut uesica, aut uena sanguiflua, aut corde. non moritur aũt uulneratus in his partibus, in quibus hæc membra non insunt; sed ab his longissima absunt. Ex morbis uerò tales necessitatem habent, ut ab ipsis perimantur, cum fiant, tabes, aqua inter cutem, aut subter cutem, nascens, & si mulierem fœtum in utero habentem, peripneumonia corripiat, aut febris ardens, aut pleuritis, aut phrenitis, aut erysipelas in utero fiat. Dubii autẽ morbi, ut & perdant, & ut non, tales sunt, peripneumonia, febris ardẽs, phrenitis, pleuritis, angina, uua, hepatitis, splenitis, nephritis, dysenteria, in muliere fluxus sanguinolentus. tales verò non lethales sunt, nisi quid ipsis accedat: accessiones fluuidæ circa articulos, atrabilis, podagræ, coxendicum morbus, tenesmon, quartana, tertiana, strangulatio urinæ, lippitudo, lepra, impetigo, morbus articularis. hæc Hip. quæ nos admonent morbos acutos dubios esse. acuti sunt febris ardens, pleuritis, phrenitis, peripneumonia. addũt anginã, & apoplexiam. Dubij dicuntur propterea, quòd non occupant adeo membra primaria, ut eos corrumpant, sed alterent, & etiam deprauent. qui talia corrumpunt, perimunt. itaque nõ dubii, sed lethales existunt. qui uerò non, fiunt salubres, uel longi.

APHOR. XX.

Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta est, his senescentibus exiccatur. Quibus uerò iuuenibus adhuc aluus sicca est, his senescentibus humectatur.

Aluum

Aluũ contingit omnibus hominibus esse uel siccam, uel humidã, uel medio modo se habentem. & hæc, quæ medium tenet, est sanorum corporũ, aut similiũ sanis. argumẽto sint uerba Hip. in lib. prog. & in Coacis, ubi legitur. Alui egestio optima est mollis, cohærens, ac cõpacta, prodiens hora consueta, copia pro ratione ciborum ingestorum, subsulua, nõ ualde graueolens: tali enim contingente exitu, uenter infernus sanus erit. si uerò excesserit modum adeo, q uel sicca sit, uel humida plus, quàm hæ conditiones postulant; siue iuuenis fuerit, siue senex, in se cõtinebit causam, aut notam ægritudinis: sanitas enim est moderatio quædã, morbus uerò exuberantia. Quibus igitur iuuenibus adhuc aluus humecta est; iij profectò sani non sunt. tamen his senescentibus exiccatur: contrà quibus sicca est, senescentibus humectatur, uerùm nec sicca aluus, nec humida eis est ad sanitatem commoda: melius tamẽ iuuenes euadunt, qui humidam habent, quã qui siccam. huius autem rei rationẽ reddemus in apho. 53. huius lib. Causa uerò, quo qui iuuenes humidam habent aluum, facti senes siccã habeãt, uel contrà, esse uidetur caloris innati præsentia, uel absentia in hac, uel illa ætate, adiuuãtib. circunstantijs, & rebus, quas medici appellãt nõ naturales.

APHOR. XXI.

Famem thorexis, id est vini potio soluit.

Fames, quæ est appetitus calidi, & sicci, duplicẽ habet cãm, uasorũ inanitionẽ, quæ ut repleantur appetunt: & caloris imbecillitatẽ, ob quã nõ uera existit fames, sed uitiosa, & morbida. Illa uerò, quæ fit à ualido calore, q concoquit, ac distribuit alimentum, & uasa inaniuit, remouetur per cibi ablatio-

ablationē.attamē & humida, & ſpirituoſa alūr, legitur.n.in lib.de Ali.humidū alimentum facilius tranſmutatur,q̄ ſiccum,& contrà quandoq; & quicunq; ueloci appoſitione opus habent,his humidū ad reficiēdas uires medicamen eſt optimum. quicunq; uerò adhuc velociori indigent, per olfactū. q aūt tardiori appoſitione opus hñt, ſolido alimento utant. Hæc Hipp.uinū igit̄,& huius generis alia humida nutriunt, & idcirco famē tollunt:nō aūt aqua:inquit.n.Hipp.in lib.de Corde.Aqua, & flatus non ſunt alimentū;ſed alimenti vehiculū.Si uerò à caloris natiui imbecillitate languidas partes nutritioni deſtinatas reddendo contrahatur fames quædā falſa, & uirioſa ſentit Hip.hanc curari uini potatione:nam ueræ famis remedium eſt non uinum,ſed cibus,ut ipſe retulit in lib.de flatibus.

APHOR. XXII.

Quicunque morbi ex repletione fiunt curat euacuatio : Et quicunq; ex euacuatione, repletio,& aliorum contrarietas.

Legit̄ in li.de Nat.hu.Quicūq; morbi ſenſim ex modici tpis cā fiūt, & quorū cāæ cognitu faciles ſunt,ſecuriſſimi fore p̄dici p̄nt,curationē itaq; ip ſorū inſtituere oportet,vt cāæ morbi nos opponamus:ſic.n.ſoluit̄ vtiq; id,qđ morbū in corpore fecit. Medicū igit̄ opponi oportet. ſed opponit̄ non cāæ morbi tm̄,ſed & ſymptomati,& uel pluribus horū,uel oībus ſimul. atq; id, qđ alicui horū opponit̄,aut eſt ei p̄ contrariū, aut p̄ negationē, aut per priuationē, aut tandē per relationē oppoſitū. Cauſa aūt morbi aufert̄, euacuādo, replēdo, & p̄miſcēdo.actis his, morbus ſedat̄.qua de re,ſi morbi cauſa eſt repletio ; euacuatio ſanat:& contrà:

ſi labor

si labor ; quies curat : proditum est etenim in li. de Natu.hum. Nosse oportet , quòd quoscunque morbos repletio parit , euacuatio sanat : & quicunque ex euacuatione fiunt morbi, repletio sanat: quicunque verò à labore fiunt, quies sanat. qui autē ab ocio gignuntur, labor sanat. Et subdit. Curam sanè facere oportet ex contrario instando aduersus morbi causam. Et in lib. de Fla. Siquis causas corporis affecti probè cognorit ; potens est ualde adferre ea , quæ corpori commodent, nimirum contraria corporibus, morborum natura perspecta : est enim maximè secundum naturam ipsa medicina . quare statim ubi fames molestat ; morbus fit : quicquid enim homini molestiam, ac tristitiam infert, hoc morbus uocatur. quod ergo est famis remedium ? hoc scilicet, quod famem sedat. id autem facit cibus. eo ergo malum illud medicandum. Amplius autem vbi sitis vrgeat ; bibere competit. & rursus repletionis euacuatio , euacuationi repletio , labori quies succurrit, & quietis medelam ex labore reperies : atque ut breuiter dicam, contraria contrariorum sunt medicamina : medicina. n. nihil aliud est, nisi appositio , & ablatio : ablatio corsit quæ excedunt : appositio verò eorum, quæ deficiunt . qui autem istud optimè facere potest , is optimus medicus censebitur : quantumque quis ab hoc præstando deficit , tantum deficit quoq; ab ipsa arte. Hæc omnia Hippo. ex quibus facilè intelligi potest curationem effici oportere non solum per contrarias , siue per oppositas causæ, vel morbo qualitates, sed per ablationem eorū, quæ modum excedunt , & per appositionem eorum, quæ deficiunt. atque id confirmat in lib. de Vete. medi. ubi legitur. Si calidum est , aut frigidum,

dum,aut ſiccum,aut humidum, quod hominem lædit, & oportet rectè medentem auxiliari, calido quidem in frigidum permutato, alia eodem modo. contingat mihi homo non fortis naturæ, ſed ex debili. hic triticum edat crudum, & non elaboratum, & carnes crudas,& bibat aquã.hoc uictu utens multa, & grauia perpetietur:nam & doloribus uexabitur, & corpus debile euadet,& uenter corrumpetur,& multo tẽpore uiuere non poterit. quod igitur auxilium præparare oportet ſic habenti,calidum,an frigidum,uel ſiccum uel humidũ? ſimplex enim & quodcunq; exiſtit: ſi enim id, quod ipſum lædit, aliquod ex his eſt, contrario ſoluere oportet,ac liberare. Atqui certiſſimum, & manifeſtiſſimum medicamentum eſt,uictum, quo utebatur, auferre,& pro tritico panem dare, pro crudis carnibus coctas,& inſuper uinum propinare.his permutatis impoſſibile eſt non fieri ſanum; niſi penitus fuerit tempore, ac uictu corruptus. Et animaduertamus non primas qualitates tantum lædere poſſe,ſed & ſecundas,& alias, qbus opponi eſt neceſſe. itaq; ſubdit Hip.Iudicauerũt artem dignã,quæ Deo aſcriberetur, ſicut etiam eſt receptum:nõ enim ſiccũ, neq; humidum, neq; calidum,neque frigidum, neque aliud quicquam ex his putauerunt hominem lædere,neq; aliquo horum homini opus eſſe arbitrati ſunt, ſed quod in unoquoq; forte,& humana natura potentius eſt,& quod non poſſit ſuperari;hoc ipſum lædere dixerunt, & hoc auferre quæſierunt. fortiſſimum autẽ eſt inter dulcia dulciſſimum, inter amara amariſſimum, inter acida acidiſſimum, & in omnibus adeo rebus uigor ipſe,ac ſummũ:hæc enim & in homine ineſſe uiderunt,& hominem lædere:uel enim in ho-

mine

mine & amarum,& salsum, & dulce,& acidũ,& acerbum, & humidum , & alia infinita omnigenas facultates habentia,copiamq;,ac robur.atq; hæc quidẽ iuxta,ac inter se temperata,neq; conspicua sunt,neq; hominem lædunt. ubi uerò qd horum secretum fuerit,atq; ipsum in seipsò fuerit ; tunc & conspicuum est , & hominem lædit. Atque paulo infrà . Non calidum est , quod magnam uim habet ; sed ipsum acerbum, & humidum,& alia ,quæ à me relata sunt,tum in homine,tum extra hominem siue edantur,siue bibantur,siue forinsecus illinantur,aut quandocunq; formata adhibeantur . Itaque ex his percipimus substantiam eorum,quæ lædunt,ad æqualitatem reduci oportere, si sanare uolumus ; ac prætereq; modos, qui substantiam attingunt.substantia ad naturam illius hominis reducitur , si non magis dura,quàm corpus illius postulet,fiat,nec magis mollis , nec crassa magis,nec tenuis,nec aspera, nec lenis, & alij modi intrinseci:si modi uictus, uel humorum præternaturaliũ superent naturæ morbos; æquentur adeo,ut moles nõ sit maior, nec minor , quàm opus sit : nec substãtia magis ad agendum facilis,difficilisve,neque ad patiendum : & si aliqua qualitas corpus afficiat prima, uel secunda,uel tertia;non in se confirmet : nec aliæ passiones, siue qualitates passibiles permaneant diu , neq; figura quæuis innaturalis : nec plus,nec minus quantitate, & qualitate agat corpus,quàm opportunum sit,nec patiatur:atq; inspiciat locum,tempus, & alia . De his autẽ,quæ ad substantiam perinent , exemplum reperimus in lib.de loc.in homi. & uerba sunt. Si intumuerint nares,& pituita pleuræ fuerint, atq; ea compacta;oportet pituitam compactam, ac congela-

tam

latam attenuare fomentis, aut medicamento, & non auertere. De qualitatibus legitur in lib. de Vete. med. Liberatio hæc est, ut ex frigiditate affecti percalfiant, ex calore perfrigerentur. atque hæc breui accedunt, & coctione nulla opus habent. Deinde ad substantiam æquandam transit, & subdit. Reliquæ autem omnes fluxiones, quas propter humorum acrimonias, & intemperantias ego fieri sentio, restituuntur, & curantur, vbi temperatæ fuerint, & concoctæ. Quantitatem uerò antea ostendimus morbum committere, si excedat.

APHOR. XXIII.

Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.

Scribit Hip. ut olim diximus in li. de Vict. rat. in mor. acu. sunt morbi acuti hi, quos ueteres nominarunt, pleuritidem, peripneumoniam; phrenitidem, & febrem ardentē, & alij morbi, qui ex his hærent, quorū febres omnino continuæ sunt, & occidunt. Hinc locum morborum acutorū sumere licet; morbi enim hi fiunt in superiori uentre, qui uulgo pectus appellatur. distinguit autē hunc ab inferiori septum trāsuersum. inter morbos acutos cōnumerant anginam, & apoplexiā; propterea quòd aut partes affectæ contingunt pectus, aut ex his, scilicet acutis hærent. Fiunt morbi acuti à bile, & pituita, & ab utrisq; simul quemadmodum idem asserit in lib. de aere, aq. & lo. si æstas pluuiosa sit, & auster multum perfletur, similisq; sequatur autumnus; necesse est hyemem morbidam esse, & his, qui pituita abundant, & qui quadragesimum annum excesserunt, febres ardentes fieri uerisimile est; qui uerò

bile abundant, pleuritidas, & peripneumonias. Et dū de aquis paluſtribus, ac ſtabilibus agebat, ait. Hyeme, ſcilicet his in locis iunioribus peripneumoniæ, & inſaniæ morbi: ſenioribus uerò febres ardentes propter uentris duriciem. In lib. autem de Affectio. ubi proditum eſt de mor. acu. pleuriticis ad lateris dolorem dandum eſſe id, quod pituitam, & bilem deducat, peripneumoniā fieri, cum pituita aceruatim ex capite ad pulmonem fluxerit: phrenitidem à bile, ubi mota uiſceribus, ac ſepto tranſuerſo inſederit: febrē ardentem à bile, cum mota intra corpus firmata fuerit. Et ſubdit. Quæcunq; alia febres hyeme fiunt, ſiue ex uino, ſiue laſſitudine, ſiue ex aliqua alia re, eas obſeruare oportet: tranſeunt enim aliquando in morbos acutos. tranſitio autem ipſarū talis eſt. Cum commotis duobus humoribus, pituita, & bile, non conducentia corpori exhibentur; ipſi inter ſe ipſos coacti, pituita uidelicet, & bilis, corpori, ubicūq; tandē cōtigerit, allabunt, & fit pleuritis, aut phrenitis, aut peripneumonia. Hæc Hipp. q̄ nos admonent morbos acutos fieri, dum alui durę ſint: idq; euenire ſenioribus ſiqua cauſa coadiuuans præceſſerit: itemq; iuuenibus: nam pituitoſi ſunt ſenes, quibus ſi copioſa fiat pituita, ab anni temporibus; deſluit in locos corporis, qui huiuſmodi malis ſunt obnoxij. Sic quibus iuuenibus, uel bilioſis, plurima bilis ab aquis, uel anni tempore, uel alia condiuuante cauſa, producta cogitur in locum, ubi morbus acutus fiat. Hyeme autem maximè fiunt morbi acuti, & fortiſſimi. fiunt etiam æſtate, uere minus, & molliores. exiſtit enim hyems maxima cauſa coadiuuans motus talium humorum: nàm ſcribit Ariſt. in lib. 1. prob. 6. Cur cum uitia bilis

per

per æstatem contrahi debeant, morbi acuti, qui certè ex bili consistunt, per hyemem potius urgeant? An quia febribus illi comitati, acuti propterea sunt, q̃ uiolenti. uiolẽtia uerò contra naturam est: locis enim quibusdam in corpore humescentibus feruẽs oritur inflammatio, quæ cũ non nisi caloris exuperantia sit; febres quoq; accendere potest. æstiuo igitur tempore arida, calidaq; uitia malè homines habent: hyberno autẽ calida, humidaq; proinde acuta: celeriter nanq; interimunt; cum propter humoris supercrescentis abundantiam concoqui nequeant. Hæc uerba Arist. nobis indicant morbos acutos à bile fieri, sed & à pituita bili admixta, & acutos dici; qa uim naturæ inferant, & celeriter interimant. Atque hæc de morbis acutis dicta sint. Cur uerò breui iudicentur, inuestigandum est: etenim asserit Hip. morbos acutos in quatuordecim diebus iudicari. in lib. autem de Iudica. ait. Acuti morbi in quatuordecim diebus plerunque iudicantur. addidit autem Plerunq;, nam in lib. progno. scripsit. Febres iudicãtur in ijsdem numero diebus, ex quibus & superstites euadunt homines, & ex quibus pereunt. Etenim placidissimæ febres, & signis securissimis nitentes quarto die desinunt, aut prius. malignissimæ uerò, & signis horrendissimis oborientes, quarto die, aut prius occidunt. primus igitur ipsarum insultus sic desinit. secundus autem ad septimum producitur, tertius ad undecimum: quartus ad decimum quartũ: quintus ad decimum septimum: sextus ad uigesimũ. hi igitur impetus ex acutissimis morbis per quatuor ad viginti ex additione desinunt. nõ potest autẽ quicquã horum integris diebus exactè numerari: neq; enim annus, & mẽses integris die-

bus numerari possunt. Breuis iudicationis causam præter alias antea relatas recitat Hip in lib. de Nat.hu.cum air. Febris continens appellata à plurima, ac meracissima bile prouenit, & iudicationes quàmbreuissimo tempore facit: corpus enim nullo tempore perfrigeratum cito colliquescit, nimirum à multa caliditate calfactū. Quapropter non iudicari solum morbos acutos in quatuordecim diebus; sed etiam in quatuor in septemq;, si febres fuerint, symptomatáque plus, minusue grauia, ac horrenda. si uerò minus maligne se habuerint; ad decimum septimum, atque ad uigesimum diem protrahuntur. Quid autem causæ fuerit, cur natura hos elegerit dies, in sequenti apho. ostendimus.

APHOR. XXIIII.

Septenorum quartus est index. Alterius septimanæ octauus principium. Est autem & undecimus contemplabilis: Ipse enim quartus est alterius septimanæ. Rursus verò & decimusseptimus contemplabilis, ipse siquidem quartus est à quartodecimo, septimus verò ab undecimo.

Omnis motus fit in tempore: tempus enim eum mensurat. sed nutritio motus est quidam. quare tempore mensuratur: &, cum terminum ea habeat, unde incipit, & finem, in quem desinit; nutritio est naturæ operatio definita, & idcirco ordinem habet, nisi alimentum, uel aliud quid in animali impediat. itidemq; tēpus, cum mensura sit eius; definitum, terminatumq; est. Quamobrem nutritio in tempore definito fiat,

&

& ut plurimum, nisi quid impediat, est necesse: nam quæcunq; à natura fiunt, plerunq; fiunt. Verùm quantùm temporis spatiũ detur ab assumpto cibo ad substantiæ animalis deperditæ restaurationẽ, tres esse dies testatur Hip. in li. 4. de morbis. siquidẽ, in primo die assumitur cibus, in secundo fæces exeunt, in tertio humor excremẽtosus expellitur. Verba Hip. sunt. Cibus, & potus ea die, qua accedit, in corpore manet: postridie alius humor, siue cibus assumitur, atque hi duo sunt dies, & duo in corpore humores. ultimus manet in corpore, ut qui crassus existat. primus autem coctus à caliditate diffunditur, & tenuis factus postera die. i. tertia ad uentriculum accedit, & per omne tempus à recenti, siue ultimo expellitur. ubi uerò ad uentriculum peruenit, cibos in hoc loco coquit, & de se sanguinem in corpore facit. si uerò permanserit; tempore graueolens fit. Tertia autem die unà cum stercore, & urina exit, copia ipse sibi ipsi æqualis, & consimilis, & æquilibris, etiamsi sui ipsius pars quædam sit, quo humor maneat in corpore. influit autem & tertia die humor de corpore ad uentriculum amplior, & graueolentior, qui uidelicet reliquus fuit à secundo, & defert cibos cõcoctos, & quicquid est in corpore morbosum, & rursus simul exit. indicio est aũt vrina, q̃ salsuginosa est, & cibi deferũt de corpore etiã id, qđ morbosum est, & cibi quidẽ semper postridie. i. secũdo die secedunt p aluũ, humor aũt ad tertiã diẽ. Hoc modo sanitas cõtingere solet. Hæc Hip. deinde probat, q̃; si cib⁹ maneat in corpore plus q̃ tres dies, uel minus, lædit: & inqt. si humor. s. alimẽti eadẽ die, qua assumptus est, aut postridie unà cũ stercore foras ꝓdiret; cibi nõ similiter ex vẽtriculo

graueolentes facti exirent, sed incocti, & urina potui similis, ac corpus semper euacuaretur, & per omne tempus homo, ubi uentrem exoneraſſet, ac minxiſſet, opus haberet ſtatim cibo, ac potu pro egeſtionis factæ copia, ſi modo validus eſſe deberet: cum humor ſufficiens in corpore non relinquatur, ſed unà cum ſtercore foras prodiret poſtridie, aut eadem die. Deinde addit. ſi humor pluribus, quàm tribus diebus in corpore permaneat, aut alius multus implẽs accedat, uenis caleſcentibus, ac ſtantibus; maius malum aut minus homini ſignificationem de ſe præbet, hyeme quidem minus, & poſterius: æſtate nerò maius, ac prius. Sanus igitur degit homo, ſi cibo opportuno aſſumpto, ſecunda die fæces emittat, & tertia excrementitias humiditates, quæ nutritioni inſeruiant. Contrà ſanus non permanet, ſi fæces detineantur, humiditatesq; prædictæ tertia die non expellantur: remanet enim in corpore quid ſuperabundantis, cui ſi noua addatur materia, quæ neque etiam expellatur; eſt neceſſe ut corpus alterent, & immutent & prima, ac ſecunda excrementa retenta: atque hinc morbi emergant. ſed, ſi cibi aut prima, aut ſecunda die exeant; homines euadunt tenues, ac debiles. atque hinc cognoſcere licet diem tertiam iudicare de hominis ſanitate, & ægritudine: de uita, ac morte: & ob id criticam diem appellari; nam tertia die, ut ſubdit Hip. febris dimittit: quoniã illa die humor affligens expellitur à recenti: trahit enim corpus ex uentriculo die pari, dimittit autem impari, & ea die maximè dolent ægri: etenim conturbatur humor, cum homo febricitat. cuius rei ſignum eſt, quòd horror aliàs, atq; aliàs per corpus tranſcurrit. hoc uerò non

ſanè

ſane ita cõtingeret, ſi nõ conturbaretur humor, & de ipſo aut plus, aut minus ſecerneret, & alius alium ſuperaret. Conturbat autẽ maximè in imparibus diebus ; cum ægrotat. ſed & horror maximè tunc fit . habet enim ſe res hoc modo . de humore affligente expellitur aliquid ex corpore à recentiſſimo humore ſuperatũ , & procedit ad aluum infernam, & aluus ipſa unà cũ affligente caleſcit ſuſcipiẽs in ſeipſam magis, quàm prio ri tempore . hoc autem maximè fit in morbi iudicatione : & ſi paulatim corpus ad aluum dimiſerit, & non multum fuerit id, quod hominẽ affligit ; & aluus, & corpus calorem ſufferre in iudicatione poterit . & homo ſanus euadit , ubi humor affligens egreſſus fuerit, & is, qui febri alimentũ præbuit, cõſumptus, & ſanus prævaluerit. Et ſubdit. Quòd humor turbetur in diebus imparibus, & dolor magis affligat, hoc ſignũ eſt. Quicunq; iam à febre continua correpti pharmaco uſi ſunt in diebus paribus, hi nimiũ purgati nũquam ſunt. qui uerò in diebus imparibus medicamento forti uſi ſunt, nimiũ purgati ſunt, multi uerò etiã perierũt nimium purgati : humor. n. in corpore ægroti magis turbatur in imparibus diebus, nimirũ corpore humorẽ ad uentriculum tranſmittẽte . & ſi quis iam turbat, adhuc magis turbet medicamẽto immiſſo ; nihil miri eſt ex talibus hominẽ perire. Hæc Hip. quæ admonent actionẽ naturæ in alẽdo animalis corpore tertio die perfici, & perpetuũ ordinẽ ſeruari , niſi quid impediat , in hoc munere obeundo. impedit autem potiſſimum naturã cauſa morbi materialis, & efficit , ut ad quintam diem , ſeptimam , nonam, uel ad aliã diẽ imparem morbus protrahatur : inquit enim Hip. in codẽ lib. Si modicũ fue-

rit id, quod affligit; tertia die febris dimittit, per duas autem continuè detinet: si verò copiosius; quinta die, per quatuor tenet pro ratione. atque hoc modo morbi per dies iudicantur. Impedit igitur naturā materialis causa morbi; q̄ & morbū prorogat. protrahit etiam virtus agens debilis; quando naturā non superet. atq; hoc idē efficit, quod materiæ, vel agentis debilis vicem gerit: calor enim tenuis, temperamentū nimis humidū, vel frigidum, inepta partiū compositio, humorū permixtio naturæ impedimentum inferunt, & morbū proferūt, & hæ, quæ causæ dicuntur adiutrices, vt aer frigidus, vel humidus, somnus, & vigilia, motus, & quies quātitate, qualitate, & ordine excedentes, anni tempora, constitutiones, remedia intempestiuè adhibita, locus frigidus, vel humidus. naturam maximè impedit morbus, sed ei obstat, & prorogat morbū symptoma, & alia, quæ se habent vt agens: nam humoris natura, & modi insequentes humorē sese opponunt, & resistunt causæ agenti, & quæcūq; materialē naturā referunt, vt partes corporis nimis strictæ, obstructæ, tortuosæ humoris cursum impediētis, facilitas', siue promptitudo corporis ad sustinendū, ac difficultas, cib', & potus tum substātia, tum quantitate, qualitate, & ordine incongruens, repletio; & inanitio corporis nimia, atq; alia huiusmodi, quæ vim naturalē habent. Idcirco hæc morbos producūt, sed potissimæ causæ existūt vis naturalis debilis, & humor cōtumax, ac rebellis: aliæ verò sunt coadiutrices, non primariæ. ab iisdem quoq; prouenit morbi breuitas. Expellit aūt singulis ternis ab assumpto cibo diebus natura noxios humores, qui eam grauant & quantitate, & qualitate. vtitur cibo recentissimo, qui sit expul-

sionis

sionis instrumentū. Causa igitur, cur die impari crisis fiat, est operationis naturæ cōplementū in alendo corpore: hoc enim temporis tractu q est triū dierū, fit attractio cibi, retentio, concoctio, puri ab impuro sequestratio, distributioq; : vt de perdita corporis animalis substātia restauretur. Efficit crisim natura alens, nō tēpus: mēsurat. n. tēpus tantūmodo operatiōes, & motus. &, si vel luna, vel signa zodiaci, vel planetæ alij quicquā agant; opem ferunt & agenti virtuti, & humori. his igitur de causis dies impares sunt critici. quod cōprobat Hip. in lib. 4. aph. 36. his verbis. sudores febricitāti si inceperint, boni & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & vndecimo, & quartodecimo, & decimo septimo, & vigesimo, & vigesimo septimo, & trigesimo. Et in lib. 1. de mor. pop. sect. 3. Ex circuitibus in imparibus diebus indicantibus primus est dies tertius, deinde quintus, septimus, nonus, vndecimus, decimus, septimus, vigesimus primus, vigesimus septimus, & trigesimus primus. Cæterū etiā dies pares criticos esse in hoc eodē loco sic explicat Hip. Quæ paribus diebus exacerbātur, paribus iudicantur, quorum aūt exacerbationes in imparibus fiunt, ea in imparibus iudicātur. Est aūt primus iudicatorius ex circuitibus diebus paribus indicātibus quartus dies, deinde sextus, decimus, decimus quartus, decimus octauus, vigesimus, vigesimus quartus, vigesimus octauus, trigesimus, trigesimus quartus, quadragesimus, sexagesimus, octogesimus, & centesimus vigesimus. & subdit. At verò nosse expedit, si aliter iudicatio fiat extra præscriptos dies; recidiuas fore significat, & fuerit sanè perniciosa. oportet autem animaduertere, & nosse in his temporibus iudicationes

nes futuras esse ad salutem , aut pernicie, aut inclinationes ad melius, aut deterius . Hæc Hip. ex quibus obseruamus , per dies impares uidelicet iudicari morbos, si in imparib' exacerbent. quod fit, si humor morbum excitans in die impari turbetur . turbatur autem in die, in qua recentissimus superat, & expellit ueterem , sicut antea ex eius sententia diximus. ex his etiã habemus circuitum dici spatiũ illud trium, uel quatuor dierum, in quo vetus, ac ineptus humor mouetur, vt à recenti expellatur . Causam autem , cur in die pari, uel impari moueatur, & cur sæpius in impari, quàm in pari, & itidem crisis fiat , præter ea, q̃ antea sunt recitata docet Hipp. his prius suppositis , quæ in lib. progno. & in lib. de septi. partu. In lib. autem progno. legitur. Febrium iudicationes fiunt ijsdem numero diebus, & ex quibus superstant homines , & ex quibus moriuntur. In li. de septi. partu. Conceptus, & abortus , & partus mulieribus contingunt eo tempore , in quo etiã morbi, & sanitas , & mors omnibus hominibus fiunt. sed sicut se habet conceptus ad partum, & ad abortum; sic sanitas ad morbum, & ad mortẽ. tempus autẽ conceptionis ad partum, & ad abortum: & sanitatis ad morbum, & ad mortem primo & per se impar est, secundò autem est par: nã prius fœtus masculinus formatur , prius mouetur, ac prius editur, quàm fœmineus . masculus autẽ se habet ut forma, & ut agens: fœmina autẽ ut materia, & patiens : die enim impari formatẽ, mouetur, ac editur masculus : fœmina autem pari. causam autem huius tribuunt agenti, & materiæ : agens enim ualidum prius format, mouet, & edit, quàm imbecille : atque materia magis dispolita, & actui propinqua citius formatur, mouetur,

uetur,atq; perficitur, quàm inepta,& potentialis.Vt autem ea,quæ diximus comprobemus,de formatione loquitur Hip.in lib.de na.pueri , & ait. Secundum rationem , & necessitatem articulatio contingit in fœmello in diebus quadraginta duobus, in masculo in triginta.quòd autẽ fœmella posterius conformatur , ac coarticulatur , causa hæc est,q genitura fœminea debilior est,ac humidior,quàm mascula.& iuxta hanc rationem necesse est posterius conformari fœmellam,quã masculum.De motu uerò scribit in eodem lib.& inquit . Mouetur primum masculus, quia fortior est, quàm fœmella:& primũ quoq; conformatur masculus:nam à fortiore,& crassiore genitura fit. Et in lib.de septi.par.primo quadragenario præterito, fœtus fortiores sunt,& ipsorum corporis per singula membra discretio fit, & masculorum quidem partes omnes ualde conspicuæ fiãt,fœmellæ uero in hoc tempus carnes apparent exortus, ac processus solum habentes: similia enim longius tempus in simili sunt , & tardius discernuntur propter consuetudinem, & amicitiam:quãquam aliàs cum à matre segregatæ fuerint ; filiæ citius , quàm filij pubescant,& sapiant,ac senescant propter corporum imbecillitatem,& uictus rationem . De diebus autẽ,qui morbos,mortem,& salutem iudicant, quemadmodum superius ex Hipp.auctoritate declarauimus,idem est dicendum ;nam sicut uis genituræ fortis , & minor humiditas efficit in die impari masculum,atq; eadem uis debilior,ac maior humiditas in die pari fœminã producit:sic in morbis natura ualidior , & minor copia humoris in impari decernunt,eademq; imbecillis,& maior humiditas in pari .qua de re sic se habet impar

numerus

numerus ad parē, ut masculus ad fœminā, & natura ualida ad debilem, & minor humoris cōpia ad maiorē. sed masculus est quid perfectū, & ex intentione naturæ; fœmina uerò imperfectū, & præter eius intētionē: sic vis fortis, cōtrà debilis: sic minor humor, contrà maior quantitate, uel qualitate. & propterea prisci appellarunt diē imparē masculum, parem uerò fœmineū: ac itidem dies impar primo, & per se, & secundū naturam dicitur, par autem secundariò, & præter naturæ intentū. atq; hac de causa sæpius impar iudicat, propterea quòd quæcunq; à natura fiunt, ut plurimum fiunt. Verùm, cum dies impares sentiat Hip. esse verè criticos; quartus, quem in hoc aph. censet indicem esse septimi, & quartumdecimū in superiori, atq; alijs in locis criticum, atq; ad uigesimum, & uigesimum octauum; non index erit, nec quartusdecimus, nec uigesimus, decretorius, sed tertius, uel quintus septimi index, & & decimus tertius, uel decimus quintus, & decimus nonus, uel uigesimus primus, decretorius. Sed duo sunt nobis ante oculos proponenda, uis agens, scilicet & humiditas, quarum causa marem, & fœmellam fieri scribit Hipp. moueri, ac produci citius, & tardius fœtum alterum altero. sic morbos hos citius, illos tardius iudicari, & morborum partes alias breuiores, alias longiores existere: siquidem uirtus agens in hoc morbo ualidior euadat: in illo imbecillior, ac itidem humor modò maior, modò sit minor quantitate, uel qualitate. consentiant etiam cæteræ res naturales, non natutales, circunstantes, atq; præternaturales. Nam; si uirtus uigeat, humorque adeo talis, ut facilè superetur; primo ternario natura illum, uel domat, uel expellit ita, ut qua-

ternario

ternario primo à morbo liberum se æger percipiat. si aut uirtus adeo nō sit potens, quanquam pauca humiditas: aut humor copiosior, uis autē fortis sit; producitur ad secundum ternariū, uel tertium, hoc est, ad quintum, uel septimum diē. Sed si etiam & materia sit, uel fiat ualidior, aut uires imbecilliores, aut utræq; simul; protrahit morbus ad nouem uel undecim usque ad uigesimum atq; amplius diem, ac eò magis si causæ adsint adiutrices dilationis, quales sunt ex naturalibus præter uirtutē inualidā, calor languidus, tēperies frig. vel sicca, spiritus crassus, & ineptus, humores excedētes, partes, q̄ humores suscipiūt, nimis angustæ, uel latæ: rectæ, uel tortuosæ, & obliquæ, humorū mixtio inutilis, partiū corruptio importuna, ac tandē læsæ actiones. Ex nō naturalibus iuuāt morbi prorogationē cib⁹ & potus nec substātia, nec quantitate, nec qualitate congruēs, somnus, & uigiliæ, motus, & quies, repletio, & inanitio, & animi affectus intempestiui. Ex præternaturalibus cā morbi quæuis morbum prorogat, sic morb⁹ ipse ꝓpria natura, & symptomata morbū comitantia. Ex circunstātibus uerò aer nimiū frigidus, uel humidus, locus eiusdem generis, anni tempus, constitutio præsens, occasio, modus, facilitas, & difficultas morbum differunt. Quartus igitur dies septenorum est index: propterea ꝙ quarto die homo antea affectus affectionis facilē, ac difficilē declarat tolerantiam ac liberationē. Octauus est principiū alterius. i. secundi septenarij, non autem septimus: siquidem septimus dies iudicet, ac terminet litem inter uirturem agentem, & humiditatem obiectam, ac resistentem, & octauus uictoriam profert, quod nisi efficiat; undecimus est con-

templa-

templabilis:habet.n.vim eandem, quàm & quar tus:nam quid sit quartodecimo futurũ ostendit: quartus decimus enim uel salutis, uel mortis spo lia defert, quemadmodum septimus: differtur enim talis notitia ad quartum decimum uel ratione uirtutis imbecillis, uel humoris multi, vel rebellis, atq; cõtumacis. Decimus uerò septimus est ut quartus, & vndecimus index, & contempla bilis. hic dies autem non est quartus à quartode cimo, ut undecimus à septimo. idq; euenire asse runt, uel quia humor iam consumptus, ac uictus est, uel quia uirtus naturæ validissima constitit. atq; hinc salus, & à causis contrarijs interitus, hoc est, ab humore aucto, & superãte, vel à vi na turæ imbecillima, vel ab utrisq;. igitur est dierũ euentus, atq; terminus. sed quænam sit ea morbi pars, quàm tempus metiri primò debeat, lis est: quidam enim à prima morbi inuasione inco handum esse autumãt, quidam à die decubitus, alij alia hora. sed meo iudicio illam partem nos metiri primum debemus, quæ uerè sit alicuius morbi definitæ species, vera pars: nisi enim morbus talis, uel talis constitutus fuerit, sed modo febris ardens appareat, modo pleuritis, modo alius morbus nec definitus, nec terminatus; necessariò nescimus cui morbo sit applicanda: facilis enim est transitus ex uno morbo acuto in alterum, ueluti ex febre ardente in pleuritidẽ, ex pleuritide in peripneumoniam, uel ex harũ una in phrenitidem, quemadmodum affirmat Hipp. deinde sæpe sit, ut primis diebus humor morbũ producens uel propria natura, uel ui partium ab eo affectarum locum non habeat, quo se firmet, sed huc, atque illuc nageturr. atq; hinc qualis est affecta pars, talis affectio denominetur, ut si pul-

mo

mo afficiatur, dicatur peripneumonia: si pleura; pleuritis: si phrenes, ideſt diaphragma; phrenitis. quapropter, niſi morbi cauſa locum teneat; morbi ſpecies non conſtituitur, ſed genus quoddam, quod cum in ſe plures contineat ſpecies; nō vnā habet temporis menſuram, nec ſtabilem, niſi tantum genus.

APHOR. XXV.

Aeſtiua quartana magna ex parte breues, autumnales longæ, & maximè quæ hyemem attingunt.

Fieri uidetur quartana abatra bile. hæc uerò duplicem habet ortū, à cibo, & potu, ſcilicet quī huius humoris naturā ſapiant: & à ſanguine, ac bile flaua. Quod à cibis fiat & potibus, legitur in lib. de inter. affect. vbi agitur de ſplenicis morbis uerba ſunt. fit morbus ſplenis autumno maximè ab atra bile ab olerum multorum, quæ cruda eduntur, eſu, & ab aquæ potu. Et in lib. de aere, aqui. & lo. Bibentibus aquas paluſtres, & ſtabiles, ac locuſtres ſplenes ſemper ſunt magni, ac pleni, & uentres duri, tenues, ac calidi. Quòd autem ab humoribus fiat, ſcripſit Hipp. in eodem lib. de ae. aqui. & lo. his uerbis. Si borealis ſit autumnus, ac ſiccus, & neque ſub Cane, neque ſub Arcturo pluuioſus; confert pituitoſis natura, & maximè qui natura ſunt humida, & mulieribus. Bilioſis autem infeſtiſſimū hoc tempus exiſtit: ualde enim exſiccantur, accidunt q; eis lippitudines aridæ, & febres acutæ, ac diuturnæ, & aliquibus bilis atra: ſiquidem quod liquidiſſimum eſt, ac aquoſiſſimum in bile, cōſumitur, denſiſſimum uerò, & acerrimum relinquitur. quod etiā accidit ſecundū eandem rationē & circa ſanguinem,

ne: unde hi morbi his accidunt. Humor igitur bi lioſus, & ſanguineus, & cibi, ac potus quidem atram bilem uel gignunt, uel augent, & tempore autumnali maximè ob relatam ab Hipp. cauſam. Cum autem quartana febris ab atro humore originem ducat; iure autumno homines deprehendit. ſi uerò æſtiuo tempore corripiat; fit, ut breuis plerunq; euadat: ſiquidem neque cibi tales edantur, neq; pars ſanguinis, ſiue bilis liquidiſſima, & æquoſiſſima ſit conſumpta, ſed conſumptionem petit fortaſſe à calore æſtiuo. poteſt tamen diuturna febris quartana æſtate contingere; ſi cibis, & aquis paluſtribus, ac ſtantibus, diu quis utatur, quemadmodum comprobat Hippo. in libro, & loco citato, ubi loquitur de paluſtribus aquis, ac ſtantibus: inquit enim. Aeſtate dyſenteriæ multæ, ac aluí profluuia incidunt, & febres quartanæ diutrnæ. Sed quòd ab atra bile gignantur quartanæ & cur, & quòd autumno longæ ſint, alijs uerò temporibus breues, hæc Hippo. oratio in ſib. de Nat. hu. confirmat. Quartanæ tertianis diuturniores ſunt, quantò pauciore bilis parte participant, unde caliditas augetur: & propterea quòd corpus in ipſis plus perfrigeſcit. id quod ab atra bile ipſis contingit ſuperfluè adeò, ut ægrè frigus depelli poſsit: atra enim bilis inter omnes corporis humores uiſcoſiſſima eſt, & ſedes diuturniſsimas facit. quòd autem quartanæ febres atræ bilis participes ſint, uel hinc condiſcere licet: autumno enim homines maximè à quartanis corripiuntut, & in ætate à quinque & uiginti annis uſque ad quadrageſimum quintum. hæc autem ætas præ omnibus maximè à bile atra infeſtatur, & autumni tempus

omnium

omnium anni temporum ad eundem aptissimum est. Quicunque autem extra hoc tempus, & ætatẽ à quartana corripiuntur, pro certo scire oportet eam febrem non fore diuturnã, nisi quid grauioris mali hominem infestauerit. Hæc sunt Hippo. uerba, ex quibus apertè. cognoscimus quartanas febres à pauciore flauæ bilis parte, & à copiosiori atræ duci, abundat enim atra bilis in ætate à quinque & uiginti annis ad quadragesimum quintum, ut etiam confirmat Hippo. in lib. progno. & in autumnali tempore ob relatas ex huius viri sententia causas, uidelicet propterea quòd fructus edantur plures, & aqua bibitur, ac præterea id quod liquidissimum est, ac æquosissimum in bile consumitur à siccitate æstiua, & autumnali, unde plurimum augetur atra bilis, ex qua si quartana excitetur, diuturnior est tum propria natura, quia uiscosissima est, tum ob multam eius copiam: facilius parum grauioris, quàm multum dispergitur. æstate uerò, quemadmodum & alijs ætatibus, breuior est, siquidem neq; fructus, neque siccitas adest: niget enim uere & hyeme humiditas, quã æstas consumit postea. & idcirco, cum æstate atra bilis fere nulla sit; nec quartana. & si qua sit; breuis euadit, non quia tunc temporis humores diffluentur, sed quoniam paucus est humor atrabilia rius. iuuat tamen æstas, sicut etiam cæteræ efficiunt circunstantiæ, quæ humores & mouent, & expellunt.

APHOR. XXVI.

Febrem conuulsioni superuenire melius est, quàm febri conuulsionem.

Melius eſt, ut febris conuulſioni ſuperueniat, quã conuulſio febri; ſiquidem à conuulſione liberat hominem; ſed non conuulſio à febri. atq; huius apho. ſententiam approbat Hippo. in lib. 4. aph 57. & inquit. Qui à conuulſione, aut diſtentione neruorum tenetur, febre ſuperueniẽte liberatur. Et in lib. 5. aph. 70. A quartanis capti non admodũ à cõuulſionibus capiuntur. ſi uerò prius capiantur, & quartana ſuperuenerit, liberantur. Et in eodem lib. aph. 5. ſi ebrius quiſpiam repente obmutuerit, conuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut ubi ad horã peruenerit, qua ſoluuntur crapulæ, uocem recuperet. Et in li. 2. de mor. pop. ſect. 5. ſi puerperis conuulſio fiat; febrẽ excitato, & cerato multo repido in ueſicã immiſſo, ac per clyſterẽ infuſo colluito. Et in lib. de Coa. præ. Conuulſiones repentinas ſoluit febris. Contrà ſi conuulſio febri ſuperueniat potiſſimũ non intermittenti, uel acutæ, pernicioſum eſt: ſcribit enim Hip. in lib. prog. & in lib. 4. aph 49. In febre non intermittente, ſi labrum, uel oculus, uel naſus, uel ſupercilium peruertatur, uel non videat, uel non audiat, iã debili exiſtente corpore, mors proxima eſt. Et in eodem lib. apho. 66. In acutis febribus conuulſiones, & circa uiſcera dolores fortes, malum. Et apho. 67 In febribus ex ſomnis timores, uel conuulſiones, malum. Et apho. 68. In febribus ſpiritus offendens malum, conuulſionem enim ſignificat. plurimos autem competies locos hoc idem aſſerentes in lib. prædict. Verùm ſibi uidetur Hip. diſſentire in lib. de Coa. præno. ubi legitur. Conuulſio in febre oboriens, & eadem die deſinens, bona eſt. Et conuulſio in febre oboriens, ſedat febrem eadem die, aut poſtera, aut tertia. ſi uerò tempus, in quo incepit,

tranſgre-

transgrediatur,& non desinat; malũ est. sed hæc animo sunt aduertenda ex Hip. auctoritate conuulsionem febri acutæ uel non intermittenti superuenientem malum esse, ac plerunq; pernicioſum. febri uerò non acutæ, & intermittenti non malum significare, sed humorum, qui febrem committebant, abscessionem, ob quam sedatur febris & conuulsio resoluitur postea à febrili calore. eadem quoq; ratione si accedens conuulsio sedet febrem acutam, aut non intermittentem eadem die ad tertiam vsque, bona est utpote quæ nota sit humorum febrilium abscessuum. si uerò id temporis transgrediatur; est mala: siquidem febris acuta, vel cõtinua breui iudicatur: corpus enim nullo tempore perfrigeratum cito colliquescit, nimirum à multa caliditate calfactum. Atque hæc est Hipp. sententia in lib. de Nat. hu. Melius est igitur febrem conuulsioni superuenire siue à repletione, siue ab inanitione fiat, quàm conuulsionem febri: si enim febris hominem apprehendat à repletione conuulsum, ea plerunq; calefacere solet, extenuare, atque dissoluere humores, qui repletionem præstabant. si ab inanitione; dum modo febris mitis sit, calefacit, aperitq; uias, humoresq; fluxibiles efficit ad conuulsam partem: At inspiciamus materiam, quæ conuulsionẽ producat: alia enim est uaporosa, siue spiritus, alia humores, quorum naturam medicum discutere oportet. inspiciamus præterea partes, quæ conuelli possunt, ac contrahi, quemadmodũ, ut Hip. placet, facultates animæ, calorem, spiritum, humores, partesq; alias tum similares, tum dissimilares, atque hanc constituamus diuisionem. Fit conuulsio in partibus corporis, quæ contrahi

possunt. atq; hæ partes aut diu seruantur contractæ, uel parum. si parum, id prouenit à propria partis natura, ueluti si sanguis contrahatur, uel alia humiditas, uel pars quædam mollis, ac maximè cedens. aut oritur ab his, quæ sunt conuulsionis authores. atq; hæc sunt per propriam essentiam causæ conuulsionis, ut vapor, flatus, & qualitas prima ut frigus ut in lib. de fla. uel secunda, ut acris alicuius humoris, qui sensum adeo angat, ut pars affecta ob dolorem contrahatur. ab his breui soluitur affectio, nisi quid impediat. impedit autem humoris acuti perezratio, uiarum strictura uel tortuositas & alia. si diu seruantur contractæ partes; id euenit uel ob partem contractam, ut si difficulter a se expellat causam contractionis, ut nerui efficiunt, & partes neruosæ uel siquæ sint aliæ tenaces, ac uiscidæ. uel prouenit à causa, quæ conuellit, qualis est humor, qui aut propria substantia tales partes conuellat, ut eius uiscositas, crassicies, tenacitas, duricies: aut quantitate, ut si multus humor adeo partem compleat, ut conuellat. sed conuulsæ partis triplex est situs: quædam extenta manet, quædam curua, & quædam in se contracta, & curta. Hæc omnia aduertat medicus ad aph. explicationem.

APHOR. XXVI.

His qui non ex ratione leuius se habent, non oportet fidere, neque multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt. Plurima enim talia stabilia non sunt, neq; multum durare, & permanere consueuere.

Hip.

Hip. in lib. de dieb. iud. hæc ſcribit. Maximum ſignum in ægrotis, qui uicturi ſunt, ſi non præter naturam fuerit febris ardens, & alij morbi eodem modo: nihil enim horrendum, neq; lethale ſit in his, quæ ſecundū naturam ſunt. At uerò ſi morbus præter rationem, ac naturam eius leuius ſe habere uiſus fuerit, quemadmodum ſi clementior euaſerit, nec cauſa eum producens abſceſſerit uel extra corpus, uel ad ignobiles partes; non eſt fidendum: recidiua enim fit. nam legitur in lib. de iudica. quibus febres ſedantur neque ſignis ſolutoriis contingentibus, neq; iudicatoriis diebus; recidiua fit. ſic mala, quæ præter rationem fiunt, non ualde timeas: quæ enim imperfecta ſunt, breui corrumpuntur.

APHOR. XXVIII.

Febricitantium non omninò leuiter permanere corpus, & nihil minui, uel etiam pluſquam ratio poſtulat contabeſcere, malum. Hoc enim morbi longitudinem: illud verò imbecillitatem ſignificat.

Febris continua iudicationes quàm breuiſſimo tempore facit: corpus enim nullo tempore perfrigeratum cito colliqueſcit, nimirum à multa caliditate calfactum. Hæc Hipp. in lib. de Nat. hu. ſi igitur breuiſſima eſt febris, quæ cito corpus colliquefacit; longa profectò ea euadet, quæ diuturniori tempore id conſumet. ſed ſi breuiori tempore, quàm par ſit, contabeſcat corpus; breuis quoq; exiſtet, iudiciumq; malum. Colliqueſcit autem à febre corpus ſerò, uel breui. atq; id primò prouenit aut ab agente calore,

aut à ſubiecta corporis materia, aut ab utriſq; .ſi calor colliquationem producat; aut eſt intenſus aut continuus. ſi materia corporis colliquationē patiatur, eſt uel ſubſtātiæ mollis, ac facilè reſolubilis, uel pauca. Nunc, ſi calor ſit intenſus, & continuus, & humor ſubiectus facilè ſolubilis, ac paucus; citiſſima erit colliquatio, ac præterea citiſſima criſis. ſi uerò calor febrilis nec intenſus exiſtat, nec continuus, humiditasq; difficulter ſolubilis, craſſa, uiſcida, ac multa; morbus quàm diuturnus euadet, nec corpus niſi longo tēporis interuallo contabeſcet. At uerò ſi calor aut ſit intenſus, aut continuus, ſed nō intenſus, humorq; craſſus, uiſcidus, & multus; aliquanto minori tēporis ſpacio emacrabitur corpus, & febris demittet: & citius etiam, ſi humor nec craſſus ſit, nec uiſcidus, ſed multus: & multò citius; ſi nec multus: ſed, ſi calor febrilis non ſit omninò leuis; ſed ſatis intenſus, ac permanens, corpusq; ſubiectū adeo ſit reſolubile, ut citius, quàm deceat, contabeſcat; hominis imbecillitatem oſtendit pleruncq; : nam uel innatus calor eſt debilis, vt in ſenibus: uel hominis corpus, & moles eſt fragilis, ac mollis, ut in pueris, uel ea, quæ calori, aut corporis materiæ ſeruiunt. quare morbi longitudinem ſignificat corporis conſtantia, atq; firmitas in febrili calore non omnino leui ob materiam craſſam, & uiſcidam, uel multam, aut ob calorē innatum plurimum imbecillitatem autem declarat emaciatio maior, quàm ratio poſtulat. & huiuſmodi imbecillitas prouenit uel à caloris natiui debilitate, vel à materia molli, ac facilè reſolubili. Iuuant ſecundò has primarias cauſas res non naturales, uelut ad morbi longitudinem cōferunt edulia craſſa, & uiſcida, ac multa, ſom-

nus

aus multus, euacuatio nulla, nullusq; motus. Iuuant res circunstantes, ueluti aer frigidus, tempus anni hyemale, locus frigidus, occasio, modus, & alia. sic præternaturales coadiuuant, ut morbus, symptoma, & morbi causæ calorem innatum impedientes. Iuuant tandem ea, quæ personæ partes dicuntur, ueluti ætas, sexus, natio, cognatio, corporis, & animi incommoda, recta uictus ratio, artes, studia, animiq; affectiones.

APHOR. XXIX.

Quum morbi inchoant, si quid mouendū uidetur, moue: quum verò consistunt ac uigent, melius est quietem habere.

Hic aph. cum sequenti copulatus argumentationē naturæ enthymematicæ conficit, ac si Hip. dixisset. Quoniam circa initia, & fines morborū omnia existunt imbecilliora: circa autem consistentias fortiora; idcirco, dū imbecilliora sunt, moue, si sibi uidetur: dum fortiora; ne moueas. Ex hac autem ratiocinatione duo percipimus, partes morbi scilicet quæ & morbi tempora appellantur, & quibus de morbis uelit orationem haberi. Partes morbi tres hoc tēpore enumerat, atque earum constituit naturam: nam morbi initium & finis omnia habet imbecilliora: morbus enim magna ex parte est mitior his temporibus, ac itidem symptomata, & causæ: etenim causa non facultate, sed actu furens eum gignit effectum, qui & ea existit. effectum uerò comitatur symptoma morbo velut effectui respondens: nam cum morbi uigent, ac ferociunt, causam impetum facere arguunt; & symptomata quoq;

nec aliud quicquã intelligi poteſt, niſi hæc tria, vel horũ aliquod: cætera nãq; extera ſunt præter hæc. Quibus uerò de morbis ſermo habeatur, ſi ex alijs apho. coniectari uolumus, pertinere uidetur ad morbos acutos: ſcribit enim in primo lib. aph. 24. in acutis paſſionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus uti, & hoc cum præmeditatione. idem confirmat in lib. de Vict. rat. in mor. acu. Et in lib. 4. apho. 10. medicari in ualde acutis, ſi turget: eodẽ die: tardare enim in talibus malum eſt. Sed tamen in lib. de Affect. Morbi, qui in æſtate fiunt, ſic fieri ſolent. cum corpus à ſole fuerit calfactum; humectatur. humectatum ægrotat aut totum, aut ea parte, in quam pituita, & bilis incubuerint. ſi quidem igitur quis ipſos incipientes curet; neque longi fiunt, neque periculoſi. ſi uerò non curet, aut malè curet; & longiores fiunt, & ſæpe quoq; occidunt. & ſubdit. Tertiana febris cum apprehenderit, ſiquidẽ uidebitur tibi nõ purgatus eſſe; quarta die pharmacum dato. ſi autem pharmaco non uidebitur opus habere; medicamenta in potu exhibeto, quibus febris aut tranſmutetur, ac deficiat. Et paulò infrà, cum de alba pituita ageret, ait. Morbus pituita alba uocatus ſi curatus fuerit, incohante morbo; ſanus fiet. ſin minus; in hydropen tranſit, & hominem corrumpit. In omnibus igitur morbis curationem in principio adhibere conducit, ſiue per pharmaca purgantia, ſiue per alia remedia: partes enim corporis omnes cedũt non graui morbo, nec ſymptomate, nec cauſa incrudeſcente, fluenteq; ubi quamplurima eſſe poſſit, ibiq; afflictionem inferente, oppreſſæ. huiuſmodi enim eueniunt incommoda in morbi rigore. his de cauſis uſquequo ſedetur, a pharmacis

macis est desistendum, quapropter inquit Hipp. in lib. de lo. Medicamentum donec corpus floridum fuerit, ne propinato; non enim uacuatur nisi parum, utpote corpore turgente. cum autem gracile, ac macilentum fuerit; tunc bibendum exhibe, & euacuabitur. In lib. autem de Veteri med. dum Hippoc. modos curandi morbos à qualitatibus absque materia productos, & cum materia gignitos, docet, sic scribit. Omnibus liberatio hæc est, ut ex frigiditate, scilicet absque materia affecti percalfiant; ex ardore uerò perfrigerentur. atque hæc breui accedunt, & concoctione nulla opus habent. reliquæ autem omnes fluxiones, quas propter humorum acrimonias, & intemperantias ego fieri sentio, restituuntur, & curantur, ubi temperatæ fuerint, & concoctæ. Quare morbis incipientibus si cognoueris motum aliquem siue purgatorium, siue alio modo utilem, ac tempestiuum; eo utere. atque id præmeditatus facias. nec expectes morbi uim, quæ corporis naturam angat: ea siquidem ægre utrasq; molestias tulisset. & idcirco rectius est, si expedit, dum morbus incohat, opē ferre, quàm dum impetum facit.

APHOR. XXX.

Circa initia, & fines, omnia imbecilliora: quum verò consistunt, fortiora.

Verba huius apho. explicant præcedentem; & ex utrisq; fit ratiocinatio ea, quam diximus antea, atq; explanationem utriusq; fecimus.

APHOR.

APHOR. XXXI.

Eius qui ex agritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum.

Eandem sententiã legimus in lib. de Coa. præ. quæ est. Qui ex morbis longis se refocillantes bene cibũ accipiunt, & nihil proficiunt, ij malignè in recidiuam incidunt. hæc verba de qua ægritudine fuerit locutus Hip. Explanant, & quid vox illa malũ significet. si verò causam perscrutemur, cur qui bene cibum accipiat à morbo, isq; nihil proficiat; ea profecto est aut cibus antea acceptas, quiue quotidie accipitur, aut ægrotãtis præsens natura. cibus; si excedat hominis naturam in substantia, vel quantitate, vel qualitate. Natura præsens, si vires ob præteritum morbum elanguent, si calor naturalis, siue innatus nondũ exterum omnino vicerit, si spiritus turbulenti veluti hi, qui non probè confecti sint: si intemperies, si noxij humores aliqui remanserint: si partes solidæ, & similares, & compositæ languidæ existant: quiduis enim horum fuerit; corpus parum, vel nihil proficiet; quanquã benè cibũ accipit: nam & id duplicem habet rationẽ: quisquis enim bene cibum assumit; id prouenit, vel ab appetitiuæ facultate valida, aut ab aliquo spiritu, vel humiditate proritante ventriculi osculum, qualis acida existit, aut salsa. At, si excitetur facultas illa à membrorum, ac partium calore, qui traxerit totam ex uentriculo, & uenis delegantibus alimoniam, quiq; nouam desideret; ea appetentia ueluti naturæ opus utilis est, & cibo assumpto corpus restauratur. si uerò nec uenæ, nec uentriculus alimẽti indigus sit, tamẽ aliqua siue qualitas in corpore, siue spiritus, siue humor uitiosus illam

illam incitet in uentriculi ore titillationē, quam natura uentriculo, & venis uacuis alimento mouere consueuit; fames inducitur ficta, ob quam quanquam cibum homo capit; corpus tamen non restauratur.

APHOR. XXXII.

Omnes ferè qui malè se habent circa initia bene cibati, nec quicquam proficientes; circa finem rursus cibum non appetunt: Qui verò circa initia cibum valde non appetunt, postea bene appetentes, ii melius euadunt.

Qui hunc apho. ad conualescendum referunt, tempus conualescendi distribuunt, & initium, finem, & medium constituunt. Existimant autē & explicant omnes ferè, qui in principio conualescendi probè cibum assumunt, nihilq; proficiūt, circa finem conualescentiæ cibum non appetere contrà qui in initio non ualde appetunt, postea uerò bene appetere, & proficere corpus. qua de re ij superiorem cum hoc aph. copulant hoc pacto. Qui in conualescendo probè cibum assumit, nec tamen corpus refocillatur, malum. id si in conualescentiæ initio euenit; in fine cibum non appetet. causam uerò huiusce appetentiæ non esse naturam regentem, sed uitiosum uel succum, uel flatum, uel qualitatem medici sentiunt: nā de naturali appetentia locutus est Hippo. quæ & quā ob causam fiat in lib. 4. de mor. inquit enim. Ventriculus dum plenus est, omnium humorum corpori fons est. sunt autem & alij fontes quatuor, a quibus unusquisq; horum humorum in corpus procedit, postquam ipsi à uentriculo acceperunt, & hi quoq; fontes ubi euacuantur; de corpore fruuntur. sed & ipsum corpus attrahit,

ubi

ubi uentriculus in ſeipſo quid habuerit. Deinde explicat quinã ſint hi loci, præter uentriculũ, qui ſint humorũ fontes, & ait. Sanguini fons eſt cor, pituitæ caput, aquæ ſplen, bili locus folliculi in hepate. Et infrà ſubdit. ſi fontes hi non eſſent; dum edimus, ac bibimus, certè non cognoſceremus neq; qd iucundũ, neq; quid iniucundũ eſſet: nam hi loci cũ minores ſint, & intra reliquũ corpus, ſemper etiam anteaquam attrahat unuſquiſq; iuxta ſuam facultatẽ; reliqua corpori denuntiat de cibis, ac potibus qui bilioſus ſit, & qui pituitoſus, ſanguineus, & aquoſus: quicquid enim horum humorum plus, quàm opportunũ eſt in cibis, ac potibus nobis obuenerit, neq; cibos illos iucundos facit. quæ uerò maximè appetimus, pro eorum ratione etiã illi iucundi ſunt. ſi uerò cibis, & potibus opus habuerit fons aliquis; pro hac ratione etiam corpus trahet ab ipſis fontibus, donec humor paucior, quàm oportet, fiat. & tunc ſane appetit homo aut edere, aut bibere tale quid, quod portionẽ illam expleat, ac reliquis adæquet. & propterea, ubi multum cibi ſumpſimus, aut bibimus, quandoq; adhuc cibum, aut potum appetimus, & nihil aliud libenter edimus, quàm quod appetimus. poſtquam autem comedimus, & adæquatus fuerit humor, his perfectis & in fontibus, & in corpore; tunc ceſſat appetentia.

APHOR. XXXIII.

In quouis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad illa, quæ offeruntur, bonum: contrà verò ſe habere, malum.

Mente conſtare ſignificat ſanguinem non corruptum, nec ex conſueta ratione emotum. idq;

multo

multo magis indicat, si æger ad ea, quæ offeruntur, bene se habeat, contrà cõtraria significant: legitur enim in lib. 1. de morbis in fine libri, dum Hipp. de his delyrantibus, qui perituri sunt, scribit. Disipiunt in hoc morbo semper, nimirũ sanguine corrupto, & ex consueta motione emoto. &, cum desipiant, nihil eorum, quæ ipsis exhibentur, accipiunt, quod saltem memoratu sit dignũ. cum uerò progressum fuerit tempus; marcescũt, ac imminuti cõsumuntur tum ex febre, tum quòd nihil alantur. & primum quidem extremæ partes consumuntur, ac perfrigerantur: deinde ipsis proximæ. hæc Hip.

APHOR. XXXIIII.

In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quàm quibus secundum nihil istorum congruit.

In lib. de dieb. iudica. hæc scribit Hip. Maximũ signum in ægrotis, qui uicturi sunt, si non præter naturam fuerit febris ardens, & alij morbi eodẽ modo: nihil enim horrendum, neq; lethale fit in his, quæ secundum naturam sunt. secundũ est, si non etiã ipsum tempus simul cum morbo impugnet: plerunq; enim hominis natura uniuersi potestatem non superat. si igitur morbi secundũ naturam euenerint; minus ægros perituros arguunt, quàm si præter naturam. Verũm hoc loco natura quanquam dicitur ægrotantis; tamen & morbi, & circunstantium, potissimum temporũ dici potest: nam ægri natura, hoc est, temperies, uel humores, uel ætas iuuenilis uel habitus calidus & siccus agritudinem postulat calidam, & siccam:

ſiccam: contrà frigidus & humidus: minus enim periclitatur iuuenis ſi febre corripiatur ardenti, quàm ſi ſenex: nam magis eſt congruens illi ætati, quàm huic . idem de anni temporibus eſt dicendum: ſingula enim anni tempora ſuos producunt morbos, quemadmodum de his, ac de ætatibus retulit Hip. in lib. 3. aph. 1taq; minus eſt timendum, cum natura ægri, morbi, & temporum conueniunt, plus uerò, cum una diſcrepat: multò autē plus, cum duæ. at horrendiſſimum eſt, ac lethale, cum omnes diſſentiant. Huius apho. foꝛtaſſe ductus Ariſt. in lib. 1. prob. 25. & 28. explanauit apho. quærit enim cur per æſtatem magis aduerſa ualetudine laboretur: per hyemem uerò qui laborant, magis emoriantur. inquit autem. An quia calor, qui per hyemem intus coercetur ob corporum denſitatem, parum adiuuat, nec labor operum, qui copioſius per id temporis ſuſcipitur, poteſt humorum excrementa concoquere. itaq; ualidam eſſe mali originem eſt: neceſſe: ac idcirco pernicioſum morbū vrgere par eſt. Contrà in æſtate cum corpus uniuerſum rarum, refrigeratum, reſolutum, atq; laborū impatiens ſit; morbos plures oriri eſt neceſſarium, ob laſſitudinem ſcilicet, & ciborum cruditatē: noui enim fructus tunc ſunt, non tamen ita ualidos eſſe naturæ ratio patitur. quamobrem facultas hiſce ſuccurrendi dat facilius. hæc in prob. 25. ſed in 28. quæſito hoc pacto reſpondet. An quoniā in æſtate morbi uel parua de cauſa exiſtunt. quod in hyeme minime accidit: ſumus enim tunc & ad concoquendū, & ad bene ualendū aptiores. itaq; iure fit, ut maiora, ac perniciоſiora mala ſint, q̄ maiori de cauſa peruenerint. quod idē in Athletis, & omnino ijs, qui ſecunda ualetudine eſſe ſo-

lent,

lent, licet perspicere: aut enim nullo morbo premunt, aut pressi celeriter è uita decedunt: quippe qui nisi magna cum causa ægrotare nequeat. Sic Arist. cũ igitur æstate modica occasione morbi fiant ob relatas causas, & cum effectus paruus paruã sequatur causam, magnus magnã; in æstate cum parua de causa homines ægrotent; ægritudo quoque parua erit, contrà hyeme à magna causa: cum alimenta concoctiora à ualidissimo calore esse debeant, corporaq; robustiora.

APHOR. XXXV.

In quouis morbo, partes ad umbilicum, & imum ventrem attinentes, crassitudinem habere melius est. Multum verò extenuari ac contabescere, prauum. Sed & hoc quoque ad inferiores purgationes, periculosum.

Quemadmodum uentriculum crassitudinem habere plurimum confert concoctioni primò, ac per se, ibi enim calor seruatur coctioni idoneus; sic in ægritudinibus partes ad umbilicum, & imũ uentrem attinentes crassas esse melius est, quàm extenuatas: custodiunt enim calorem, & concoctioni primæ, ac secundæ inseruiunt. quòd si extenuentur, ac contabescant; contrà agunt, ac præterea declarant primaria concoctionis instrumenta læsionem percipere. qua de re si crassitudinem habeant; fructus prædictos afferent, ac præterea purgationibus si quæ faciendæ sint, commodæ erunt.

APHOR. XXXVI.

Qui salubritatem corporis habent, per medicamenta euacuari citò exoluuntur. Et qui prauo vtuntur cibo.

Qui

Qui purgant, immundū purgant, ſordidum, & inquinatū, non purum, nō ſimplex. inſtrumentis ad fœces purgandas opportunis vtuntur. quare, ſi medicamēta purgantia fœculento corpori exhibueris; non ægrè feret, omnes moleſtias, quas pondus illud vitioſum afferebat, adimet, ac breui melius ſe habebit. contrà ſi hominem nec inquinatū, nec ſordidum, ſed nitidū, bonoq; ſucco alitum purgaueris; cum pharmaci purgātis proprīū ſit euacuare, quicquid erit in corpore quāuis ſano humoris, qui naturā ſapiat bilioſam, vel pituitoſam quanquā aliàs vtilem, ac neceſſariam ad nutritionem, ac cuſtodiā corporis, educit: nihil enim in corpore noſtro reperitur, vt aſſerit Hip. in lib. de Nat. hu. & in lib. 4. de morbis, neq; corpus ipſum eſt conflatum niſi ex humoribus quatuor. quamobrem cum humiditas huiuſmodi ſit vtilis ſiue liquida exiſtat, ſiue ad ſpeciē carnis cōcreta; referat tamen naturā alicuius humoris, educitur à medicamento. corpus verò parte ſibi neceſſaria expoliatum difficulter fert medicationes, citoq; exoluitur. Idē hoc euenit, ſiquis vſus fuerit alimentis prauis: nam dum medicamentum plurimā euacuet humorum malorum copiam; nil miri eſt, ſi homo exoluatur.

APHOR. XXXVII.

Qui bene ſe habent corpore, difficulter ferunt medicationes.

Si ſuperiorem apho. cum hoc coniunxerimus, talē argumenti formam proferemus. ægrè ferunt purgationes ſana corpora: quoniam cito exoluuntur. quæ uerò exoluuntur, multa alia patiuntur incommoda.

Parum

APHOR. XXXVIII.

Parum deterior potus, aut cibus, suauior autem, melioribus quidem, sed minus suauibus est præferendus.

Cibus, & potus hoc loco duplicem habet rationem, sui ipsius, scilicet & animalis, quod vescitur. sui ipsius, quò cibus melior existit, eò salubrior: quò deterior, eò molestior. ad animal, quò cibus, & potus est illi iucundior, atq; gratior, eò melior, & alijs præferri debet. idq; prouenit aut à natura animalis ipsum cupientis ob eius inopiã, ac indigentiam, aut à cõsuetudine: legitur enim in lib. de Vict. rat. in mor. acu. Facilè ferunt cibos, quibus adsueti sunt; etiam si natura nõ sint boni. similiter etiam potus. ægrè autem ferunt cibos, quibus adsueti non sunt, quanquam mali non sunt. similiter etiam potus. De natura verò ad hæc magis, quàm ad illa alimẽta idonea, scriptũ est in li. de Vete. med. his uerbis. Caseus non omnes homines lædit. sed sunt qui ex ipso repleri ne tantillum quidem offenduntur, imo gracilibus mirum in modum conferre proditur. sunt autem qui difficulter summouentes ipsum, ab eo liberantur. horum autem naturæ differunt. differuntq; etiam iuxta hoc, quod est in corpore caseo contrarium: nam à caseo excitatur, & commouetur in his, quibus eiusmodi humor multus in corpore existit. & quò magis hic potens est, eò magis uerisimile est ipsos malè affligi. si uerò toti humanæ naturæ malus esset, omnes utique læderet.

APHOR. XXXIX.

Seniores iuuenibus plurimum ægrotant minus. Qui verò morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.

Quàmsæpissime euenit, ut senes mïnus ægrotent, quàm iuuenes. tamen, si morbis corripiantur longis, non liberantur nisi quàmrarissimè, sed eorum uita, & morbus unà perit. Causas aũt cur minus ægrotent senes, reddit Hipp. in lib. 1. de morb. ubi de suppuratis ob uenam crassam sauciatam à uulneribus, aut ab aliquo labore agit. inquit enim. Qui iuniores patiuntur eas affectiones, quæ à laboribus fieri dictæ sunt, hi & ampliores, & uehementiores ipsas patiunrur, & magis, quàm alij dolent, & statim in ipsis manifestæ fiunt, ut sanguinem aut spuant, aut uomant. sed & quædã contingentia ipsis fallunt ipsos præ bona corporis habitudine. Seniores autem rarò patiuntur. & si patiantur; debiles perpetiuntur, utpote ipsi debiliores existentes, & remittũt magis ipsis, & affectionum maiorẽ gerunt curam. fiunt igitur ab initio iuniori uehementiores, utpote qui habet corporis vigorem, & siccitatẽ, & carnẽ densam, ac robustã, & ad ipsa ossa assidentem, cute circum ipsam circuntẽta. at senioribus vigor fortis nõ est, & carnes circũ ossa diffluunt, & cutis circum carnes, & caro ipsa rara est, ac debilis. In lib. autem 1. aph. 14. senibus parum calidi innati inest; itaque paucis egent fomitibus: quia à multis extinguuntur. hãc etiã ob causam febres senibus non similiter acutæ fiunt: frigidũ enim eorũ est corpus. cum itaq; paucus insit senibus calor innatus; humores gignunt frigidiores,

res, crudiores, crassioresq́; , quos non potest debi lis calor cõcoquere. Ex his si excitetur morbus; is longus existit: cuius causa cum à senili natura remoueri non possit; permanet ea, morbusq́; simul usq; ad mortem, quanquam aliquando circunstantiæ, ueluti tempus anni remittit.

APHOR. XL.

Raucedines, & grauedines in ualde senibus coctionem non admittunt.

Senex dicitur magis, minusq́;. & idcirco gradus habet senectus. hinc appellatur prima, secunda, ac tertia senectus, ætas, quæ homines senes, magis senes, ac ualde senes reddit. si igitur catarrhi eos apprehendant potissimum ualde senes; non concoquuntur: quoniam, ut antea diximus auctoritate Hippo. paucus inest ipsis calor innatus. cum autem pituita in his superet alios humores; oēs morbi, qui ualde senes capiunt, maxima ex parte fiūt a pituita, hinc senes enecent.

APHOR. XLI.

Qui frequēter ac sortiter absq; causa manifesta exoluuntur, derepente moriuntur.

Exolutio est quoddam deliquium. fit autē aut à causa manifesta, veluti hi, qui salubritatē corporis habent per medicamenta euacuati, cito exoluuntur. aut à causa occulta, nec conspicua, vt his euenit, quorum vires debiliores existunt. eadem quoque exolutio alia est fortis, alia debilis: alia frequens fit, alia rarò. si igitur exolutio inuadat frequens, fortis, & absque causa manifesta; derepente hominem iugulat: longiori autem

tempore, si frequens, ac fortis; tamen à causa nota fiat. eò longiori si nec frequēs, nec à nota causa existat, quanquā fortis. sed nec pernicioſa est, verūm curatu facilis, si debilis accedat, rarò, & à causa manifesta. Quòd verò is, qui fortiter, ac cito exoluitur, vires habeat debiles, asserit Hip. in lib. de Vete. med. vbi inquit. Tales naturas, quæ cito, & fortiter eiusmodi delictis offenduntur, imbecilliores alijs esse censeo. pròximus aurem est imbecillis languenti. verùm languens est imbecillior, & plus laborare contingit ipsum.

APHOR. XLII.

Soluere morbum quem apoplexiam vocant fortem, impossibile, debilem vero, non acile.

Duo hoc tempore respiciat apoplexia, propriā naturam, & hominem. natura, è qua ortum ducit, si vel multa sit, siue crassa, & viscida; plerunq; totum efficit hominē attonitum. si spirituosa existat, vt quæ fit ex vino, & ebrietatibus; quanquā vniuersum deprehendat corpus; potest tamen curari, quemadmodū Hip. placet in lib. 5. aph. 5. vbi legitur. Si ebrius quispiam obmutuerit; conuulsus moritur, nisi febris corripiat, aut ad eam perueniens horam, qua crapulæ soluuntur, vocem proferat. si verò materia calida sit, & acris inflammatione patiens in tota ea parte, per quam spiritus transire nequeant; apoplexiam fortem cōmittit. de hac legitur in lib. de Gland. & verba sunt. si cerebrum rodatur scilicet, ab acri fluxione; turbationem multam sustinet, & mens desipit, & cerebrum conuellit, ac distrahit totum hominem,

minem, qui in ſeipſo vocem non edit, ac ſuffocatur & hæc affectio ſyderatio, ac Græcè apoplexia vocatur. hæc Hip. quæ quoq; cõfirmat in lib. de Vict. ratio. in mor. acu, verſus finem, ſiue commen. 4. Si autem non propriæ naturæ, ſed hominis rationem habeat apoplexia; natura hominis primò conſideratur in virtute, temperatura, calore, ſpiritu, humoribus, partibus ſimilaribus, diſſimilaribuſq; : ſecundò in ſexu, ætate, cognatione, patria, victus ratione anteacta, ſtudijs, animiq; affectionibus. hæc omnia ſi robuſta ſint, vel plurima, apoplexiaq; incidat; non fortis erit: contrà ſi debilia omnia vel plurima, quemadmodum ſi virtus debilis, temperies frigida, calor paucus, ætas ſenilis; fit fortis. At verò fortiſſima exiſtit, ſi natura apoplexiæ, & natura hominis conueniant, veluti ſi humor pituitoſus ſit, & multus, vires debiles, ætas ſenilis, debilitas partium motui, ac ſenſui ſeruientium. Et, cum fortitudo dicatur maior, & minor; corripit fortiſſima apoplexia, ſi omnes cauſæ concurrant: minus, ſi altera potens ſit, altera debilis, ac minus etiam, ſi cauſæ imbecilliores exiſtant. notæ fortiſſimæ apoplexiæ eſt ſenſus, & motus amiſſio in toto corpore: mediæ, ſi non in toto corpore: debilis, ſi non abolitio vniuerſa contingat, ſed vtrum per neruos, an per alia inſtrumenta apoplexiam fieri ſentiat Hipp. in alijs locis explicabimus.

APHOR. XLIII.

Strangulati, ac diſſoluti nondum mortui, non referuntur, quibus ſpuma circa os fuerit.

Hip.in lib.de mor.fac.ſic ſcribit.Spuma in comitialibus ab ore prodit ex pulmone:cum enim ſpiritus non ingrediatur in ipſum , ſpumeſcit, & ebullit ueluti moriens. hæc ipſe quæ nos docent ſpiritum non ingredi in ſtrangulatis, ſed tantum egredi ſpumoſum ex pulmone:duplex enim ſpiritus differentia eſt ad uitæ cuſtodiam , altera ex ore trahitur ad pulmonem refrigerandum, altera calida expellitur inutilis.dum igitur altera harum quieuerit ; neceſſariò perit homo . Qui igitur ſunt ſtrangulati,ac diſſoluti,ſed nondũ mortui , ſi ſpuma circa os fuerit , ſignificat ſpiritum non ingredi:& idcirco hominem periturum.

APHOR. XLIIII.

Qui natura admodum craſsi ſunt citius intereunt:quàm qui graciles.

Cõſiſtit uita per calidum, & humidum , quæ inter ſe rationem ſiue proportionem habent, ut percipere poſſumus facilè ex Hippo.in lib.de carnibus . Si igitur humidum copioſius exiſtat, quàm calido competat ; id nõ poteſt regi iraque deſtituitur,& corrumpitur:& hinc mors. Et propterea qui admodum ſunt craſſi uel à natiuitate,uel poſtea; citius pereunt , quàm graciles.ſed & qui admodum ſunt graciles ;cito intereunt ob humidi defectum : uerùm, data proportione,citius qui ualde craſſi ſunt.

APHOR. XLV.

Quicunq; iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maximè ætatis,& temporũ, & locorum, & victuum quoq; liberantur .

De epilepſia quid ſit,quo pacto fiat , quam ob cauſam locus commodior nobis erit in lib.5. aph.7.

aph.7:in præsentia autem uidendum est, an omnes iuuenes epileptici si mutationē fecerint maximè ætatis, regionum , & uictuum,liberentur. deinde considerandum erit,an ætatis,regionis,& uictus mutatio perpetuò hanc curet ægritudinē. Quo ad iuuenes epilepticos primò sic distinguendum est.quidam ab ortu epilepsia laborant,quidam non . quare scribit Hipp.in lib.2.præd.Qui hos morbos congenitos habent , ij ægrè liberari possunt . Et in lib.de mor.sac.postquam uiginti anni præterierint;nō amplius hic morbus corripit præterquàm paucos , aut nullum, nisi ex puero connutritus fuerit : uenæ enim plenæ sunt,& cerebrum compactum est , & adstrictum . quare non defluit in uenas. si uerò defluxerit ,'scilicet pituita;non superat sanguinem,utpote qui multus est,& calidus. in quo autem à puero augmentum cepit,ac connutritus est,in eo per consuetudinem facit, vt in mutationibus uentorum patiatur,& ut morbo sacro plurimū corripiat, præsertim australi,ac humida aeris constitutione.Et liberatio difficulter contingit:cerebrum enim humidius , quàm ex natura sit,& præ pituita inundat, ut defluxiones quidem frequentiores fiant, non autem amplius possibile sit pituitam excerni,neq; cerebrum exiccari:sed perrigatur, & humidum existit.& subdit . cum ætatem uerò adeptus fuerit morbus ; non amplius curabilis est: cerebrū enim eroditur à pituita , & colliquatur. id uerò,quod colliquatur, aqua fit,& foris cerebrum ambit,& circunalluit.& propterea frequētius , ac facilius ab hoc morbo corripiuntur . & idcirco diuturnus est morbus ; quia id,quod influit in uenas, tenue est præ multitudine , & statim superatur à sanguine, ac calescit.Ex Hip.igi-

tur ſententia intelligimus eos iuuenes, qui epile pſiam à natiuitate, uel à puero contraxerunt, ægrè curari. ſed & alia addit ipſe in li. 2. prædict. incommoda, quæ hunc morbum difficulter curabilem præſtant. & uerba ſunt. Ex his, qui à morbo ſacro corripiuntur, difficillime quidem liberantur hi, quibus a puero contingit morbus, & ſimul ad uirilem ætatem peruenit: deinde hi, quibus corpore in vigore ætatis conſtituto factus eſt, & fuerint à uiginti quinque annis uſque ad annum quadrageſimum quintum. Poſt hos aũt, quibus factus fuerit morbus, nullam ſignificationem præbens ex qua corporis parte initium ſumat. At quibus ex capite initium capere uidetur, aut à latere, aut à manu, aut à pede, facilius curatur. verùm differunt etiam hæc morbi genera: nam qui à capite initiũ ſumunt, ex his grauiſſimi: deinde qui à latere. qui uerò à manibus, ac pedibus, maximè ſanari poſſunt. Cæterùm horũ curam aggredi oportet medicum, qui medendi modum nouit; ſi homines fuerint iuuenes, & laboris amantes, niſi mens mali quid habuerit, aut quis ſtupore attonito ſideratus fuerit: nam hæ atrabiliariæ mentis emotiones non ſunt conducibiles. alij uerò, qui ad infernas partes conuertuntur abſceſſus, boni ſunt. longè uerò optimi ex his ſunt, qui ſunt ſanguinolentiſſimi. Quicunq; autẽ ſenes apprehendi incipiunt, maximè moriuntur. &, ſi nõ pereant; ſtatim, celerrimèq; per ſe liberantur: à medicis autem nullam opem ferunt. At quibus pueris oculi repente diſtorti fuerunt, aut maius quoddam malũ perpeſſi ſunt, aut tubercula ſub ceruicem oborta ſunt, aut uocem graciliorem adepti ſunt, aut tuſſes ſiccæ adhærent, aut maioribus factis dolor procedit ad

uentrem,

uentrem,& non exturbatur, aut in lateribus di-
ſortiones habent, aut uenas craſſas circa uen-
trem uaricoſas, aut omentum deſcendit, aut te-
ſtis magnus factus eſt, aut manus tenuis, & im-
potens, aut pes, aut tibia tota clauda facta eſt
citra aliam cauſam; his omnibus morbum an-
tea factum fuiſſe ſcire oportet, præ his uniuer-
ſis. Et plurimi, qui pueros educunt, ſi interro-
gentur, confitebuntur. quoſdam uerò etiam res
latet, negantq; ſe ſcire quicquam tale factum
eſſe. In lib. autem de mor. lac. legitur. Quicunq;
pueri parui hoc morbo corripiuntur, ut plurimi
moriuntur; ſi multus fluxus, ſcilicet pituitæ con-
tingat, & humidus exiſtat: uenæ enim tenues
exiſtentes pituitam præ craſſitudine, ac multitu-
dine ſuſcipere non poſſunt, ſed perfrigerantur,
& congelatur ſanguis, & ſic moriuntur. ſi uerò
modica pituita exiſtens in utraſque uenas de-
fluxum fecerit, aut in alterius partis; ſuperui-
uunt, nota ex morbo impreſſa, relicta: aut enim
os conuellitur, aut oculus, aut ceruix, aut ma-
nus, ubicunque ſanè uena pituita repleta ſu-
perata fuerit, & gracilis reddita. hanc itaque
uenam neceſſe eſt debiliorem eſſe, & hanc
corporis partem læſam defectuoſiorem, uerùm
ad longius tempus plerunq; prodeſt: non enim
amplius morbo apprehenditur, ſi ſemel notam
impreſſam ſuſceperit. quapropter etiã neceſſariò
reliquæ uenæ affliguntur, ac partim ſimul gra-
cileſcunt; ut aerem quidem ſuſcipiant, pituitæ
autem defluxus non amplius ſimiliter illabatur,
debiliora tamen ſimiliter membra eſſe ueriſimi
le eſt, uenis afflictis. quibuſcũq; aũt imperfecti,
& ualde modica pituita defluxerit, & ea in dex-
tras partes, hi citra notæ impreſſionẽ ſuperuiuunt.

uerũm

uerùm periculum eſt,ne morbus cõnutriatur,ac ſimul augeſcat, ſi non his, quæ commoda ſunt, curentur. Seniores autem nõ occidit,neq; diſtor quet:nam uenæ ſunt cauæ,& ſanguine calido rẽ fertæ. unde pituita ſuperatur. At antiquiſſimos occidit,aut leuiter ſideratos facit; qa uenæ ſunt euacuatæ,& ſanguis modicus,ac tenuis,& aquoſus.Hæc Hip.de his, qui iuuenes epileptici liberari poſſint,& qui minimè. Vtrum uerò mutatio ætatis,loci,temporis, & uictus id cõmittere poſſit,ut qui curari poſſint,ab his liberentur, aſſerit Hipp.in hoc aph.& in lib.de ae.aq.& lo.ait,medicum ſingula inueſtigare oportere.Sed,quemadmodum,ſi epilepſia ꝓndum hominem apprehẽderit, attamen prõmptitudo adſit;uictus,uel anni tempus,uel locus,& ætas mutata ad hũc morbum excitandum eſt parata,atq; eò magis ſi mutatio ſit magna; ſic contrà ſiquis iam epilepſia laboret,aptus tamen ad ſalutem recuperandam, & uictum, qui morbum conſeruabat, mutet, aut locum,aut ætas, & anni tempus permutent; curabitur, niſi maxima ſit mutatio, de qua in aph.51.huiùs libri copioſè agemus. Ariſt.autem inquirit in lib.1.prob.3.cur temporum,ſtatuũq; mutationes morbos intendant, tollantue,iudicent, uel committant,& ait,ꝙ aut frigidæ,aut calidæ, aut humidæ, aut ſiccæ ſunt, & huiuſmodi qualitatum exceſſus morbos cõmittit: ſecunda enim ualetũdo mediocritas quædam eſt.ꝙ ſi per humidam, uel frigidam materiam morbus conſtiterit;tempus contrarium accedens illum tollere poterit. ſed,ſi minus cõtrarium ſubſecutum ſit;temporis ſtatus,qui ſimilis ſuperuenerit, intẽdet ſanè,& interimet. quo etiam fit,ut qui bene ualent,ægrotare incipiant,tempore mutato:cor-

poris

poris enim temperamentū proinde ſoluatur eſt neceſſe: quippe quod non niſi temporum, ætatū, locorumq; ſtatu idoneo aptum ſit augeri, atque ſeruari. quamobrem, cum tempora euariāt; ratio tunc ualetudinis habenda eſt. ſic Ariſt. Quòd autem ætatis mutatio curet, confirmat Hip. in li. 6. de mor. pop. ſect. 3. par. 4. & ait. Epilepſiæ infantium unà cum pubertate quandoq; mutationes habent. Et in lib. 5. aph. 7. quibus morbi comitiales fiunt ante pubertatem, mutationē accipiunt: quibus uigeſimo quinto anno, cōmoriunt. Quòd temporis mutatio liberet; recitat in lib. de flat. & ait. liberantur aliquādo huic morbo obnoxij, maximè accedente hyeme. De locis legatur lib. de ae. aq. & loc. de uictu autē libri de diæta, omnes. Dicamus igitur, ꝙ quicunque iuuenes uigeſimum quintum annum nondum agentes morbo comitiali non à natiuitate contracto, nec longo temporis tractu membris corroborato, laborant, congrua mutatione ætatis, temporum, locorum, & uictus quoq;, liberantur.

APHOR. XLVI.

Duobus doloribus ſimul eundem locū infeſtantibus, uehementior alterum obſcurat.

Doloris eſſentiam inſpiciamus, & locum læſum, ac dolentē. ſi doloris unius materia ſit acuta, alterius uerò torpida: aut hæc ſit pungens, illa autem grauans, aut hæc omnia ſimul coniungantur; non ratione loci, ſed eſſentiæ doloris; uehementior debiliorem obſcurabit. ſi autem idē numero locus, ſiue pars quædam noſtri corporis ſit læſa, ac dolens, doloris verò materia alia ſit pungens, alia grauans; horum uehementior alterum obfuſcabit. uerùm, ſi idem ſit dolens locus non

numero,

numero, sed specie, uel genere, uel analogia, ac præterea alter sit pungens, alter grauans; unus alium obscurabit multò magis. quare Hip. in li. de humo. cui intestinũ in dextra parte dolebat, & articulari morbo correptus est;; quietior erat., postquam autẽ hic curatus fuit, magis dolebat.

APHOR. XLVII.

Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quàm iam confecto.

Quo pacto, dum pus fiat, dolor, & febris accedat, explicat Hip. in lib. 1. de mor. ubi hæc legun tur. Cum caro afflicta fuerit, aut conuulsa, aut percussa, aut aliud quid perpessa; liuida fit non sincero sanguine, sed tenui, & aquoso, eoq; modico. si sauciata sit; reficcatur, reficcata percalescit, & humiditatem in se ipsam à uicinis uenis, & carnibus trahit. ubi autem attraxerit; intumescit, & inflammatur, & dolorem exhibet: dolor enim fit, ut ipse asserit in lib. de lo. in ho. & propter caliditatem, & propter frigiditatem, & propter ualde exuperans, & propter imminutũ, hoc est, propter excessum, & defectum tangibilium ad tactus sensum: propterea qđ, cũ tactus instrumentum, quod carnem neruosam esse existimãt nonnulli, sit in omnibus qualitatibus primis, secundis, & alijs temperatiũ; si ab excessu caloris, uel frigoris, uel asperitatis, uel alterius qualitatis corripiatur; uel contrà a defectu; natura permutatur, & corrumpitur: & hinc fit dolor. sic explicat Hipp. Febris præterea producitur hoc modo: inquit enim in loco dicto de mor. ubi caro plus solito fuerit reficcata; percalescit: (reficca-

tur

tur enim ut diximus, à percussione, casu, sanguinis euacuatione per uulnus illarum, & alias affectiones huiusmodi. & magis quã antea calescit: qm̃ siccitas inducta est calorem acuens) calfacta humiditatẽ trahit à uenis, & carnibus uicinis. & ubi nimium fuerit humectata, arq; ea humiditas à carne supercalefacta; per totum corpus dispergitur, qualis est attracta. magis tamen in uenas dispergitur, quàm in carnes: uenæ enim magis trahunt: tũc alteratur, ut affirmat in lib. de Vlce. sanguis; & calescit, scilicet ab aliena caliditate, & humiditate, & ulcera inflammantur, uel nota sint, uel obscura. & idcirco fit febris, & pus: fit enim pus ex humiditate carnis, & ichorum, & sanguinis, præter naturã calefacta: nam inquit in lib. de cap. uul. necesse est carnes contusas, ac concisas pus fieri, & consumi. & in lib de ulce. necesse est carnes contusas, ac dissectas putrescere, ac pus fieri, & eliquari, & consumi, ac postea nouas carnes nasci.

APHOR. XLVIII.

In omni corporis motu ubi laborare cœperit, quies statim lassitudinem aufert.

Motus corporis præcedit laborem, siue fatigationem, quæ prouenire solet ex eo consueto, uel insolito, uel uiolento. labor autẽ antecedit lassitudinem. Motus, qui nullã adfert fatigationem, siue laborem; nec ullam producit lassitudinem. Qui uerò uim quandam, ac laborem inducit; lassitudinem infert. sed, dum corpus mouetur; homo uel laborare incipit, uel labor iam; & fatigatio introducta est: si laborare incipiat, cum nondum ulla uiolentia corpus detineat; mo-

tus dimissio statim defatigationem aufert.si uerò iam laborauerit, & defatigatus fuerit; uiolentia permanet in corpore, & quæ corporis pars uim susceperit; naturam acquirit aduentitiam, ex qua lassitudo oritur, & propriam amittit. quare quicquid aduentitij adepta est, pars illa; expellendū est uel à uirtute corpus gubernante, uel ob arte, si opus fuerit. nec tunc quies sufficit parto iam labori, & parti concussæ, & affectæ: nā qui vitam degunt ociosam, nec exercitantur, humidam carnem habent. cū laborauerint; corpus calescit, & multam remittit culliquationē: quæ si intus remāserit; laborem adfert parti, quæ colliquatam humiditatem susceperit, & ei, quæ dedit. ubi permanet, ibi quiescit, deinde calfit à parte corporis, quæ eam recepit. & cum in propria non sit sede, impropriam suscipit caliditatem, eaq; sanguini impetitur, atq; hinc febris. sic pars, quæ humiditatem dimisit, exiccatur, deinde calefit, trahitq; humiditatē à uicinis partibus: quæ ambæ non propriæ, sed aduentitiæ infestant, ac molestant, & calefaciunt corpus. huiusmodi colliquatio nisi per sudorem expellatur; non quiete curari potest, sed fomentis, balneis calidis, deambulationibus, frictionibusq;, ac modico cibo: ut id, quod cōpactū est, dissoluamus: unguentis etiā tum exudatoriis, tum mollientibus augere, ac mollire conducit. Qui autem ex motu insolito laborarunt, ac lassati fuerunt; necesse est carnem humidam esse ad eum locum, ad quem non est adsuetus se laboribus exercere. colliquatur igitur caro, excernitur, & contrahitur, ueluti prior. confert autē hoc modo curari. utatur homo consuetis exercitationibus: quò id, quod compactū est, calescens extenuetur, ut depurgetur, & reli-

quum

quum corpus nō humectetur, neq; inexercitatū maneat. utile est hunc balneis calidis uti; itemq; frictione, non fomentis: labores enim calefacientes sufficientes sunt attenuare, depurgareq; id, quòd compactū est. Qui uerò homines ex motu consueto laborarunt, sed non moderato: moderato. n. motu lassitudo his non datur: sed, cum maior, quàm oportet, fuerit: carnē enim superexiccat. euacuato humore caro calefit, dolet, & horret, & ad febrem perducitur longiorem, si non quis rectè curet. oportet autem primum balneo non ualde calido, neque multo ipsum lauari: deinde exhibito a balneo molli uino in cœna offerre plurima, & omnigena edulia, & potu aquoso, uino autem molli, ac multo uti. postea longo tēpore his immoretur, donec uenæ repletæ attollantur. deinde uomat, & post modicā stationē molliter dormiat. postea per dies sex sensim ad cibos, & labores consuetos adhibeatur. Vim autem habet hæc curatio talem. Resiccatū excellenter corpus humectare potest citra excessum. siquidem igitur possibile esset laboris excessum nosse, qāntus is esset; commodum foret ipsi per moderatum cibum mederi. sed illud impossibile est, hoc uerò facile: corpus enim resiccatum ab ingestis omnigenis eduliis id, quod conducibile sibi ipsi est, sumit, unaquaq; pars de singulis cibis. repletum autē, & humectatū, aluo per uomitum euacuata, rursus excessum remittit aluus autem uacua existens reuellit. Excedentem itaq; humiditatem caro eructat, moderatam uerò nō remittit nisi per uim, aut labores, aut medicamenta, aut aliam quandam reuulsionem. Qui autem additione cibi sensim crescente utitur, is corpori dixtam placidè constituit. Hæc sunt om-

nia Hip. verba ex lib. 2. de diæta in fine. Dicendũ itaq; est in omni corporis motu vbi laborare cæperit corpus; quies statim lassitudinem aufert, & curat. sed, vbi iam laborarit, & laborem concepe rit, atque detinuerit ; non quies curat , sed alijs opus est remedijs.

APHOR. XLIX.

Qui consueti solitos labores ferre, & si fuerint imbecilles vel senes non consuetis fortibus atque iuuenibus , facilius ferunt.

Consuetudo nihil aliud est nisi sæpe, & crebro quicquà facere. vnde consuetudo habitum rei cuiuspiam capientem in nobis efficit , non satietatem. & quantò plus aliquid fit, tantò habitus augetur. habitus autem difficulter remouetur; cum per longum tempus sit retentus. quare qui homines sunt consueti ferre labores solitos, quanquã imbecilles, aut senes sunt ; tamen facilius ferũt, quàm fortes, aut iuuenes non assueti ferre: nam illi habitum detinent, qui est quædam ferè natura: qui quò magis exercetur , cò magis augetur, & perficit . Si verò nullum possideat habitum, sed dispositionem quandam , & aptitudinem ad illum assequendum ; ægrius ferunt.

APHOR. L.

Quæ ex longo tempore consueta sunt & si deteriora sunt , insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad insueta permutari.

Potest coniungi hic aph. cũ superiore, & componi ratiocinatio quædã talis. labores soliti, cibi & potus, somnus, & vigiliæ, inanitio & repletio, & aliæ, quæ res nõ naturales appellant, quanquã dete-

deteriores ſunt, facilius feruntur, ac minus molestãr, quàm inſuetæ. qua de re quæ iam diu ſunt conſueta, quãuis grauiora minus affligunt, quàm inconſueta. Quòd verò de his, quæ res non naturales dicuntur, ſentiat Hip. palam fit in lib. 6. de mor. pop. ſect. 8. his verbis. Conſuetudo, dum ſani ſuimus, attendenda, qualis in victu, veſtitu, laboribus, ſomno, rebus venereis, & mente fuerit. Quòd autem deteriora aſſueta minus moleſtent, quàm inſueta, explicat etiã in lib de Victus rat. in morb. acu. dum quæ victus ratio ſit ægris inſtituenda, demonſtrat. & inquit, quòd ſimplex victus cibi, & potus ipſe ſibi ipſi ſemper ſimilis ſecurior omnino eſt ad ſanitatem, quàm ſiquis ad alium meliorẽ derepente ſe cõferat. Concluſionem poſtea infert Hipp. hanc. Oportet igitur ad inſueta permutari: nam, cum habitus, vt ipſe docet in lib. 1. aph. 3. ad ſummũ bonitatis attingunt, periculoſi, ſi in extremo conſtiterint: non enim poſſunt in eodẽ permanere, neq; quieſcere. & cum non quieſcant; non poſſunt proficere in melius. quare decidãt in deterius eſt neceſſe. his de cauſis bonum habitum ſtatim ſoluere expedit. Sed conſuetudo eſt habitus quidam, vt in ſuperiori aphoriſ. declarauimus de Ariſt. ſententia in pluribus locis, tum maximè in par. 21. prob. 13. idcirco oportet ad inſueta permutari, ſiue cauſa ſit, ſiue effectus. ſed talis mutatio non fiat repentina, nec ſumma, quemadmodum docet Hip. in ſequenti aphor.

APHOR. LI.

Plurimum, atq; repente euacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, ſiue

quouis alio modo corpus mouere, periculosum. Quoniã omne nimis naturæ inimicũ: sed quod paulatim fit, tutum est, tum alias, tum quùm ab altero ad alterum fit transitus.

Omnis summa mutatio est periculosa: quoniã omne nimium naturæ inimicum est. sed duplex dicitur in rebus nimium; secundum substantiã, scilicet & secundum aliud. secundum substantiã, cuiq; periculosum est ex.g. edulium grauissimũ, qui prius leuissimo utebatur. secundũ aliud autẽ periculosum est, si quis antea assuetus erat, bis in die comedere, & semel edat, aut contrà. hæc affirmat Hip. in li. de Vere. med. & in lib. de Vict. rat. in mor. acu. Deinde si, cũ parum edere consueuerit; plurimum edat, & contrà. tertiò, si consuetudo, vel natura eius edulia requirat uel calida, vel frigida: uel sicca, uel humida, uel dura, uel mollia, & id generis: & ad opposita se conferat. quartò si aperientibus utatur omnibus, uel obstruentibus, uel quæ sint alicuius facultatis actiuæ, uel passiuæ, quæ consuetudini, siue naturæ noxia sint. Quintò, si statim aliqua harum fiat permutatio, uel omnes eodem tempore. Sextò, si tempus anni, aut præsens constitutio eam non opter mutationẽ. Septimò, si locus, & situs rei sese obiiciãt. hæ omnes, uel quædam si fiant permutationes, periculosæ existunt. idem est dicendum de aliis rebus non naturalibus, sicut de aere, motu, quiete, potu, somno, vigilia, inanitione, repletione, & animi affectibus. Etenim inquit Hip. in principio huius lib. 2. aph. 3. somnus, & vigilia si modũ excesserint, malũ. & in lib. 6. de mor. pop. sect. 6. labores, cibi, potus, somnus, res venereæ omnia mediocria. Et in lib. de Optime. partu. viris transmutationes

mutationes locorum, ac victus morbos faciunt. eadem ratio est & de vestibus. Et in lib. de Nat. hu. siquis citò diætam permutet; periculum est à permutatione aliquid in corpore nouatum iri. Et in lib. 3. aph. 1. mutationes temporum potissimum pariunt morbos, & in temporibus magnæ mutationes frigoris, aut caloris, & alia pro ratione eodem modo. Et in lib. de præcep. acris repentina turbatio vitanda est. Et in lib. 2. aph. 45. mutationes maximè ætatis, & regionū, & victuū iuuenibus comitialibus liberationem faciunt. Mutationes igitur oēs magnæ secundū substantiam, vel accidens, & repentinæ, periculosæ sunt. atq; hæ tum in rebus non naturalibus, tum in circunstantibus, ac præternaturalibus remouendis: nam de præternaturalibus legitur in lib. de Nat. hu. Enitendū est, vt sectiones quàm longissimè à locis faciamus, vbi dolores fieri, & sanguis colligi solet: sic enim mutatio minime magna derepente fiet, & cōsuetudinē remouebit; ne amplius in eundem locum colligatur. Vnde aduertendum est aliam mutationē magnam fieri non derepente, aliam nō magnā fieri derepente, aliā non magnam, nec derepente fieri: atq; hanc omnium esse cōmodam. itaq; inquit Hip. omne nimium naturæ esse inimicū. sed quod paulatim fit, tutum est tum aliàs, tum cum ab altero ad alterum fit transitus: proditum est enim in li. 2. de diæta in fine. Qui additione cibi sensim crescente vtitur, is corpori diætam placidè constituit. Et in lib. de Sal. diæ. Vere donec ad æstatē perueniat, cibis mollioribus vtatur, & potibus quàm dilutissimis, & plurimis ita, vt paulatim, non derepente his vtatur: ne videlicet magna mutatio fiat. tamen, si facienda sit magna, fiat potius ad

bonum, quàm ad malum. & idcirco ſcribit Hip. in lib. de Vict. rat. in mor. acu. Mutationes repentinæ ex multa quiete ad ampliorē laborem magis lædunt, quàm ex multo labore ad ocium.

APHOR. LII.

Omnia ſecundum rationem facienti, ſi non ſuccedant ſecundum rationem, non eſt tranſeundum ad aliud, ſtante eo, quod à principio viſum eſt.

Rectè, ac ſecundum rationem à medico fiunt, Morbos cognoſcere qui ſint, & à quibus: & qui ipſorum longi, & breues: lethales, non lethales, & qui tranſmutantur: & qui augeſcunt, & qui minuuntur: & qui magni, & qui parui: & dum tu curas; poſſibiles quidem curare, impoſſibiles verò ſcire, cur curatu ſint impoſſibiles: & dum curas eos, qui tales habent; per curationem quantum poſſibile eſt opitulari. Quæ verò offeruntur ægrotis, ea ſic obſeruare oportet, rectè ne, an ſecus fiant: veluti ſiquis quæ ſiccare oportet; humectet: aut craſſefacere; attenuet: aut quæ attenuare; non attenuet: quæ frigefacere; non frigefaciat, & reliqua iuxta eandem rationem. Hæc dicit Hip. in lib. 1. de mor. Medicum igitur, qui rectè, ac ſecundum rationē mederi cupit, primum cognoſcat oportet ea, quæ expoſita ſunt. deinde agat. Et, ſi eius voti compos non ſit; non propterea noua tentanda ſunt, niſi morbus immutetur. ſed in ſententia permaneat: nam impedimento eſt vel corpus ægrotans, vel morbus, eiuſq; cauſa, vel medicamenta, vel res circumſtantes.

APHOR.

APHOR. LIII.

Quicunq; aluos humidas habent, siquidem iuuenes fuerint, melius euadunt his, qui siccas habent. Ad senectam vero deterius commutantur, nam senescentibus magna ex parte exsiccantur.

In lib. de Denti. legitur. Pueri sugentes si multum mingant; minimè aniculi fiunt. Quibus aluus multum profluit, & bene concoquunt, hi saniores sunt. Quibus modicè profluit, & voraces sunt, & non pro ratione similiter nutriuntur, morbosi. Duo itaq; sunt necessaria ad tuendam iuuenum sanitatem: vt scilicet aluus humecta sit, & concoquant: nam quibus iuuenibus alui sunt duræ, ij facilè in morbos incidunt acutos, vt in lib. de ae. aq. & lo. affirmat Hip. & morbi acuti sunt iuuenibus proprij. quemadmodum idem in lib. 3. aph. 30. asserit. quapropter melius iuuenes se habēt aluos humidas habēres, quàm siccas. adde, quòd si siccæ sint iuuenilì ætati; multò magis senili accedenti: propria enim est senum arefactio; quāquā ipse scripserat in aph. 20. quibus iuuenibus adhuc aluus sicca est, his senescentibus humectatur.

APHOR. LIIII.

Magnitudo corporis iuuentæ quidem neq; indecens, neque illiberalis: Senectæ vero inutilis, & deterior paruitate.

Et hic aphor. plurimum confert ad rem medicam. ex quo accipimus omnem excessum naturæ infestū esse, & de se duplicē præbere significationem:

cationem: etenim duplex est excessus: alter absolutus, alter comparatus. absolutus est, si videlicet magnitudo corporis humani superet humanæ speciei mensuram: comparatus autem, si non propriam exuperet speciem, sed alienam, aut indiuiduum propriæ speciei, aut modos, aut tandem accidentia quæuis. Magnitudo igitur corporis humani inutilis est absolutè, ac indecens, si corporis humani speciem excedat: per comparationem verò, si hominis magnitudinem cum Elephante, aut Cane conferas, aut huius cum illo homine, aut huius cum illa ætate, sexus cum sexu, temporis cum tempore, regionis cum regione, & id generis. quem modum descripsisse Hipp. cognoscimus: comparat enim magnitudinem corporis iuuentæ cum eadem in senili ætate, & inquit corporis magnitudinem vt in iuuentute speciosam, ita senectuti grauem, & molestam esse.

IOANNIS

IOANNIS MARINELLI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS. III.

APHOR. I.

Mutationes temporum potissimum pariunt morbos, & in temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia proratione eodem modo.

MVtatio triplicem obtinet gradum: est enim mutatio simplex, siue positiua, est & magna, & maxima. scribit aũt de his Hip. in lib. de humo. Tempora sunt securissima, ueluti etiã diætæ, & frigus, & calor maximè sensim facto progressu & ætates sic transmutantur. sed si non sensim dixit prius. Mutationes, maximè pariunt morbos, & præsertim maximæ, & in temporibus magnæ mutationes, & in alijs. In lib. autem de Vict. rat. in mor. acu. maximæ mutationes corũ, quæ circa naturas nostras, ac habitus contingunt maximè morbos faciunt, atq; hac de causa ut as-

ſerit in lib. de ae. & lo. temporum mutationes morboſæ ſunt, quòd unà cum temporibus uentriculi in hominibus murentur. quare non minimam partem, ſed omnino plurimam confert Aſtronomia ad rem medicam. cum igitur in hominibus uentriculi murentur unà cum temporibus; fit, ut ſentiat Hipp. temporum mutationes potiſsimũ morbos producere. atq; hæ temporũ mutationes, hoc eſt, ortus, & occaſus ſyderum, hyemis in ner, ueris in æſtatem, æſtatis in autumnum, ac tandem huius in hyemem morbos excitant: ac præterea magis, ſi in quouis horum ſumma fiat mutatio caloris in frigus, uel frigoris in calorem, ſiccitatis in humiditatem, & contrà, aeris ſereni, & quietioris in nebuloſum, tempeſtuoſum flatuoſumque. Nec ſolùm anni tempora morbos pariunt, ſed & curant, ut ipſe ſcribit in lib. 2. apho. 45. alijsque in locis. Et propterea Ariſt. in par. 1. prob. 3. inueſtigat, explanando hunc apho. cur temporum, flatuumq; mutationes morbos intendant, dirimantue, iudicent, uel committant, & inquit. An quòd aut frigidæ, aut calidæ, aut humidæ, aut ſiccæ ſunt, morboſq; qualitatum huiuſmodi exceſſus committit? ſecunda enim ualetudo mediocritas quædam eſt. Quòd ſi per humidam, uel frigidam naturam morbus conſtiterit; tempus accedens contrarium tollere illum poterit. ſed, ſi minus contrarium ſubſecutum ſit; qui ſimilis ſtatus temporis ſuperuenerit, intendet ſanè, atq; perimet. quo etiam fit, ut qui bene ualent, ægrotare tempore mutato incipiant: corporis enim temperamentum ſoluatur, neceſſe eſt: quippe quod non niſi temporum, ætatum, locorumq; ſtatu idoneo aptum ſit augeri, ſeruariq; quamobrẽ, cum tem-

pora

pora euariant; ratio tunc valetudinis habēda diligentius est. Idem aūt illud pro causa particulari etiam adest, ψ in uniuersum proposui de temporibus: mutationes enim flatuum, ætatū, atq; locorum pro temporis cuiusdam mutatione accipi debent. quapropter hæc etiã intendendi, uel tollēdi, vel iudicandi, vel cōtrahendi morbū, vim habēt, sicut tēpora: & syderū ortus, orionis, Arcturi, Vergiliarū, caniculæ, qui flatus, imbresq; excitant: qui serenitates, frigora, teporesue solēt adferre. Hæc Arist. cur anni tempora cōmutata, & temporū partes morbos gignant, dissipent, augeant, & minuant. Hip. autem in lib. de Nat. hu. modos addit, & inquit. Corpus humanum omnes scilicet humores semper habet: uerùm pro temporis circunstantia aliquando plures se ipsis fiunt, aliquando pauciores, singuli tum iuxta partem, ac copiam, tum iuxta naturam: quemadmodum enim annus omnis omnium particeps est, & caliditatum, & frigiditatum, & siccitatum, ac humiditatum (neq; enim quicquam horum ne minimo quidem tempore consisteret, ac duraret citra omnia ea, quæ in hoc mundo insunt, uerùm si unū aliquod deficeret; omnia sanè alterentur: ex eadem enim necessitate omnia consistunt, & mutuo aluntur) sic etiam siquid ex homine deficeret ex his, quæ ipsi congenita sunt; non sanè uiuere posset homo. In anno autem aliquãdo quidem hyems maximè uiget, aliquando uer, modò æstas, modò autumnus: sic ēt in homine aliquando pituita prætualet, aliquãdo sanguis, uel bilis primùm quidem flaua, deinde etiam nigra appellata. quorū omnium euidentissimum testimonium hinc habes. si enim eidē homini idem pharmacum quater in anno dare

uelis;

velis; mouet tibi hyeme quidē pituitosissima, uere autem humidissima, æstate biliosissima, autumno nigerrima. Itaque, cum hæc sic se habeant, quicunque morbi hyeme augescunt, æstate desinere solent: quicunque æstate augescunt, hyeme finire consueuerunt, nisi certo dierum circuitu discedant. quicunque uere fiunt ad autumnum eorum discessum fortè expectare oportet. quicunque uerò morbus hæc tempora transgressus fuerit, eum annuum fore scire oportet. porrò medicum sic aduersus morbos instare oportet utut unumquodque horum in corpore prævalet iuxta tempus, quod sibi ipsi maximè natura conueniens existit. Hæc Hippo. Tempora igitur anni ad salutem tuendam obseruare oportet, & quotidiana, constitutiones animaduertere, & mutationes potissimum maximas inspicere est necesse ad ægrorum curationem. confirmat autem hæc, & apho. & ea, quæ diximus lib. de ae. aq. & lo. Maximè, inquit, obseruare oportet magnas temporum mutationes, ut neq; medicinas in illis libentes exhibeamus, neque uramus quæ circa uentrem, neq; secemus priusquā prætereant dies decem, ac plures, & non pauciores. periculosissima sunt etiam ambo solstitia, maximè uerò æstiuum. periculosum etiam æquinoctium utrunque, magis uerò autumnale. oportet autem & astrorum exortus considerare præcipuè canis, deinde Arcturi, & Pleiadum occasum: morbi enim in his maximè diebus iudicantur, alijq; perimunt, alij uerò desinunt, aut in aliam speciem, aliumq; statum transmutantur.

APHOR.

APHOR. II.

Naturarum hæ quidem ad æstatem, hæ vero ad hyemem bene male ve se habent.

In lib de Humoribus scribit Hippo. Naturæ quantum ad tempora attinet, aliæ ad æstatem, aliæ ad hyemem bene, aut malè dispositæ sunt: quantum uerò ad regiones, ætates, & uictus rationem, & alias morborum constitutiones, aliæ ad alias bene, aut malè se habent. & ætates ad tempora, & regiones, & uictus rationem, & morborum constitutiones. Et in temporibus uictus, & cibi, & potus qualitatem suam requirunt: nã hyems ab operibus ocium habet, & quæ in corpore ingeruntur, maturá, ac simplicia postulat: magnum enim & hoc est. autumnus autẽ laboribus deditus. sub insolationibus pòtus frequẽtes sunt, cibi inconstantes, uina, arborum fructus. Ex his Hip. uerbis duo nobis sunt accipiẽda, naturam scilicet primum non intelligi oportere solum temperaturam hominis simplicem, uel cõpositam, uerùm & humores, & partes, & habitus corporis, & alia, quæ aut sunt partes naturales, aut earum naturam comitantur, quemadmodum robur, ætas, sexus, actiones, animi affectus, & id generis. Deinde uidendum est, quæ inter se agant, patianturue ob naturalem proportionem qua inter se respondeant: proportione enim inter se respondent res, siue partes corporis naturales, ueluti actiones ad facultates, facultates ad temperaturas, hæ ad spiritus, hi ad humores, qui ad partes uel similares, uel compositas referuntur, hæ ad habitum totius corporis: & hoc pacto harum singulæ singulas respiciunt. Præterea tionem habent res, siue partes naturales res

non naturales, ad præternaturales, & ad circunſtantes: atq; res non naturales ad narurales, ad præternaturales, & circunſtantes proportione respondent: & præternaturales ad ſe ipſas, & ad naturales, & ad nō naturales, & circunſtātes: ac tandem circunſtantes ad ſe ipſas, & ad naturales, nō naturales, & præternaturales rationem habent. In hoc igitur apho. applicat Hipp. partes corporis noſtri naturales ad circunſtantes, & inquit: alias ſe habere bene æſtate, alias malè: alias bene hyeme, alias malè: alias uere, alias autumno: nā quæ corpora plurima abundant flaua bile, æſtatem ægrè agunt: id enim tempus anni bilem flauā auget, qua aucta fit exceſſus: hinc cauſa morborum, morbi à bile, & ſymptomata. quibus de rebus tales naturæ malè ſe habent æſtate. contrà uerò habitus, tēperaturas, & humores pituitoſos ſeneq; utēq; poſſidentes melius æſtate degunt: ſiquidem ea humores uiſcidos, & craſſos, & temperies frigidas & humidas ad mediocritatem deducit, & in mediocritate ſanitas conſiſtit.

APHOR. III.

Morbi quoque alii ad alia bene, vel male ſe habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & victus genera.

Quam rationem habeant res præternaturales ad circunſtātes in hoc aph. explicat, morbi nempe ad anni tēpora: & res naturales, ſiue naturam inſequentes ad res circunſtantes, & ad res nō naturales; ueluti ætas, quæ naturam animantis comitatur, ad tempora, & loca, quæ à medicis appellantur circunſtantiæ, & ad uictus genera, quæ ad non naturales pertinent. Itaq; ait bene, malè ue,

leve se habere alios morbos ad alia tempora: nã
tempore hyemali propria ratione morbi pitui-
tosi fiunt,& augentur, æstate febres ardentes,ter
tianæ,autumno morbi splenici, quartanæ, uere
sanguinis fluores, & quas ægritudines in sequen
tibus aph.& in lib.de Nat.hu.describit:ubi iub-
dit. Quicunq; morbi hyeme augescunt, æstate
desinere solent: qui æstate, hyeme finire con-
sueuerunt; nisi certo dierum circuitu discedant.
Qui uere fiunt, ad autumnum eorum discessum
fortè expectare oportet. qui postremũ autum-
nales morbi sunt,eorum discessum necesse est ve
re fieri. quicunq; uerò morbus hæc tẽpora trans-
gressus fuerit, eum annuum fore scire oportet.
Porrò medicũ sic aduersus morbos instare opor-
tet, prout unumquodq; horum in corpore præ-
ualet iuxta tempus,quod sibi ipsi maximè natu-
ra cõueniens existit.Hæc Hip.in lib.de Nat.hu.

APHOR. IIII.

In temporibus quando eadem die modò calor,modò frigus fit,autumnales morbos ex pectare oportet.

Comparat res circunstantes inter se, ut tem-
pus, & inquit. Quando in aliquo anni tempo-
re nigeat natura non illius temporis propria,
sed alieni; quæ erit natura aduentitia, hi subse-
qui morbi solent:quemadmodũ, cũ æstas sit na-
tura calida,& sicca,si calida,& humida,quale est
uer,fiat; morbos uernales expectare oportet.sic,
cum tempore autumnali modò calor, modò
frigus eodem sit die; si ad alia anni tempora

uel

vel ad hyemem transferatur huiusmodi natura: vt scilicet modò calor, modò frigus eadem die aerem detineat; morbi autumnales sunt expectandi in vltima temporis illius parte, vel in sequenti anni tempore. Quare scribit Hip. in lib. de Humo. Regiones ad tempora malè dispositæ tales morbos pariunt, quali tempori similes fuerint. Ver. gra. inæqualis calor, aut frigus eadem die, cum talia fuerint; morbos autumnales faciunt. & in alijs temporibus secundũ rationem, alij ab odoribus cœnosis, aut paluſtribus: alij ab aquis calculosi, splenici: alij à ventis bonis, & malis incipiunt. sed qualia sunt tempora, tales erũt etiam morbi, & constitutiones ex ipsis. sic Hip.

APHOR. V.

Haustri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes. Quanto huiuscemodi tempestas prævaluerit, talia in morbis patiuntur. At si Aquilonia fuerit, tusses, fauces, alui duræ, difficultates vrinæ, horrores, costarum dolores, & pectoris. Quando hæc tempestas prævaluerit, talia in morbis expectare oportet.

Si in anni iemporibus non modò vno die, sed per plures aer immutetur, vt fit potissimum per ventos; corpora quoq; nostra mutationem suscipiunt, præsertim autem si auster, aut boreas fleti: hi etenim venti fortissimi existunt, & inter se tum statione, tum viribus sunt contrariissimi: nam boreas compingit aerem, & turbatũ, ac nubilosum excernit, & illustriorem, ac pellucidum facit. eodẽ modo etiam ali, omnes venti ex maxi; ac alijs aquis proficiscẽtes: ex omnibus enim

rebus,

rebus, atq; adeo ex ipsis hominibus humiditatem,& tenebrositatē excernunt.quapropter saluberrimus omnium uentorum aquilo existit.Auster autē contraria huic operatur:primum enim incipit aerem compactum liquare,ac diffundere. quapropter etiam non statim magnus spirat.sed primùm lentus,ac leuis est:quoniam aerem statim superare non potest : qui prius densus est,& compactus:sed temporis progressu ipsum dissolnit.idem præterea in terram agit, & in mare, fluuiosq;,ac fontes,& puteos,& quæ ex terra nascuntur, & in quibus humor inest. est autem in omni,in alio plus, in alio minus. omnia autem hæc uentum hunc sentiūt,ex splendidis tenebrosa fiunt,ex frigidis calida ,& ex siccis humida,& quæcunque in domibus vasa iuxta terram sunt cum vino, aut alio liquore,ea omnia austrū sentiunt,& formam in aliam speciem transmutant. solem uerò,ac lunam, ac sydera multò haberiora,quàm natura sunt,oculis apparent.quare necesse est ab austris quidem etiam solui, ac humectari cerebrum,& uenas laxiores reddi.ab aquilonis uerò flatibus quod sanissimum est in cerebro compingi :quod uerò morbosissimum,ac humidissimū est,excerni,& fornisecus uidet circumalluere :atq; sic defluxus in horum uentorū mutationibus succedere.hæc omnia recitat Hip. de Austri, & Boreæ uiribus in lib.de mor.sac.fit igitur ex his, ut ipse docet in hoc lib.3.apho.17. ut Aquiloniæ cōstitutiones corpora densent, intendant,& bene mobilia, coloratiora,& melius audientia faciāt,aluos exiccent,oculos mordeāt &,si pectus dolor aliquis detinuerit,dolorem augeant: Austrinæ autem dissoluant corpora,humectent,auditum obtundant,capita grauent, uertigines

gines faciant, oculis, ac corporibus difficilẽ motum præstent, & aluos humectent. In libro autẽ de Humo. eadem confirmat, & scribit. Austri auditum grauant, caliginẽ inducunt, caput grauãt, torporem inferunt, dissoluunt. Cum hi prævalue rint; talia in morbis patiuntur, vlcera glabra maximè os, pudendum, & aliæ partes. Si verò aquilo; tusses, faucium affectiones, ventres duriores, vrinæ difficultates, horrores, dolores laterum, ac pectoris. cum hic dominatur; tales morbos magis expectare oportet. si magis redundarit; ad iquallores sequuntur febres, itemq; ad pluuias. Hæc Hip. verba nos admonent hos ventos triplicem inferre gradum virium, positiuum scilicet, qui ab eorũ natura prouenit, comparatiuum, vbi inquit. Cum huiusmodi tempestas prævaluerit: atq; excedens, quem explicat, vbi legitur. Si magis redundarit. Verùm, cum huiusmodi affectiones à ventorum viribus proficiscantur, vires autem à natura eorum deriuent; quænam sit eorũ natura, & cur hos producant effectus quanquam ex Hipp. sententia relata intelligi potest, docet Arist. in. parti. 1. prob. 23. & 24. quærit enim cur austri sicci, & nihil humentes febres gignere soleant, & cur corpora humana se tardiora, ac debiliora sentiant, cum austri assiant. ad primũ problema sic respondet. An quia calorem, & humorem excitant alienum: sunt enim suapte natura calidi, & humidi. qua quidem re febris committitur: quippe quæ non nisi per excessum ambarũ qualitatum illorum oriri soleat. Cum igitur imbre austri vacant; corpora nostra ita afficiantur, est necesse. At cum imber cum ipsis adsit; nos aqua refrigerat. Austros tamen, quos mare misit, prodesse stirpibus certũ est: refrigerari enim

beneficio

beneficio maris deueniunt contra æruginẽ, quæ humore, caloreq; alieno consistit. Ad secundum problema : quod est, Cur corpora humana se tardiora, debilioraq; sentiãt; cum austri afflant: sic respondet. An quia multum ex paulo tunc redundat humoris, quẽ deliquescere tepor cogit: atq; ex leui afflatu grauis humor citatur. Adde, quod vires nostræ conditæ in articulis sunt: qui austrinis laxari flatibus consueuerunt. constat id ex eorum crepitu : quæ quidẽ conglutinata sunt remittuntur, ac resoluuntur: tenax enim humor, qui articulis inditus est, vt concretus nos mouere non patitur: sic nimis humefactus intendi minimè finit. sic Arist. de Austro, contrà autem intellige de aquilonari flatu.

APHOC. VI.

Quando æstas fit veri similis, sudores in febribus multos expectare oportet.

In lib. de Humo. hoc pacto legitur. Cum æstas fiat veri similis; sudores in febribus, & febres faciles, & non peracutæ, neque linguis obaridæ fient, si vero hybernum fiat ver, & postremum hyemis tempus; hyberni etiam morbi, & tusses, & peripneumoniæ, & anginæ. dum itaque tempus anni aliquã sibi assumpserit naturam alterius temporis; qualis erit natura, tales effluent facultates, ac præterea operationes tales. si æstas naturam veris habuerit, quæ est calida, & humida; facultates emergent calidæ, & humidæ, & hinc sudores.

APHOR. VII.

In siccitatibus febres acutæ fiunt, & si annus magna ex parte talis fuerit, qualem fe-

qui difficulter iudicantur: cum sanè in Perintho defecerit, aut abundauerit quid, vt aut venti sint, aut non venti, aut aquæ, aut siccitates, aut ardores, aut frigora. In lib. autem de Humo. scribit. Qualia sunt tempora, tales etiã erunt morbi, & constitutiones ex ipsis. si tempora tempestiuè, & ordinatè se habuerint; morbos iudicatu faciles faciunt. Vernaculi aũt temporũ morbi indicant mutationes, & prout euariauerit tẽpus, similes, aut dissimiles erunt morbi, qui in hoc tempore oriuntur. si verò similiter procedat; eiusmodi quoq; fuerint morbi, & ad talem modum tracti, velut est morbus regius autumnalis: frigora. n. ex caloribus, & calores ex frigore. &, si æstas biliosa fiat, & bilis aucta intus relinquat; etiã aliquantũ splenici fient. & postea subdit. Quapropter etiam tẽpora à iudicatione aliena, ac inconstãtia fiunt, quemadmodũ etiam morbi, si præerumpant; aut præexcernantur, aut intus relinquantur: reciduas enim etiã tempora faciunt, quemadmodũ & morbos ita inducunt. itaq; considerandũ est, quomodo habẽtia se corpora tẽpora suscipiant: nam si tẽpora in eodẽ, ac naturali statu permanserint; & morbi quoq; easdẽ sequentur cõditiones. si varijs se habuerint morbis; sic variè se morbi habebunt: quidam enim præerumpunt, quidam præexcernuntur, quidã intus relinquuntur. vnde variæ erunt morbi terminationes, ac eorũ cognitio, aciiudicium difficile: iudicium enim difficile dicitur, quo ad morbum, & quo ad medicum: quo ad morbum, si is ante opportunum tempus præerumpat, aut decernatur, aut intra corpus remaneat. Quo ad medicum, si morbus eum fallet anticipando, vel postponendo, aut relinquendo terminos eius.

APHOR.

APHOR. IX.

Autumno morbi acutißimi, atq; exitiales maxima ex parte. Ver verò ſaluberrimum & minimè exitiale.

Anni temporibus duplicem poſſidere cõtingit naturam, alteram propr.ã, alteram aduentitiam. veris ,ppria natura eſt calida,& humida : æſtatis calida,& ſicca: autumni frigida,& ſicca : hyemis frigida,& humida. Aduentitia eſt,ſi ea comitentur venti , pluuiæ , calores,ſiccitates , frigora,& huiuſmodi ab eorũ natura aliena. Hæc ex Hip. in lib. de Nat. hum. & in lib. 1. de Diæta , & in 2. de mor. pop. ſi igitur anni tempora propriã obtinuerint naturã, cum humana uita cõſtet per calidũ, & humidum: ver autẽ, quod eſt cal. & humidum proportione humanæ naturæ correſpondeat ; fit ob cõuenientiã, vt ver ſit anni tempus ſaluberrimũ, minimèq; exitiale; ſiqua tunc ægritudo hominem deprehendat: autumnus autẽ; qui natura opponitur veri , viribus vigeat contrarijs eſt neceſſe, ac iridẽ morbos gignat peſſimos, atq; pernicioſiſſimos. Hunc aph. repetit Hip. in lib. 2. de mor. pop. ſect. 1. & cauſam addit malignarum autumni facultatũ, & inquit. In autumno acutiſſimi morbi, & maximè lethales, & omnino ſimilitudinẽ habẽt; eo q; veſperi exacerbantur, tanquã annus ipſe habeat circuitum morborũ. & ſubdit. Ver aũt omnino ſaluberrimũ , ac minimè lethale. quare q morbi vere fiunt, ſecuriſſimi, ac ſaluberrimi exiſtũt. cur aũt ver, & autumnꝰ morbis infeſtẽt, & cur grauior ſit autumnꝰ, diſſerit Ariſt. in par. 1. prob. 27. & ſoluit ſic. An qa mutationes grãues oẽs occurrunt. ſed autumnꝰ vere grauior eſt:

quia corpore calido refrigeſcente potius, quàm frigido incaleſcẽte ægrotamus.ut igitur uere frigidum recaleſcit; ſic autumno calidum refrigeſcit.ſecutus eſt Ariſt.in hoc loco, quemadmodũ plurimis etiam in locis ſententiam Hipp.in lib. de Nat.huma.vbi de uere, & autumno hæc retulit.Vere ſanguis augeſcit: nam & frigora remittunt,& imbres ſuperueniunt.Sanguis autem iuxta hæc augeſcit ab imbribus u'delicet,& calidorum dierum tepore: hæc enim anni pars maximè iuxta naturam ipſi conuenit:eſt enim humidus,& calidus.Et poſtea ſubdit. Sanguis autumno pauciſsimus fit in homine:ſiccus.n.eſt autũnus,& hoĩem iam frigefacere incipit.atra porrò bilis autumno plurima,& fortiſsima eſt.ſic Hip. & ex his accipimus, ut uernales ægritudines ſaluberrimæ ſint, ac minimè lethales:contrà uerò autumnales.Hæc de natura ueris,atq; autumni propria:de aduentitia autẽ in ſequentibus aget Hip.ſed pauca ex lib.de Humo.tradamus, ſi inquir,hybernum fiat uer, & poſtremum hyemis tempus; hyberni etiam morbi, & tuſſes,& peripneumoniæ, & anginæ.& autumnus ſi nõ in tẽpore,ac derepente hybernauerit;non aſſiduè tales morbos facit; eo q̃ non in tempore incepit, ſed inæqualiter fit.Vt autem diſtinguamus naturam temporum anni propriam ab aliena;memoriæ ſunt hæc mandanda, atq; obſeruãda, q̃ in li. de.ae.aq.& loc.ſcripſit.Si ſecundũ rationẽ fiant ſigna in aſtris occidentibus, ac orientibus,& in autumno aquæ fiant, & hyems ſit moderata, & neque ualde clemens, neque modum excedens frigiditate, & in uere, atque in æſtate tempeſtiuè pluat; ſic ſanè ſaluberrimum eſſe annum par eſt.

APHOR. X.

Autumnus tabidis malus.

Cum autumnus, ut antea ex Hip. sententia retulimus, frigidus sit, & siccus, pauciſſimusq; fiat tunc sanguis, & hominem iam frigefacere incipiat, vtraq; bilis plurima existat, atq; fortissima; iure euenit, ut tabidi, quorum præsens natura cũ autumno conuenit, id anni tempus ægrè ferant: nam sanguis ob æstatem præteritam imminutus est, imminuiturq; à præsenti tempore, uigetque atra bilis, quæ corpus quoq; ualde citius exiccat. Autumnus igitur ob dictas causas tabidis malus, sed & uer ob alias: nam legitur in li. 6. de mor. pop. sect. 7. Tabescentibus autumnus malus, malum item uer; cum fici folia cornicis pedibus similia fuerint.

APHOR. XI.

De temporibus. Siquidem hyems sicca & aquilonia fuerit, ver verò pluuiosum & Australe, necesse est æstate febres acutas fieri, & lippitudines, Græci ophthalmias vocant, & intestinorum difficultates: præcipuè verò mulieribus, & viris, qui natura sunt humidiores.

Naturam duplicẽ anni temporibus ineſſe contingit, propriã, quàm recitauimus antea ex Hip. sententia, & aduentitiã, quæ duplex quoq; constituitur: altera est propria unius temporis anni, quæ alij communicatur, ueluti si æstas fuerit ueri similis; sudores in febribus expectare oportet. altera aliunde procedit, quemadmodum ab æstibus, siccitatibus, uentis australibus, aquilonari-

bus,ab imbribus,alijſq; huius generis.Nũc Hip explicat,ſi anni tempora propriam non ſeruauerint naturam,ſed alienam ſuſceperint;quas obtinebunt facultates(facultates enim à natura rei proueniunt,& effectus à facultatibus)quoſq; effectus producẽt.& inquit.ſi hyems ſicca,& aquilonia fuerit:(etenim ſenſit Hipp hyemem naturam opportunã ſeruare,ſi moderata ſit,& neque valde cleuens, neque valde frigida:) ver autem pluuioſum, & auſtrale; neceſſe eſt æſtate febres acutas fieri,& ophrhalmias, & inteſtinorũ difficultates, præcipuè verò mulieribus, & viris,qui natura ſunt humidiores. Atq; hinc diſcere licet non de vna tantum anni temporis natura,ſed de tribus,quarum prima, & ſecunda aduentitia,tertia propria exiſtit. cur verò talia ſequantur incommoda,oſtendit Hip.in lib. de ae.aq.& lo.his verbis.ſi hyems ſicca ſit, & borealis, ver autem pluuioſum,& auſtrale;neceſſe eſt æſtatem febriculoſam fieri,& lippitudines inducere: cũ enim æſtus derepente accedat, terra humida exiſtente à vernis imbribus,& ab auſtro;neceſſe eſt æſtum duplicatum eſſe & à terra irrigua, ac calida, & à ſole vrente: cum ventres in hominibus nondum conſtricti ſint, neq; cerebrum reſiccatum: non enim fieri poteſt,cum ver tale exiſtat,vt corpus, & caro non humore fluuida fiant, ita vt febres acutiſſimæ in omnes irruant, maximè autem in pituitoſos.at dyſenterias fieri par eſt & mulieribus,& viris humidioribus. Ariſt.autem in par.1. prob. 8.tum aph.tum loci huius de aere,aq.& lo. rationem inueſtigat,& inquit. Cur ſi hyems borealis ſit,ver auſtrale, & pluuioſum;æſtas proxima grauis tam febribus, q̃ lippitudinibus inſequi ſoleat. an q̃ æſtas corpora noſtra multũ humoris

moris continentia excipit, & terra madet, & habitandi locus perhumidus est, atque talis redditur, qui grauis perpetuò constet. primum itaq; lippitudines subeunt; cum excrementa humoris in capite liquari incipiant. ita enim intelligendum est, ut res eadem & calidissima, & frigidissima reddi possit, ceu aqua, uel lapis feruet: etenim illa urit, hic uehementius. fit igitur, ut aer suæ crassitudinis causa calorem pleniorem suscipiens exardescat, & corpora pari ratione anxietate, & æstu uexentur. æstus uerò in corpore febris est, in oculis lippitudo. denique mutatio quæque calida corpus peruertit; cum scilicet cœlo adhuc madente æstas protinus calida, & sicca occupauit. Virium etiam augetur, si pluuiosa æstas accessit: ita enim uis solis materiam latè obtinet, quam feruescere tum in corporibus, tum in terra, tum etiam in aere faciat. qua de causa febres oriuntur, & lippitudines, sic explicauit Aristo. Ex hoc autem apho. duo habemus præcepta. alterū est, qp ex causis coadiuuantibus, quæ concausæ appellantur, aliæ augent, aliæ rem auctam consuerunt, & tertiæ in lucem eam edunt. sanitas in tēperie humorū, & partiū ex humoribus constantiū consistit. temperies deperditur vel ob causæ principis absentiā quandā, veluti pp caloris innati inopiam: uel ob causas adiutrices, quæ temperiem soluunt augendo humorem aliquem, aut minuendo. soluta temperie adest morbi causa, quæ postea si conseruetur; corpus redditur ad ægritudines paratum. postea verò tertia causa adiuuans si subsequatur, mouet, & excitat humores, & corpus, & fit morbus. secundum porrò est præceptum, ut miscellam temporum anni noscamus. quod facilè fiet,

concausis

BIBLIOTECA ATE... VENEZIA

concaufis præcognitis: quas etiam ad alias res circunſtantes, non naturales, naturales, & præter naturales aptare poſſumus ad futuros morbos prænoſcendos, & eorum cauſas.

APHOR. XII.

Si verò hyems Auſtralis, & pluuioſa, & ſerena fuerit: Ver autem ſiccum & Aquilonium, mulieres, quibus partus ad ver ineſt, ex quacunque occaſione abortiunt. Quæ verò pariunt, imbecilles, & morbidos infantes pariunt. Quare vel ſtatim intereunt, vel tenues, & valetudinarii viuunt. Cæteris verò mortalibus difficultates inteſtinorum, & lippitudines ſiccæ fiunt. Senioribus autem deſtillationes, quæ citò interiment.

Hunc aph. repetit, & rationem reddit Hipp. in lib. de ae. aq. & lo. uerba ſunt. ſi hyems auſtralis fiat, & pluuioſa, & clemens: uer autem boreale, & ſiccum, & tempeſtuoſum; primum quidē mulieres, quæ uterum geſtant, & partus ipſis ad uer inſtat, abortum facturas eſſe ueriſimile eſt. quæ uerò etiā pepererint impotētes, ac morboſos pueros parere, ita ut aut ſtatim pereant, aut tenues, & debiles, ac morboſi uiuant. hæc mulieribus. reliquis uerò dyſenterias, & lippitudines ſiccas, & aliquibus deſluxiones à capite in pulmonē. pituitoſis & mulieribus dyſenterias fieri ueriſimile eſt, pituita de cerebro defluente propter naturæ humiditatē: biliosis uerò lippitudines ſiccas propter carnis caliditatem, ac ſiccitatē: ualde autem ſenibus deſluxiones propter raritatē, ac eliquationē uenarū adeo, ut aliqui quidē derepēte pereant,

pereant, aliqui uerò ſemiſyderati aut dextra, aut ſiniſtra parte fiant: cum.n.ſit hyems auſtralis, & pluuioſa, ac calida, & corpus nō adſtringat, neq; uenæ: uere accedente boreali, & ſicco, ac frigido; cerebrum poſtquā ipſum diſſolui, ac purgari cōtigit à grauedine, ac raucedine, tunc ſimul cū uere ſtabilitur, ac conſtringitur. quare derepente æſtate accedente, & ardore, ac muratione contingente, hi morbi incidunt. & inteſtinorum leuitates, & aqua intercus ferè reliquis morbis deſinentibus, ſuperueniunt: cum non queant facilè uentriculi à concepta humiditate exiccari. Hæc eſt apho. interperratio ex Hippo. ipſo in lib. de ae. aq. & Io: Ariſt. autem inueſtigat in par. 1. prob. 9. cur, ſi hyems auſtrina, & pluuioſa fuerit, uer quidem ſiccum, & aquiloniū; corpora à morbis & uere, & æſtate exercentur. & inquit. An quòd hyemis tepor, & humor faciunt, ut corpora eiuſmodi tempori proxima in qualitate reddantur: humida enim & laxa fiant, & ſoluta eſt neceſſe. quæ cum ita ſe habeant; facilè poſſunt concreſcere uere frigido, & ſicco, & indurari. itaque grauidæ, quibus tunc adeſt partus, abortu periclitantur, uidelicet in caleſcendi, ac crudeſcendi ratione. quæ res ſyderatio appellata eſt: quam ſicca illa committit frigiditas impatiens omnino excernendi humoris. Infantes uerò, quos gerunt, imbecilles, & læſos ob immodicam frigiditatem edunt: accidit enim, ut qui tunc cœlo ſereno naſcuntut, ijdem pluuio benignè & conſtiterint, & nutriti fuerint intra parentem. cæteris autem quia pituita uitio ſuæ nimietatis purgata non eſt: quod fit, ubi uer tepidum ſe exhibuit, ſed coacta à frigore conſtitit; cū tepor occupauit æſtatis, ui colliqueſcit, ſi bilioſi, ſicciq;

ſiccíq; ſint;quòd eorum corpora naturã ſortiuntur non humidam,ſed ſqualibundã: excitantur quidem humores,ſed tenues.quare eos lippitudo arida malè habet.ſi verò pituitoſi ſint ; rauci-tates , ac deſtillationes in pulmonem oriuntur, mulieres extorquent inteſtinorum difficultates quia natura exiſtunt frigida,& humida. Seniores ſtupor attonitos reddit;ubi vniuerſus humor reſolutus incubuit, ac ex imbecillitate caloris natiui concreuit. Hæc Ariſt.

APHOR. XIII.

Si verò æſtas ſicca fuerit, & aquilonia, autumnus verò pluuioſus & auſtralis, dolores capitis ad hyemem fiunt, & tuſſes , rauedines atque grauedines, quibuſdam autem & tabes.

Quemadmodum ſe habent boreas , & auſter ad reliquos uentos ; ſic hyems , & æſtas ad reliqua anni tempora . ſed boreas, & auſter,ut affirmat Hip.in lib.de mor.ſac.ſunt uentorũ fortiſſimi , & inter ſe tum ſtatione , tum uiribus contrariiſſimi . quare hyems,& æſtas ſunt quoq; anni tempora,quæ facultatibus cætera præſtãt tempora , quæ ſicut & reliqui uenti , ſic his participant. Nec ſolũ uires proprias tum hi flatus, tum hæc anni tempora in noſtra exercent corpora; ſed ea adeo præparant,vt & in ſequentibus temporibus bona , malaq; explicent.hoc declarauit Hipp.in ſuperioribus apho.de tempore hyemali;nunc uerò in æſtiuo oſtendit:omiſit enim reliquorum anni temporum facere miſcellam , vt veris,& autumni , vtpote ea, quæ nec fortiſſima

ſint,

sint, nec uiribus ita præstãtib⁹, vt hyems, æstasq;. Verùm & in hac aphor. serie, dum de æstatis natura tractat aduentitia, aut omisit australem, aut à librarijs neglecta est. tñ de ea locutus est in lib. de ae. aq. & lo. vt aduentitiæ naturæ hyemali antea descriptæ correspondaret, ac primũ de australi, deinde de boreali agit, & iquit. Si æstas pluuiosa sit, & austro multum perfletur, similisq; sequatur autumnus; necesse est hyemem morbidam esse & his, qui pituita abũdant, & qui quadragesimum annum excesserunt, febres ardentes fieri uerisimile est: qui uerò bile abundant, costarum inflammationes, & pulmonis, pleuritidas, & peripneumonias dictas. Si uero æstas sicca existat, & borealis, sequens autem autumnus pluuiosus, & australis; capitis dolores ad hyemẽ expectare conuenit, & cerebri corruptiones, raucedines, grauedines, & tusses, aliquibus etiam rabes. Hæc Hippo. Cæterùm apho. exponens Arist. in par. 1. prob. 10. quærit, cur, si æstas sicca, & aquilonia fuerit, autumnus humidus, & australis; hyeme proxima dolor capitis, raucitas, russisque oriantur, ac in tabem demum euadant. respondet autem. An quia hyems multum materiæ excipit. itaque humorem cogere, atque pituitam inde conficere magnum ei negocium est. ergo difficile est humorem densari, cõficiq; inde pituitam. quòd, si in capite humor constiterit; grauitatem committet. &, si nimiùs, frigidusque est; crudorem utique mouet: cui syderatio nomen est. nec non si ob nimiam eius copiam cõcrescere minus potuit; in locum defluit proximum. atque ita tussim, raucitatem, & tabem contrahit. Hæc Arist.

APHOR.

APHOR. XIIII.

Si vero aquilonius & siccus, his qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferet. Reliquis autem erunt lippitudines siccæ, & febres acutæ, & grauedines. Nonnullis vero & atræ biles.

Coniungamus hũc aph. cum superiori, quemadmodum etiam in lib. de ae. aq. & lo. fecit Hip. & Arist. quoque interpretatus est: subdit enim Hipp. prædictis verbis, quæ sunt. si æstas sicca sit, & borealis, autumnus pluuiosus, & australis. Quòd, si borealis sit autumnus, & neq; sub Cane, nec sub Arcturo pluuiosus, & æstas scilicet, borealis, & sicca præcesserit; cõfert pituitosis natura, & maximè his, qui natura sunt humida, & mulieribus. bilioſis aũt infestissimũ est hoc tempus: valde enim exiccantur, accidunt q; eis lippitudines aridæ, & febres acutæ, ac diuturnæ, & aliquibus bilis atra: siquidẽ quod liquidissimũ est, ac aquosissimũ in bile est, consumitur: densissimũm verò, & acerrimũ relinquitur. quod idem accidit secundũ eandem rationẽ & circa sanguinem, vnde hi morbi his accidunt. pituitosis autẽ hæc omnia cõmoda sunt: exiccantur enim & in hyemem perducuntur minimè humecti, sed resiccati. Hæc igitur siquis mente concipiet, & considerabit; is præcognoscet plurima omnino, quæ ex huiusmodi mutationibus sint futura. Hæc Hip. Verùm Arist. in prædicta par. 1. prob. 11. quærit, cur, si ficca sit æstas, & aquilonia, itidemq; autumnus siccus, & aquilonius, mulieribus, & quibus pituita abundat, conferat, bilioſos autẽ infestet. respondet. an quia natura vtrorumq; in alteram

terã exuperat partem.itaq; tempus trahendo in partem contrariã,ad medium habitũ,eumq; bonum perducit.eo igitur ipso tempore optimè valent,niſi quid vltro ipſi perperam agant:aut humidi ad hyemem ita deueniant,vt tomitè quendam & incitabulũ frigori ſubminiſtrẽt. Bilioſos vero cur infeſtet, inquit prob.12.An quoniã adẽ vergunt corpora,& tempus,itaq; velut ignis igni adiicitur: cum enim corpora exiccentur, & quantum dulcedinis in his erat,euaporatum ſit, atq; vehementer incaleſcant;neceſſe eſt,vt dum humor conſumitur,aridæ lippitudines oriantur: reſiduoq;,quod bilioſum remanſerit,ac eodem recaleſcente febres acutæ vtpote ex bili ſincera inuadunt.nonnullos inſania rapit, quorum ſcilicet natura atra bile abundat: hæc enim longè ſupereſt;cũ eius humores contrarij reſicceſcant.

APHOR. XV.

Ex anni autem conſtitutionibus quod in totum dixerim, ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ.

Cum duo anni tẽpora fortiſſima,ac viribus inter ſe valde cõtraria propoſuerit Hip.modò alicna humiditate, modò ſiccitate prædita: quæq; maiora præbent incommoda, narrauerit;in hoc aph.concludit omnes ſummatim anni conſtitutiones & fortiſſimas, & non fortiſſimas, quæ ſiccæ exiſtũt,humidis eſſe ſalubriores, & minus mortiferas.Id quoq; confirmat, ꝙ ſiccitas ſit humiditate ſalubrior in lib.de Vlce.dum inquit. Vlcera vniuerſa niſi vino humectare oportet,niſi in articulo fuerit vlcus:nam ſiccum ſano propius eſt,& humidum nõ ſano: etenim eſt vlcus humidum:

humidum: quod verò ſanum, eſt ſiccum. Cur verò magis ſit ſalubris ſiccitas, quàm humiditas; id euenire aſſertur ob facilem humiditatis paſſibilitatem. at ſiccitas modo contrario ſe habet, & difficulter alienas ſuſcipit qualitates, ſed poſtq̃ eas apprehendit; ægrè relinquit: nam, vt legitur in lib. de lo. in ho. nu. primo, corpus, qđ ſiccius eſt, morbos magis detinere, ac magis dolere à natura ſolet, humidum verò minus: morbus enim qui in ſicco eſt, ſtabilitur, & non ceſſat: qui verò in humido, diffluit, & aliàs aliam corporis partem occupat, & ſemper tranſmigrans requiem facit, & citius quoque ſedatur vtpote non ſtabilitus. Cæterùm ſiccitates non modo humiditatibus ſunt ſalubriores, ſed etiam earũ cauſa citius morbi ſedantur. legamus enim librum de ae. aq. & lo. vbi Hip. de ſicca æſtate hæc ſcribit. Si æſtas ſicca fuerit; citius ſedantur morbi: ſi verò pluuioſa; diuturni fiunt: & aph. qui ſequitur, habet febres longas in pluuiarum multitudine fieri. quando ſiccitates nõ tuentur ſolùm ſanitatem, ſed etiã morbos adimunt: contrà autẽ humiditates.

APHOR. XVI.

Morbi in pluuiarum multitudine, magna ex parte fiunt febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, & attoniti, quos Apoplexias Græci vocant, & angine. In ſiccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia vrine, & difficultates inteſtinorum.

Et ſi ſiccitates ſalubriores eſſe, quàm humiditates antea aſſeuerabat Hip. eas mediocres cenſuit,

fuit, non longas, ac diuturnas: etenim & diuturnæ pluuiæ, & ficcitates valde longæ morbos pariunt. pluuiæ multæ longas gignunt febres; propterea ☿ vt ait Hip. in lib. de ae. aq. & lo. corpus, & carnem humiditate replent aliena, quæ à calore noſtro calefit, eaq; caliditas cum ex aliena excitetur materia; aliena quoq; exiſtit, & febris hinc fit atq; longa: ſiquidem & cauſa diuturna eſt. Alui profluuia à pluuiarum multitudine contrahuntur: pluuia enim ſicut & auſter corpora diſſoluit, & humectat aluos. Putredines fiunt: etenim humiditas eſt omnino paſſibilis, atque hinc putreſcibilis. Morbi fiunt comitiales, & attoniti, ſiue apoplectici, & anginæ: defluun. enim ex capite hoc tempore humores in fauces, & fit angina, vel per venas iugulares ad cor: vnde contrahitur epilepſia, & apoplexia quoque ſi pituita ſit multa, ætas valde ſenilis: tunc enim ſunt venæ euacuatæ, & ſanguis modicus, tenuis, & aquoſus, calorq; imbecillis. & propterea antiquiſſimos occidit homines, aut leuiter ſyderatos facit. hæc ex lib. de mor. ſac. Siccitates autem ſi immodicæ exiſtant; tabitudines gignunt: nam & idem efficit boreas, qui cum ſiccitate conuenit. Lippitudines etiam fiunt: quoniam humor conſumitur. Articulorum excitant dolores: ſiquidem humiditates in articulis conditæ borealibus excitantur flatibus: his exiccatis, aut concretis moueri non poſſumus, imo dolores fluunt ob humoris inopiam. Vrinæ ſtillicidia eueniunt, ſiccitate humiditates conſumente, & propriam naturam inducente, quæ vrinæ ſtillicidium promouet. Mulieres autem extorquent inteſtinorum difficultates: quoniã, vt aſſerit Ariſt. in par. 1. prob. 9. natura ſunt frigida, & humida.

APHOR. XVII.

Quotidianæ autem constitutiones, Aquilo nia quidem corpora densant, intendunt, & bene mobilia, coloratiora, & melius audientia faciunt, & aluos exiccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis obsederit, dolorem augent. Haustrina dissoluunt corpora & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & vertigines faciunt, oculis, atque corporibus difficilem motum præstant, & aluos humectant.

Aquilo, vt asserit Hip. in lib. de mor. fac. aerem turbatum, ac nubilosum excernit, & illustriorē, ac pellucidum facit, & ex omnibus rebus, atque adeo ex ipsis hominibus humiditatē, & tenebrositatem excernit: quapropter omniū ventorum saluberrimus aquilo existit. hac de re sic inquit. Aquilonix constitutiones corpora densant: quia scilicet est ventus frigidus. & bene mobilia: quoniam scilicet calorem innātū cogit. & coloratiora: etenim scriptum est in lib. de Humo. Colores nō sunt similes in temporibus neq; in aquilonaribus, neq; in austrinis, neq; in ætatibus, neq; in vnoquoq; ad seipsum, neq; in alio ad aliū. melius audientia: propter ea q̄, vt ait in lib. de morb. fac. quod saniſſimū est in cerebro compingitur: q̄d morbosissimū ac humidissimū est, excernitur. Aluos exiccant; quoniam, vt ait Aristo in par. 26. prob. 28. humorem, ac vaporem non solum euocat aquilo, verumetiam abducit. atq; hac de causa & aluos exiccat, & oculos mordet. Et, quia

frigidus

frigidus est, & siccus; auget pectoris dolores, quoniam frigidum inimicum est neruis, ossibusq;. Austrinæ uerò constitutiones contraria operantur. quare morbosæ existunt, humectat enim auster, soluit, & uenas laxiores reddit, ut legitur in lib. de mor. sac. Cur autem corpora nostra tardiora, debilioraq; fiant ab austro, disputat Arist. in pat. 1. prob. 24. & inquit. An quia multum humoris tunc ex paulo redditur: quem colliquescere tepor coegit, & ex leui afflatu grauis humor citatur. Adde, q uires nostræ in articulis sunt: qui austrinis laxari flatibus consueuerunt. constat id ex eorum crepitu: quæ quidē conglutinata tunc remittuntur, ac resoluuntur: tenax enim humor, qui articulis inditus est, ut concretus nos mouere non patitur: sic nimis humefactus intendi minimè sinit. Cum igitur ab austro paucus humor in multum redundet; fit, ut talis humor capita grauet, uertigines faciat, auditum obtundet, oculis, & reliquo corpori difficilem præstet motum, atque tandem aluos humectet.

APHOR. XVIII.

Per tempora anni, Ver quidem, & primæ ætate pueri, & qui hos sequuntur ætate, optimè degunt, & sani sunt maximè. Æstate verò & autumno, usque ad aliquid senes. Reliquum autumni & hyeme, qui mediam ætatem habent.

Partes corporis nostri naturales duplicem habent rationē, aut scilicet ad se ipsas, aut ad alias si ad alia; vel ad res nō naturales, uel ad circūstātes, uel ad præternaturales. Hip. in hoc aph. aptat

partes naturales, qualis est ætas ad anni tẽpora, quæ fuit res, siue partes circunstantes. atq; cum iam proposuerit naturarum alias ad æstatem, alias ad hyemem bene, malève se habere; hoc tempore concludit uere, & prima æstatis parte ætatem puerilem, & adolescentiam, ac iuuentutẽ ualere: cæteris partibus æstatis & prima autumni senectutem, reliquis uerò, & hyeme eos, qui mediam ætatem, siue uigorem possidẽt ætatis. Vere quidem pueri; & insequens ætas optimè degit ob conuenientiam, quæ est æqua inter uer, & primam ætatem: nam sicut prima ætas est calida, & humida; sic uer calidum est, & humidum. sed nõ omnes ætates conseruantur ob æquã conuenientiam, quin præter primam cæteræ per contraria, siue disconuenientiam. maximè quidem ualet senilis ætas æstiuo tempore, qđ ei opponitur, iuuenilis uerò ultima autumni parte, & hyeme: uirilis autem vere: pueri optimè degunt uere; cũ eis opus sit ad auctionem summa caloris, & humoris copia: quam uer suppeditat. reliquæ ætates nõ indigent ad accretionem, nec ad aliam perfectionem adipiscẽdam temporibus anni opportunis, sed ad tutelam, atq; curationem: nam senectus est perpetua ægritudo, quæ ad mortem tendit. huiusce ægritudinis impetum comprimit tẽpus æstiuum, calefaciendo, & crudũ humorẽ concoquendo. Valetudinem porrò tuetur iuuenilem hyems, quæ temperat calorem, & siccitatem ætatis; quemadmodum & uer ætatẽ uirilem, humiditatem, & caliditatem præstando: nam, ut in primo lib. ex Hip. sententia ostendimus, uer calidum, & humidũ est: æstas calida, & sicca: autumnus frigidus, & siccus: hyems frigida, & humida. & quodlibet horum anni temporũ in tres distribuitur

buitur partes: prima enim pars veris partim naturam hyemis, quã attingit, obtinet, partim propriam: secunda totam propriam: tertia partim propriam, partim æstiuam. idem de reliquis anni temporibus est agendum. Aetates præterea tales habent naturas: pueritia est calida, & humida; iuuentus calida, & sicca; ætas uirilis frigida, & sicca: senectus frigida, & humida. & sicut anni tempora in tres secantur partes; sic & ætates eadem ratione. Cum autem res circunstantes, & non naturales animali adiungantur ad eius perfectionem, & ad salutem; pueris ad perfectionem, ac incrementum suscipiendum uer tributum est: ad salutem verò recuperandam, uel tuendam autumnus: quos enim morbos uer peperit, autumnus curat, ut censet Hipp. in lib. de Nat. hu.

APHOR. XIX.

Morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam verò magis in quibusdam ipsorum & fiunt, & excitantur.

Legitur in lib. 4. de mor: Mulier, & uir quatuor habet species humorum in corpore, à quibus morbi fiunt, qui non à uiolentia fiunt. sunt autem species hæ, pituita, sanguis, bilis, & hydrops, siue aqua. & de his non minima, neq; debilissima in semen procedit portio. &, quia animal secundũ parentes nascitur; tot humorũ species & sanorum, & morbosorum in se ipso habet. Hæc Hipp. ex quibus facilè intelligi potest semen omnium morborum in nostro consistere corpore. atque id à rebus alijs & naturalibus, non naturalibus, circunstantibus, ac præterna-

uralibus augeri, & ab ijsdem ad actum perduci. Et idcirco, si causa essentialis alicuius ægritudinis augeatur, & actu fiat, quæq; sit natura illius, quiæq; præcesserit uictus ratio rerũ non naturalium, & quæcunq; fuerint concausæ uel circunstãtes, uel præternaturales; fit quilibet morbus: nam fit pleuritis, angina, tussis, lepra, & id genens; si causa morbi sit præparata, atq; agens ualidum, & aptum: præparatur autẽ materia morbi, si postquã aucta sit à rebus uel non naturalibus, uel etiam naturalibus, circunstantibusque; ab ijsdem disponatur ad motũ: quare quilibet morbus fieri potest in quouis tempore, regione, modo, temperie, natura, uictusq; ratione. tamen nonnulli fiunt magis in hac, quàm in illa natura, uel ratione uictus, tempore, loco, ac modo. quapropter proditum est in lib. de humo. Vernaculi temporum morbi indicant mutationes, & prout euariauerit tempus; similes, aut dissimiles erunt morbi, qui in hoc tempore otiuntur. si uerò similiter procedat; eiusmodi quoque fuerint morbi, & ad talem modum tracti, ueluti est morbus regius autumnalis: frigora enim ex caloribus, & calor ex frigore.

APHOR. XX.

Vere enim furores, & atræ biles, & morbi comitiales, & profluuia sanguinis, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepræ, & tussis, & impetigines, & vitiligines, & pustulæ vlcerosæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores.

Experientia compertum esse asserit Hip. morbos omnes in omnibus fieri temporibus, atque

id comprobat inductione sumpta ab anni partibus, in quarum singulis affirmat morbos oriri, qui non solum proprij sint illius temporis, sed potius aliorum: inquit enim uere fieri furores, atras biles, quæ sunt autumni ægritudines: profluuia sanguinis sunt ueris, ut confirmat in lib. de nat. hu. anginæ, morbus comitialis, grauedines, raucedines, tusses, quæ hyemis sunt germanæ, lepræ, impetigines, uitiligines, atq; aliæ affectiones, quæ si ab atra oriantur bile, ad autumnum referuntur: si à flaua, ad æstatem. Tamen hos contingere morbos potissimum uere censet: & huius sententiæ ratio sumitur aut ab ipsa ueris natura, aut ab alijs, aut ab omnibus simul. si à ueris natura; uel à propria, uel aduentitia. propria est caliditas, & humiditas, & alia: etenim legitur in lib. de Nat. hu. Vere pituita in corpore adhuc fortis manet, sed sanguis augescit: nam & frigora remittunt, & imbres superueniunt. sanguis autem iuxta hæc augescit ab imbribus uidelicet, & calidorum dierum tempore: hæc enim anni pars maximè iuxta naturam ipsi conuenit: est enim humidus, & calidus. signa autem hinc colligere licet, quòd homines uere, & æstate maximè dysenterijs corripiuntur, & sanguis ex naribus fluit, & calidissimi sunt, ac ruberrimi. hæc de natura ueris Hipp. ad quam reducuntur & partes eius: prima enim pars, quæ hyemem attingit, mouet pituitam, quæ tunc fortis existit, ueluti hyemis reliquiæ: atq; hinc morbi omnes pituitosi, qualis angina, epilepsia, dolores articulares. & siquid remansit atræ bilis ex autumno præterito; affectiones tũc atrabiliariæ excitantur. secunda est ipsius propria, in qua sanguis fortissimus est, à quo mor-

bi ſanguinei.tertia ad æſtatē contigua, & uernales, & æſtiuos præbet morbos.ſi à natura aduentitia ratio ſumatur, ob quā morbi ueri attributi fiant; uer ſibi ſumit naturam æſtatis, aut autumni, aut hyemis: atq; in hac conſtitutione exurgūt morbi æſtiui, uel autumnales, vel hyemales, uel mixti: aut naturam recipit ſiue auſtrinā, ſiue borealem, à quibus morbi, quos auſter, uel boreas producit, oriuntur. Si uerò cur uere prædicti morbi fiant, ratio petatur aliunde; ducitur uel à natura hominis, uel rerum non naturaliū, uel circunſtātium; uel tandem præternaturaliū. A natura hominis; ſi eius temperatura ſit melancholica, & humores melancholicos plurimos gignerit ob prauam victus rationem, vel aliā causam; poſſunt morbi melancholici produci. ſi ſenex homo ſit, & pituita plurima refertus; pituitoſæ affectiones fiunt. A natura rerum non naturalium; ſi cibi, & potus, motus corporis, & animi, ſomnus, uel uigilia, & aliæ adeo humores proprias auxerint, ut morbi cognati his promantur. A circunſtantibus, ueluti regione, aere, aquis, modo, occaſione, oppoꝛtunitate humores uel augentur, uel aucti ad actum perducunt, ſiue ad morbos. ſic à præternaturalibus. Ex his vel ſingulis, uel aliquibus, uel omnibus percipitur, cur in hoc anni tempore, atque in alijs ægritudines hæ, uel illæ contrahantur. proprij igitur veris morbi ſunt qui à caliditate, & humore fiunt abundanti: improprij qui ab alijs prouenium, ſed ab his adiuti.

APHOR. XXI.

Æſtate autem nonnulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres

plurimæ,

plurimæ, & vomitus, & alui profluuia, & lippitudines oculorum, & aurium dolores, & oris vlcerationes, genitalium putredines, & sudamina.

Quos morbos pariat æstas, describit Hip. eosque esse sentit in prima æstatis parte, qui & in ultima veris fuere: siquidem ultima veris pars primam æstatis attingat, & ob continuitatem eiusdem sint naturæ, virium, & affectuum. Fiunt præterea æstate febres continuæ: legitur enim in li. de Affectio. Morbi, qui in æstate fiunt, sic fieri solent: Cum corpus à sole fuerit calefactum; humectatur. humectatum autem ægrorat totū, aut pars, in quam pituita, & bilis incubuerint: Et in lib. de nat. hu. æstate sanguis adhuc viget, & bilis in corpore eleuatur, & usque in autumnum porrigitur. Cum igitur bilis hoc tempore eleuetur; morbi à bile oriuntur, ut febris continua, continens appellata: hæc, ut legitur in li. de nat. hu. à plurima, ac meracissima bile prouenit, & iudicationes: quàm breuissimo tempore facit: corpus enim nullo tempore perfrigeratum colli quescit, nimirum à multa caliditate calfactum. Fiunt etiam febres ardentes ab eadem bile, sed hoc pacto: proditum est enim in lib. de Vict. rat. in mor. acu. Fit febris ardens, cum venulæ tēporé æstiuo exiccatæ trahūt ad se acres, & bilioſas humiditates, ac tenues, quas ichoras uocant. id confirmat Hip. in li. 1. de mor. ubi hæc legunt. cum bilis commota fuerit per corpus, & contigerit, ut uenæ, & sanguis attrahant bilē, eamq; plurimā ex carnibus, ac uentriculo ad eū, q prius ineſt, vt pote cū etiā sanguis natura calidissimus in corpore existat. cū itaq; percalluerit ex carnibus, &

uentriculo ſupra eum, qui iam ineſt, adhuc magis à bile; percalfacit etiam reliquum corpus, & quædam ſanè partes præ multa humiditate penitus reſiccari nō poſſunt. ſi uerò reſiccatæ fuerint; homo moritur. unde in li. 2. de mor. pop. ſect. 1. febres ardentes in æſtiuis magis fiunt, & in alijs temporibus. reſiccantur autē magis æſtate. Tertianæ quoq; febres plurimæ fiunt æſtate: ſiquidē & hæ à bile fiant, ſed pauciori, quàm continens ut ſcriptum eſt in lib. de nat. hu. nam, ſi à plurima, ac meraciſſima bile ortum trahit continens; tertiana uel à pauciori, uel à mixta orietur. Tunc etiam fiunt uomitus, & alui profluuia: in lib. enim citato legitur homines uere, & æſtate maximè dyſenterijs corripi. & paulò poſt. Bilis per æſtatem, & autumnum corpus poſſidet. id quod inde cognoſcere potes, quod homines ſua ſponte hoc tempore bilem uomunt, & in medicamentorum potionibus biliоſiora purgantur. manifeſtum fit & febribus, & hominū caloribus. Lippitudines etiam oculorum fiunt, uideſicet ob caliditatem, & ſiccitatem: etenim in lib. de ſal. diæ. ſcriptum eſt æſtatem eſſe calidam, ac ſiccam tempeſtatem, corporaq; reddere aduſta, & ſqualida. itaque calida, aridaq; uitia malè homines habent, atq; ut æſtus in corpore febris; ſic in oculis lippitudo eſt. Et aurium dolores ob acres, & biliоſas incidunt fluxiones, & oris ulcerationes propter bilis acumen. ſed & ulcera, quæ æſtate fiunt, peiora ſunt, quàm alijs temporibus: citius enim proſerpunt, ut refert in lib. de Denti. cur autem cum uitia bilis per æſtatem contrahi debeant; morbi acuti, qui certè ex bile conſiſtunt, per hyemem potius urgeant, antea explicatum eſt.

APHOR.

APHOR. XXII.

Autumno verò, & plurimi æstiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes; aquæ inter cutem, & tabes, & stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum, & lentæ tes intestinorum, & coxendicum dolores, & anginæ, & anhelationes, quas Græci asthmata vocant, ilei, morbi comitiales, furores, atræ biles.

Prima autumni pars cum aliquid naturæ æstiuæ retineat; detinet & uires. vnde nil mirum est plurimos æstiuos morbos tunc fieri. sed, cum secunda pars accedat; morbi præ se ferunt, pprij; ueluti febris quartanæ, & erraticæ, scribit. n. in lib. de nat. hu. Sanguis autumno pauciſsimus fit in homine: ſiccus enim est autumnus, & hominē iam frigefacere incipit. atra porrò bilis & plurima, & fortiſsima est. Et in calce libri. Quartanæ tertianis diuturniores ſunt; quoniam pauciore bilis parte participant, unde caliditas augetur, & propterea q̄ corpus in ipſis plus perfrigeſcit. id quod ab atra bile ipſis contingit ſuperfluè adeo, ut ægrè frigus depelli poſsit: atra enim bilis inter omnes corporis humores uiſcoſiſſima est, & ſedes diuturniſsimas facit. Quòd autem quartanæ febres atræ bilis participes ſint, vel hinc condiſcere licet: autumno enim maximè homines à quartanis corripiuntur, & in ætate à quinque & uiginti annis uſque ad quadrageſimum quintum, hæc autem ætas præ omnibus aliis maximè à bile atra infeſtatur, & autumni tempus omnium anni temporum ad eandem aptiſsimum

ptissimum est. quicunq; autem extra hoc tempus, & ætatem à quartana corripiuntur; pro certo scire oportet eam febrem non fore diuturnã, nisi quid aliud grauioris mali hominem infestauerit. hæc de quartana febre Hipp. qui deinde subdit. Erraticæ, scilicet febres fiunt, de quibus in Coa. præno. sic loquitur. Febres intermittẽtes, & erroneo modo inuadentes, autumno maximè, in quartanam leuiter transeunt. & hoc magis his, qui triginta annos excesserint. signum autẽ in eodem lib. dat, & inquit. In febribus erraticis nigræ in urina nubeculæ quartanam indicant. Splenes fiunt uidelicet magni, atq; duri propter æstatem præteritã, in qua plurimum aquæ, olerum, & fructuum assumitur: leguntur enim in lib. de Inter. aff. morbi quinque splenici, & quintus est, qui fit autumno, maximè ab atra bile. fit autem ab olerum multorum, quæ cruda edun-tur, esu, & ab aquæ potu. patitur itaq; æger hæc. cum malus corripuerit; splenem uehementer dolet, & rigor, & febris apprehendit, & inedia ipsum habet, ac cibos auersatur, & corpus cito consumitur. splen autem magnus non ualde fit, sed durus, & ad uiscera allabitur, & adhærens surgit. Hæc Hipp. qui postea subiungit. Et aquæ intercutem fiunt: nam sic ait in lib. de ae. aq. & lo. hydropes plurimi, ac lethalissimi fiunt ab aquis lacustribus, ac palustribus. atque has bibit homo præsertim temporibus æstiuis, autumnali uerò morbus innoresçit. fiunt etiam hæ ex febre ardente, quæ maximè æstate corripit, ut habemus in lib. 7. de mor. popu. fiunt & ex quartanis, ut legitur in lib. de ae. aq. & lo. & ab alijs longis morbis, & à splene: etenim scriptum est in li. de Affect. aqua inter cutem fit plerunq;

cum

cum quis ex longo morbo impurgatus multo tempore manet: corrumpuntur enim carnes, & liquantur, & fit aqua. fit etiam hydrops à ſplene, cum ægrotauerit: & ab hepate, & à pituita alba, à dyſenteria, ac lienteria. & in hydropes ſplenicus morbus degenerat his, quibus pharmacorum potiones nihil proficiũt. Tabes fit, ſiue emaciatio, & carnium conſumptio ob ſiccitatem humoris, uel temporis anni: in ſiccitatibus enim tabes plerunq; fiunt, ut dixit antea in apho. 16. itaque autumnus, qui frigidus eſt, & ſiccus, tabidis malus. Atque hanc ob rem urinæ corripiunt ſtillicidia, & dyſenteriæ potiſſimũm naturis bilioſis, lienteriæ uerò pituitoſis. Coxendicum dolores apprehendunt non ob præſentem ſolùm anni tempus; ſed ob anteactam æſtatem: legitur enim in lib. de Inter. affectio. ſiquis diutius in ſole uerſetur, & coxẽdices fuerint calfacti, & humor, qui eſt in articulis à calore fuerit reſiccatus; æger articulos uertere, aut mouere nõ põt præ dolore, qui eſt in ipſis, & eo q̃ uerticula ſunt compacta. dolent autem maximè lumbos, & uerticula ex obliquo iuxta coxendices, & genua. Fit autem à bile, & à pituita. fit item à ſanguine dolor conſimilis, uelut ab oĩbus morbis. Et in lib. de Affect. morbus hic fit, cũm bilis, & pituita in ſanguifluam venam incubuerint: aut ex alio morbo, aut aliter quantumcunq; ſanguinis à pituita, & bile compactum ægrotarit: hic enim per crus vagatur per ſanguifluam venam, & vbi conſtiterit, ibi etiam dolor manifeſtus fit. Anginæ quoq; fiunt hoc tẽpore autumnali, cum fluxio calida, & nitroſa de capite defluxerit, vipote ex tempore acris, & calida facta. ſic in lib. de Vict. rat. in mor. acu. Anhelationes præterea, quæ

à Græcis

à Græcis asthmata dicũtur ab eadẽ materia proueniunt, cum scilicet calida, & nitrosa è capite defluxerit in prima, vel secunda autumnii parte, vel frigida & humida in tertia: cum enim vt legitur in lib. de mor. fac. descenderit pituita frigida ad pulmonẽ, aut ad cor; perfrigeratur sanguis. venæ autem violenter perfrigeratæ ad pulmonẽ, & ad cor assiliunt, & cor palpitat, vt præ hac necessitate anhelationes incidant, & spiratio cerui-ce erecta: non enim spiritum suscipere potest, donec id, quod influxit, à sanguine superatum fuerit, & calefactũ in venas fuerit diffusum. Illei porrò autumno fiunt, non omnes autem, sed quædã species, quæ volnulus hæmatites appellatur. incipit, vt reperimus in lib. de Inter. affectio. hic morbus fieri autumno. ex ore maleolet, à dentibus gingiuæ abscedũt, & à naribus sanguis fluit. aliquando ex cruribus vlcera fiunt. color niger fit, & cutis tenuis. est autem ad deambulandum, ac laborandum promptus. fit & alius volnulus hyeme, & alius æstate, de quibus egit Hipp. in lib. dicto de Inter. affect. Morbi ad hæc comitiales excitantur: nam scribit in lib. 6. de mor. popin fine. Atrabiliarij comitiali morbo corripi plerunq; solent, & vicissim comitiales fieri solent atrabiliarij. vterq; autẽ morbus magis fit, prout ad alteram partem inclinarit: siquidẽ enim ad corpus inclinarit; comitiales fiunt: si verò ad animum; atrabiliarij melancholici dicti. Sed atra bilis autumno florer. iure igitur euenit, vt hoc tempore morbi comitiales, qui ab atra bile ortum trahunt, moueantur. Furores etiam & atra bilis accidunt autumno ac potissimum à bile, vt dicunt, adusta: inquit enim Hip. in lib. de ae. aq. & lo. biliosis infestissimum est tempus autumnale:

valde

valde enim exiccantur, accidunt q; eis lippitudines aridæ, & febres acutæ, ac diuturnæ, & aliquibus bilis atra: siquidē quod liquidissimū est, ac aquosissimum in bile, consumitur: densissimum verò, & acerrimū relinquitur. quod idem accidit secundum eandem rationē & circa sanguinem. Ex hac igitur materia biliosa acerrima relicta fieri potest furor, ex alijs verò humoribus exiccatis atra bilis, vel melancholica alia affectio: nam scriptum est in lib. de mor. sac. qui à pituita insaniunt, quieti sunt, & non vociferantur, neq; tumultuantur. qui verò à bile, vociferatores sunt, & malefici, & non quieti, & semper aliquid intempestiuum faciunt.

APHOR. XXIII.

Hyeme verò morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines atque rauceditines, tusses, dolores pectoris & laterum, atq; lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexia.

Quos producat morbos hyems, explicat. atq; hi tametsi modò humiditatem acrem & biliosam, modò pituitosam habēt causam; tamen à pituita hyeme tales morbi maxima ex parte oriuntur. inquit enim Hip. in lib. de Nat. hu Pituita in homine hyeme augetur: hæc enim hyemi maximè secundum naturam conuenit ex omnibus in corpore existentibus: frigidissima enim existit. signa autē hæc sunt. si pituitam, & bilem, & sanguinem contingere libuerit; pituitam sanè frigidissimam esse comperies, quāuis viscosissima sit, & per vim maximè post bilem atram trahatur. quæ verò per vim trahuntur, calidiora fiunt à violentia

uiolentia coacta, sed tamē supra hæc omnia, frigidissima esse apparet pituita ex sua ipsius natura. quòd autem hyems corpus pituita repleat, inde cognoscere datur, ꝙ homines pituitosissima spuunt, & emungunt hyeme, & tumores laxi albissimi fiunt maximè hoc tempore, itemq; reliqui morbi pituitosi. Hæc Hip. de materia morborum, qui hyeme inuadūt. Et in li. de. sal. diæ: quā corporis partem occupent, sic legitur. Hyemale tempus pituitosius est æstiuo, & morbi circa caput fiunt, & regionem eam, quæ est supra septū trai suersum. Et in lib. 4. de mor. asserit pituitæ fontem caput esse. A pituita igitur tempore hyemali in capite, & thorace collecta generantur morbi laterales, & alij, quos nominat Hippo. si enim in capite existat, defluit uel per venas, uel per arteriā tracheam. fluxiones autem fiunt propter frigus; cum caro in capite, & venæ tensæ fuerint: hæ enim horrente carne, & ad angustias perueniente, adstrictaq;, ac excludente humiditatem exprimunt: fluit etiam propter caliditatē; cum carnes rarefactæ transitus præbuerint, & humor calefactus tenuior redditus fuerit. pars quoque sicca trahit, & ducit fluxionem, & partes supernæ magis sunt humidæ, quàm infernæ: uenæ enim plures suprà sunt, quàm infrà, & carnes in capite minori humiditate opus habent. hæc in lib. de loc. in ho. de catarrhi, siue fluxionum causis. colligunt̄ præterea pituitosæ humiditates in thorace hoc anni tempore ex reliquis corporis partibus: gignit enim hyems per uniuersum corpus pituitam, sed caput fons existit ei: siquidem natura ipsi admodum conuenit. trahitur in pe-
&us vtpote calidius, vel aliqua de causa uioleti. huiusmodi quidem materia si in latus decum-

bat;

bat; fiunt morbi laterales : si in pulmonem ; is inflammationē patitur. Si uerò à capite in nares, & fauces defluat; grauedo, raucedo, & tussis. si in pectoris quanlibet partem; ibi dolor excitatur. si uerò pituita in capite maneat, eaq; multa; exurgūt capitis dolores, uertigines, & apoplexiæ, in lib. de loc. in ho. talia habemus. Cur autem, si pituita multa in capite maneat; huiusmodi orian tur affectiones, retulit in lib. de uict. rat. in mor. acu. & sensit causam esse humorem, qui sanguini admiscetur, atque impedit, ne spiritus per uias naturales discurrāt. sed de his proprijs locis.

APHOR. XXIIII.

In ætatibus autem talia contingunt, pa-
uis & nuper natis puerulis oris vlcera (quæ
Aphthæ vocantur) vomitus, tusses, vigilia,
pauores, umbilici inflammationes, aurium
humiditates.

Sicut se habent anni tempora inter se, & ad partes hominis naturales, non naturales, circunstantes, ac tandem præternaturales; sic partes naturales inter se respondent, & ad alia. de nonnullis rebus egit Hip. circunstātibus, quæ sunt anni tempora; nunc ad ætates transit, q̄ sunt inter partes naturales, uel naturam insequentes, ac primū quos morbos infantia producat, recenset. atq; hi sunt oris exulcerationes, q̄ aphthæ appellantur. fiunt ab humore, qui naturā bilis refert: etenim & tpe æstiuo fiūt, ut antea in aph. 21. retulit, oris ulcerationes. Et in lib. de Coa. præ. ora feruido aphthæ ulcere affecta uterum gestantibus non sunt bona. nū & alui humectantur: Vomitus etiā his accidunt ob uentriculis imbecillitatem: qui

nec multam lactis copiam, nec qualitatem, siqua noxia afferatur, sustinet. tamen, ut scribit in li. 1. de diæ. uomitus humidioribus naturis conducit. Tussis præterea infestat. atque hoc loco aduertendum est illud, quod in lib. de Denti. legitur, ꝙ quibus infantibus in sugendo tussis instat, uuã maiorem habere solent. Vigiliæ fiunt. unde in li. de Coa. præ. pueris febris acuta, & aluus supressa cum uigilijs, & calcitrare, & colorem mutare, & ruborem habere cõuulsorium est Pauores apprehendunt quoque eos hoc pacto. Inquit Hipp. in lib. de mor. sac. si terrores, ac timores accedant; à cerebri transmutatione id contingit. transmutatur autem, dum calescit. calescit autem præ bile, ubi ad cerebrum impetum fecerit ex corpore per uenas hæmatitidas, siue sanguinarias appellatas, & timor adest, donec rursus redierit in venas, ac corpus. deinde quiescit. Vmbilici in flãmationes oriri facilè possunt, nisi attenuetur, ac resiccetur inciſus: scriptum est enim in lib de Octi. par. cũ infans in exitu fuerit; reliquæ partes omnes aperiuntur, vmbilicus autem attenuatur, conniuet ac resiccatur, quemadmodum in his, quæ ex terra nascuntur, fructus pleni, & maturi secernũtur, ac decidunt. sic pueris maturis, ac perfectis umbilicus deciditur. Aurium tandem humiditates nascuntur: nam attenuatur in capite pituita, quæ ad aures penetrat. sic habetur in lib. 2. de mor.

APHOR. XXV.

In progressu verò quum iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alui profluuia, & maximè quum Canini edunt dentes, & his præsertim pueris, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent.

Sentire

Sentire incipiunt pueri, vbi ſeptem menſes à natiuitate impleuerũt, vt apparet in lib. de ſepti. partu. primum autem gingiuæ pruriunt. Febres quoq; ,conuulſiones,& alui profluuia eueniunt. Verùm ſcriptũ eſt in lib. de Denti. Quibus in dentitione febris acuta accedit, parum cõuelluntur. quibus amplius aluus ſubducit, minus cõuelluntur, quàm quibus parum. ſed qui dentientes habitiores manent, & altiore ſomno vtuntur, periculum eſt, ne conuulſione corripiantur. ſed non omnes in dentitione conuulſi moriuntur, ſed multi ſeruantur.

APHOR. XXVI.

Quum verò iam magis adoleuerint: Tonſillæ, & vertebræ, quæ in occipitio ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græci aſthmata vocant, calculi, lumbrici rotundi, Aſcarides, verrucæ, quas Græci acrochordonas vocant, ſatyriæ, ſtrumæ, & alia tuberacula, ſed præcipuè anredicta.

Legitur in lib. de Gland. Collum ab utraq; ſui parte hinc, & hinc glandulas habet. & uocantur hæ, tonſillæ, quarum uſus eſt, vt in eas fluxio vergat è capite, & nihil moleſtet, ſi pauca, & moderata fluxio fuerit, & ipſæ glandulæ valde, ac potentes extiterint. ſi multa, & acris, & talis manſerit, & glutinoſa; inflammatur, & intumeſcit, & collum diſtẽditur. ſi pituitoſa, ac multa; ſtrumas generat. ſi copioſa, & acris, & ſeroſa; tubercula producit. de tonſillarũ verò vlcerib' copiosè tractatur in lib. de Denti. Vertebræ luxationes fiũt, de quibus legitur ſic in lib. de Coa. præno. Quibus vertebra intro conſidet, & ſpiritus retrahi-

tur, & uox strangulatoria est, his in fine, uelut contrahente quodam spiritus fit. Crebri anhelitus, siue asthmata his accidunt, defluente à capite pituita per uenas ad pectus, ut in lib. de mor. sac. scriptum est. Fit asthma non solum in hac ætatis pueritis parte, sed in uirili, ut refert in apho. 30. huius lib. & in senibus, ut in aph. 31. eiusdem lib. Calculi his fiunt pueris ex lacte si non salubre fuerit, sed ualde calidum, ac biliosum: calefit enim urina talis, & aduritur, & quod in ipsa est tenuissimum, discernitur, & quod purissimum est, transit, & emingitur: quod uerò crassissimũ, ac turbidissimum est, coaceruatur, & concrescit. hæc in li. de aer. aq. & loc. & in lib. 4. de mor. Lumbrici quoq; rotundi, ascarides quę molestant hanc ætatem. sunt autem lumbricorum tres species, rotundi, lati, & ascarides. ultimi sunt tenues. Verrucæ quædam, ac strumæ, quæ à tonsillis tumidis ortum trahunt ex humore potissimum pituitoso. in lib. autẽ. 2. præd. legitur. tubercula suppurata fiũt, & strumosa plurimos pueros occupant, & facillimè ex his liberantur. senioribus uerò pueris, & adolescentibus minus quidem oriuntur, sed difficilius ab ipsis liberantur. uiris autem talia quidem tubercula non ualde fiunt, sed ceria Græcis dicta ad modum faui concreta, horrenda, cancri occulti submersi, & ex pustulis nocturnis herpetes, donec sexaginta annos transmiserint. de strumis plura in lib. de Glan.

APHOR. XXVII.

Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem plurima ex his, & febres diu-

turnæ

turna magis, & ex naribus profluuia sanguinis.

Hæc habemus in lib. de Coa. præno. Morbi hĩ ante puberratem non fiunt, peripneumonia, pleuritis, podagra, nephritis, uarix circa tibiam, fluxus sanguineus, cancer non congenitus, uitiligo leuce dicta non à natura insita, defluxus medullæ spinalis, hæmorrhois, voluulus chordapsus appellatus, non cognatus. horum morborum nullum ante pubertatem fore expectandum est. uerùm ab anno decimo quarto usque ad quadragesimum secundum natura corporis morborum omnis generis ferax fit. rursus ab hac ætate usque ad annos sexaginta tres non fiunt strumæ, neq; lapis in uesica, nisi prius existat; neque defluxus medullæ spinalis; neque nephritis, nisi ex alia ætate comitentur, neque hæmorrhoides, neque fluxus sanguineus, nisi prius fuerit. hi usque ad senectutem absunt morbi. sic in li. de Coa. præ. ex quo percipimus quænã pubertas, ac adolescentia sit, & qui morbi sint illius ætatis proprij, & qui minimè. Fiunt præterea huic ætati febres magis, quàm præteritæ diuturnæ. harum signa habemus in li. de Iudica. ubi legitur: Febris diuturnæ signum sunt in manibus palpitationes, aut breues iudicationes in deterius. Et in lib. prog. & in Coa. præno. Febrem diuturnam urina cruenta in principio micta significat. Et ex naribus profluuia sanguinis accidunt: siquidem ætas illa ueri correspondet: tunc enim augetur sanguis ab imbribus, & calidorum dierum tepore, quemadmodum placet Hipp. in lib. de Nat. hu.

APHOR. XXVIII.

Plurima autem passiones puerulis iudicantur, nonnullæ quidem in quadragintæ diebus, nonnullæ in septem mensibus, nonnullæ verò in annis septem, quædam verò iam ad pubem accedentibus. Quæ verò permanserint, nec in pubertate finierint puerulis, aut fœminis quum menstrua erumpunt, consenescere consueuerunt.

Sicut se habent anni tẽpora inter se, sic ætates inter se: & quam rationem habent morbi ad anni tempora, eandem ad ætates: & quam ad anni temporum partes, eandem ad ætatum partes. causa autem huius rationis est aut natura hominis aut rerum non naturalium, aut circumstantium, aut præternaturalium inter se, aut ad alia. Natura humana si ualida existat; breui morbum terminat. naturam appellant has partes, quæ à natiuitate homini insunt, ut calor, spiritus, temperamentũ, humores, partes tum similares, tum dissimilares. Non naturam nuncupantur his additæ partes, dummodo usum excedant, ueluti si humores adsint copiosiores, vel aliqua vi actiua, vel passiua præditi, quæ inutilis, imo noxia sit corpori humano. hi non naturales sunt, sed potius præter naturam. vnde effectus præternaturalis resultat, qui & morbus, & morbi symptoma dicitur. Hos comitantur concausæ, vt anni tempus, locus, modus, occasio, & id genenis. si igitur vires sint robustæ, humor morbum producens paucus, vel benignus, res non naturales non accidant nec intempestiuè, nec supra modum, faueant

ueant locus, anni tempus, occasio, & alia; morbus quàm breuissimo consumetur tempore. si vel virtus debilis, vel humor multus, vel contumax, vel res non naturales iniquè agant, vel circunstantes, vel præternaturales; diu permanent. his de causis nonnulli morbi quarto die, vel septimo decernunt, quidam quartodecimo, quidam vigesimo, quadragesimo, alij in sex mensibus, alij in anno. de his autem crisis temporibus in secundo libro plura scripsimus. Attamen, vt ea comprobemus hoc loco, quæ diximus, legitur in lib. 1. de mor. multum refert ad facilẽ, ac difficilem curationem vir sit, an mulier, qui morbũ haber, iuuenis, an senex, mulier anicula, an iuuencula: & tempus à tempore differt, in quo ægrotant. interest item, an ex alio morbo ægrotent, an non ex alio. differt etiam affectus ab affectu, maior à minore, corpus à corpore, & curatio à curatione. his autem sic inter se differentibus, necesse est etiam tempus diuturnitatis differre, & alijs longius fieri, aliis breuius: & alios perire, alios non: & morbos alijs durabiliores esse, & maiores, alijs minores, & breuis temporis: alijs permanere usque ad senectutem, & commori, alios perire ab ipsis breui.

APHOR. XXIX.

Iuuenibus autem sanguinis spuitiones; tabes, febres acutæ, morbus comitialis, & alii, sed præcipuè antedicti.

Cum iuuentus æstati respondeat; quos parit æstas morbos, eosdem, si harum rationem habeamus, iuuentus gignit: nam, cum uere, & prima æstate sanguis plurimus sit in hac ætate; non

inconuenit uenas eis aperiri. Cur uerò iuuenibus magis, quàm senioribus, id fiat, his uerbis explicat Hip. in lib. 1. de mor. ubi de uena loquitur rupta, Iuniori utpote qui habet corporis uigorem, & siccitatem, & carnem densam, ac robustam, & ad ipsa ossa assidentem, cute circum ipsam circuntenta; cum aliquid amplius laborāt solito magis, & derepente, conuulsiones uehementes fiunt, & ruptiones multæ, ac omnigenæ uenarum, ac carnium. Tabes his accidunt, siue ex uena rupta, siue alia de causa etenim in lib. 7. apho. 75. idem inquit à sanguinis uomitu tabes, & puris purgatio supra. fit etiam tabes iuuenibus non à uena rupta, sed si Veneri operam nimium dederint. hanc tabem appellat in lib. 2. de mor. dorsalem. & ait. Dorsalis tabes à medulla fit. corripit autem maximè recentes sponsos, & Veneri deditos. sunt autem sine febre, & bene cibum capiunt, ac consumuntur. & si interroges; dicet sibi supernè de capite in spinā uelut formicas descendere uideri & ubi mingit, aut uentrem exonerat; prodit ipsi genitale semen multum, ac liquidum, & genitura in utero non manet, & in somnis semen profundit, siue dormiat cum uxore, siue non. &, cum iter fecerit, aut cucurrerit tum alias, tum ad accliue locum; anhelatio, ac debilitas ipsum corripit, & capitis grauitas, & aures sonant. hunc temporis progressu ubi febres fortes ipsum corripuerint, perdunt febres lypiriæ. si rupta igitur uena fuerit vel Veneri sint deditis, quod proprium est iuuentutis uitium, iuuenes in tabem incidunt. In febres deinde acutas irruunt uel à uenæ ruptione, uel à natura. à ruptione uenæ, ut accipimus in li. 1. de mor. loco citato, ubi hæc

uerba

uerba extant. In iuniore utpote cum sint affectiones uehementiores, & purgatio pro sputi ratione non fiat; & febres acutiores, & frequentiores fiunt, & dolores acuti incidunt tum in ipso affectionis loco, tum in reliquo corpore, nimirum cum uenæ sint robustæ, ac sanguine plenæ. ubi uerò hæ percalescunt; dolores ab ipsis transiliunt aliàs ad aliam corporis partem: At hi plerunque breui perimuntur. Ab eorum natura febris prouenit acuta, ut legitur in lib. 1. apho. 14. hoc pacto: febres senibus non similiter acutæ fiunt; frigidum enim eorum corpus: contrà scilicet iuuenum calidum. Morbus præterea comitialis fit iuuenibus, sed non omnibus: nam in lib. de mor. sac. scripsit Hippo. postquam uiginti anni præterierint; nō amplius hic morbus corripit præter quam paucos, aut nullum, nisi ex puero connutritus fuerit: uenæ enim plenæ sunt, & cerebrum compactum est, & adstrictum. quare nō defluit scilicet pituita in uenas. si uerò defluxerit; sanguinem, qui multus existit, ac calidus, non superat. in quo uerò à puero augmentum cepit, ac connutritus est, in eo per consuetudinem facit, ut in mutationibus uentorum patiatur, & ut plurimo morbo sacro corripiatur, præcipuè australi, & humida aeris constitutione, & liberatio difficulter contingat: cerebrum enim humidius, quā ex natura fit, & præ pituita inundat: ut defluxiones quidem frequentiores fiant, non autem amplius possibile sit pituitā excerni, neque cerebrum exiccari: sed perrigatur, & humidum existit. Fiunt etiam in hac iuuenili ætate alij morbi: ab anno enim decimo quarto, ut proditum est in lib. de Coa. præno. usque ad quadragesimum secundum natura corporis fit morbo-

rum

rum omnis generis ferax. tamen prædicti morbi maximè hæc ætas profert.

APHOR. XXX.

Vltra hanc ætatem, asthma, id est creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenetides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates intestinorum, leuitates intestinorum, hæmorrhoides.

Aetas, quæ iuuentutem sequitur, autumno cõparatur, ac proportione respondet. cum autẽ autumnus sit anni tempus siccum, ac frigidum, sicut antea explicauimus ex Hip. sententia in lib. de Nat. hu: cum præterea ætas iuuenturem sequens sit frigida & sicca, ut etiam ostendimus; fit, vt sicut ob æstatem anteactam autumnus siccus euadat, & ob propriam naturam; sic ætas virilis ob naturam propriam, & præteritam iuuentutem sicca sit. hæc uerò siccitas potissimum in partibus corporis excarnibus apparet, vt in pectore. locus autem quiuis exiccatus potissimum caliditate adiutus attrahit ad se humiditatẽ, siqua adsit: magis enim est siccitas actiua, quã humiditas. trahit autem ex capite, & alijs corporis partibus. unde dixit Hip. in apho. 22. huius libri, fiunt hoc anni tempore asthmata, pleuritides, & peripneumoniæ eadem de causa, & phrenitides, & causi: nam plures huius ætatis homines uentres infernos crudos habere, & siccos est necesse, supernos verò fluuidiores, biliososq; magis, quã pituitosos esse. quare morbi peculiares his sunt pleuritides, & quos acutos esse receptum est. sic censet Hippo. in lib. de ae. aq. & lo. vbi de locis ad borealem flatum sitis tractat: loca enim borealia,

realia, autumnus, & ætas uirilis inter se habent rationem. Lethargi, ac phrenitides ferè eundem locum occupare videtur: phrenitis enim vt Hip. placet, est septi transuersi inflammatio, ut aliàs in his libris ostendemus. Quòd uerò lethargus sit passio quoque huius partis uel saltem pectoris declarant in lib. 3. de mor. his uerbis. Morbi lethargi appellati idem est status, qui & peripneumoniæ: verùm difficilior, & non omnino liber, ac remotus est ab humida peripneumonia. sed multò tardior est morbus. patitur autem ager hæc. tussis, & sopor ipsum tenet, & saliuam multam, ac liquidam educit, & ualde impotens est. Et antea in lib. 2. hæc signa confirmat, & addit. & nugas garrit, & ubi nugari desierit; dormit. & recrementum malè olens egerit, multum, & liquidum, cum moriturus est. huic ualde exigua uitæ spes est. Vbi porrò collectus sit humor, quem siccitas traxit tum ex capite, tum ex reliquo corpore in superiorem uentrem uel ibi manet, vel fluit. si remanet; fiunt morbi acuti prædicti. si uerò fluat per uenas ad infernã aluum; fiũt lienteriæ, dysenteriæ, & diarrhoeæ. si per uenas tantum, & in his persistat; fiunt aliæ passiones, quemadmodum hæmorrhoides, si in illas defluat. Hæc confirmat Hipp. in lib. de Affectio. ubi de hac triplici alui fluxione agit. & inquit. Hi morbi, dysenteria, inquam, lienteria, ac diarrhœa, consimiles sunt. & oporret ipsos sic sanare, ut defluxum à capite, & superiore uentre auertas: morbi enim natura hinc est. Caput uerò, & uenter superior pituitam, & bilem deiegant, ut in eodem loco docet Hipp. qui & in lib. de hæmor. loquitur sic de his. cum bilis, aut pituita ad uenas recti intestini decubuerit; sanguinem;

nem, qui in uenis est, calefacit. calescentes autē uenæ ex uicinis uenulis sanguinem attrahunt. &, ubi replētur; interna sedis pars intumescit, & capita uenarum superemiment: & partim, dum à stercore exeunte cōprimuntur, partim dū è coacernato sanguine coguntur, sanguinē eiaculant.

APHOR. XXXI.

Senibus spirandi difficultates, destillationes cum tusse, urinæ stillicidia, urinæ difficultates, articulorum dolores, renum passiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alui, oculorum & narium humiditates, visus obtusus, glaucedines, auditus graues.

Similis est senectus hyemi, cuius natura est frigida, & humida: sic senum corpora sunt frigida, ut docuit Hip. in lib. 1. apho. 14. & humida: nam, ut legitur in li. 1. de diæ. In hac ætate ignis recessus contingit, aquæ autē accessus: & siccorū quidem sublatio, humidorū autem status. partes tamen naturales ob ætatis decursum exiccatæ his sunt. cū igitur calores inopiā patiantur; cōcoctio alimenti non fit his nisi imperfecta, nec distributio, nec expulsio est ualida excrementorū. quare cum ob caloris penuriam uigor fortis non insit, carnes circum ossa diffluāt, & cutis circū carnes, & ipsa caro rara fit, & debilis, uenæ, & arteriæ ob sangūines desertæ, & quæuis particula neruosa naturali humiditate spoliata, & aduentitia resta; fit, ut nullum instrumentū possit propriū munus perfectè obire pp caloris defectū, & propriæ humiditatis ablationem, & aduentitiæ additionem: nam cum alimentū eis in pituitā uertatur, hæc uerò sedem habeat in capite; à qua libet

leui

leui causa mota fuit. quare senectus ꝓpter duas causas in morbos incidit. altera est siccitas, amota naturali caliditate, & humiditate: altera est aduentitia humiditas ab alimento incocto potissimum petita. huiusmodi pituita defluit per uenas in totū corpus, sed in capite maxime manet fluit autem, & fluxiones e capite sunt hæ, ut haberur in li. de loc. in homi. in nares scilicet, in aures, in oculos, in thoracem, in medullam retro ad uertebras, & in carnes. & in lib. de Gland. fluxiones de capite usq; ad secretionē cōtingūr, per aures secundum naturam, per oculos, & per nares. & aliæ per palatum in guttur, & in gulā, & aliæ per uenas in medullam spinalē, & in sanguinē. Itaq; quā attigetit partem fluens humiditas; ipsam lædit. si arteriam tracheam petierit; tussis fiet. si pulmonis bronchij impleātur; difficilis redditur anhelitus. si ad urinarios peruenerit meatus urinæ sese immiscens; uel stillicidium, uel difficilem reddet motum mingendi. si ad renes; morbos renum inducet. si ad articulos, hi dolore uexabuntur. si in uentrē fluxio fuerit; profluuia alui apprehendunt. si in sanguinem; malus fiet habitus. & si quid calefiat, ut parūper aduratur; pruritus totius corporis effluet. verū, si fluxio per uenas fiat magnas, ut per iugulares appellatas, uel per cauā adeo, ut spiritus percurrere non possint; fiunt conuulsiones, epilepsiæ, apoplexiæ, sed & vertigines. ut in lib. de vict. rat. in mor. acu. in lib. de mor. fac. in lib. de Gland. & de lo. in ho. si ad oculos, uel nares, uel aures hi hument. &, cum instrumenta lædantur; fit & uisus obtusus, & auditus grauis. Hæc eueniunt senib' mala, si pituitosi humores è capite fluāt. sed, si in singulis corporis partibus ob caloris imbecillitatem,

becillitatē, gignantur: torporē, stuporēq; in corpus inducunt, ac præsertim in partem eam, quæ magis hoc abundet humore. atq; alia producūt incōmoda pituitosa. At verò, si partes sensibus, ac motui seruientes sint & natiuo calore, & humiditate priuatæ; siccitas morbos uel eosdem, quos aliena humiditas generauit, uel oppositos creat: pulmo. n. exiccatus difficilē præstat anhelitū. guttatim urina stillat, dū partes humorē alienum sibi tribuunt. redditurque difficilis propter debilē calorem, & instrumentorum inobediētiā. dolores excitātur articulares à siccitate motum impediēte, & anima imperāte: uertigines, & apoplexiæ fiunt, cum spiritus exiccati sunt. sic malus gignitur habitus, & totum corpus pruritu tentatur. uigiliæ inducuntur a siccitate. alui durities. uisus glaucus, & auditꝰ obtusus, ac grauis fertur, exiccatis particulis, quæ suscipere minimè possunt obiecta sensibilia. Cæterùm, si & siccitas adsit siue humoris naturalis absentia, & alieni præsentia; quæ harum vincet, ea propria mouebit damna. & si neutra; quid tertium exurget.

IOANNIS

IOANNIS MARINELLI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS. IIII.

APHOR. I.

Vtero gerentes sunt medicandæ, si materia turget, quarto mense, & vsque ad septimum sed has minus. Iuniora autem & seniora uereri oportet.

IN medicamento purgante exhibendo. inspiciat medicus medicamenti naturam, & eius qui assumere id debet. considerer etiam modos internos, & externos tum hominis, tum pharmaci, quemadmodum nos Hip. admonet pluribus apho. in hoc quarto libro: ubi primo loco proponit mulierem purgandam, cuius natura est perpendenda. addit secundò necessitatem, quæ cogat purgationem, quæ sumi potest a morbo, ab eius causa, et à symptomatibus. tertiò contra hit modum additum, cui adiungit alium, hoc est, prægnantē. His modis una copulatis sententiam

tiam hanc profert quarto menſe vſq; ad ſeptimũ purgare poſſe : nam ante quartum periculoſam eſſe aperit ; cum fœtus nõ in omnibus partibus, quæ ad eius naturam ſpectant, ſit perfectus. nam legitur in lib. de Geni. articulatio cõtingit in fœmella in diebus quadraginta duobus, in maſculo in triginta : genitura. n. fœminea debilior eſt, ac humidior, quàm maſcula. qua de re nondum eſt abſolutus fœtus . in lib. autem de ſepti. par. fertur abortus plurimos in primis quadraginta diebus fieri. Et in lib. de alimento : ad figurationem ſoles triginta quinque, ad motum ſeptuaginta, ad perfectionem ducenti & decem. alii tradunt. ad formam quadraginta quinque, ad motũ ſeptuaginta ſex, ad exitum ducenti & decem, alii ſic. ad formam quinquaginta, ad primum ſaltum centum, ad perfectionem trecenti. alij ſic. ad diſcriminationem quadraginta, ad tranſitum octoginta, ad elapſum ducenti quadraginta. non eſt, & eſt. Hæc Hip. quæ nobis ſignificant primis tribus menſibus fœtum non omnino abſolutum eſſe ſecundum omnes partes uel naturales, uel naturam inſequentes. cum uerò poſtea completus ſit ; non ægrè fert, ſiqua moleſtia inferatur : quanquam Ariſt. in lib. 7. de nat. anima . cap. 4. aſſerit & quarto, & octauo menſe mulieres grauidas maximè infeſtari, & ſi uel quarto, uel octauo fœtus perierit ; ipſas quoque magna ex parte interire. ductum eũ arbitror ab aliqua improportione, quæ inter fœtum, & mulierem grauidam exiſtat : quæ ſumitur ab utriuſq; natura, uel ab naturam neceſſariò comitantibus. Verùm, ſi poſt ſeptimum menſem purgetur mulier prægnans ; periculum eſt, ne abortiat non propria ratione, ſed fœtus, cui cotilidones attenuantur, alimentaq;

taq; penuria adsit ob eius magnitudinem, atque propter medicamenta, quod à fœtu alibi uertit sanguinem. prægnans itaq; mulier à primo mensse ad quartum,& à septimo ad fœtus exitum uitet pharmaca purgantia,nisi opus sit.opus uerò est,si aut morbus, aut eius causa,aut symptoma aliquod tale existat, ut necessariò ad perniciem perducat, quemadmodum habemus in lib. 1. de mor.& ut aliàs scripsimus.

APHOR. II.

In medicationibus talia educere è corpore qualia & sponte prodeuntia, utilia: Quæ uerò contrario modo prodeunt, cohibere oportet.

Ad ea,quæ per medicamentum purgans educuntur, se confert Hip.& hunc inesse modum, asserit, ob quem ea causa è corpore educatur, quæ morbum gignit,ac conseruat.quod & à natura corpus nostrum regente, siquando oppressa sit,fieri sæpe uidemus,ac utilitatem percipimus: quã nõ affert nec uis morbi infestans naturam, nec causa humoralis irritans, nec quiduis aliud ex his,quæ non naturalia,& circunstantia appellantur. quapropter,si medicus pharmacum exibeat,quod ægro usui sit;bene res se habet.sin uerò minimè cõferat;ab opere desistat. Hunc aph. plenius explanauimus in lib. 1.aph.2.quem legere oportet.

APHOR. III.

Si qualia oportet purgari purgentur, cõfert, & leniter ferunt: Contraria uerò grauiter.

Bis explanatus est aph. in lib. 1. aph. 2. & 25. dat signum, an purgans pharmacum rectè propinatum fuerit, dum inquit, si uidelicet pharmaco exhibito purgatio conferat, & ægrotans leuiter ferat. cum autem non rectè; non confert, imo lædit ægrum.

APHOR. IIII.

Medicari æstate superiores magis, hyeme uerò inferiores.

His contraria leguntur in lib. de salub. diæt. uerba quidem sunt. sex menses hybernos uomendum est: hoc enim tempus pituitosius est æstiuo, & morbi circa caput fiunt, & regionem eam, quæ est supra septum transuersum. cum uerò æstas, ac calor fuerit; infusis utendum est: horra. n. hæc æstuosa est, & corpus biliosius, & lumbi, ac genua grauantur, & calores oboriuntur, & in uentre tormina fiunt. quare corpus perfrigerare oportet, & quæ in sublime eleuantur; infernè subducere ex istis locis. Qui autem hanc controuersiam dirimere uolunt, ij aduertant purgationem superiorum, siue uomitum pluribus de causis fieri: primùm si partes corporis magis huic, quã aliæ purgationi consentiant. deinde si res nõ naturales opẽ ferant, & circunstantes. postea si ad præternaturalia abolenda cõferat, ueluti ad morbum, uel eius causas, uel symptomata auferẽda. tandẽ uerò, si uomitio, uel alia euacuatio eductiua, uel reuulsiua conferat corpori uniuerso, uel partibus auxiliũ petentibus: hæc singula, uel plura simul copulata si vomitum postulant, confert, atq; is utilis existit uel sano, uel ægro corpori quouis anni tpe. Cũ igit calor æstiu' flauã bilẽ augeat q̃ cũ leuissima existat; partes supnas petit,

meatus

meatus adaperiat corporis noſtri, uentriculusq; imbecillis, ac languēs ſit, nec medicamentis reſiſtēs, imo obſequēs, aliaq; prædicta cōueniāt; uomitus fiat æſtiuo tempore. ſi uerò plurima diſſentiant; eum omittere oportet: hyeme enim cibos facillimè ferunt uentriculi. qua de re ad uomitū tunc inepti ſunt. idq; euenit ratione tēporis anni, quod facultates tum retinentes ac cōcoquentes, tum expellentes adiuuat. Si verò hyeme adeo pituita augeatur, ut caput, & ventrem ſupernum ladere poſſit; per uomitum arte educatur, niſi quid ex prædictis efficacius prohibeat.

APHOR. V.

Sub Cane, & antę Canem difficiles ſunt medicationes.

Non minimam partē, vt ait Hipp. in lib. de ae. aq. & lo. confert ad rem medicā ipſa aſtronomia, ſed omnino plurimam: cum unà cum temporibus & uentriculi in hominibus mutentur. Ventriculum aūt appellat Hip. in lib. de Arte, quamlibet noſtri corporis partem quæ cauitatem magnam, uel minimam habeat. cur autem hoc tempore difficiles ſint medicationes, ſcribit in li. de medi. purg. his verbis. Qui à febribus fortibus corripiuntur, his medicamenta purgatoria dare non oportet, donec remiſerit febris: ſin minus; ſaltem nō intra quatuordecim dies: carnes enim ipſorū, & ventres cū calidi ſint; medicamentum aſſumunt, & nihil depurgantur, & febris maior fit, & color euertitur, & morbi regij ſpeciē præſeferunt: commota enim bile, & non purgata, non ſorbere vult æger; neq; bibere, ſed omnia abominatur, & plerunq; perit. & ſubdit. Verùm, ſi alicui opus fuerit; infūſum per clyſterē adhibere pores,

quotiescunq; volueris: hoc.n.minoris est periculi.Iuxta eandem rationem,etiã tempore æstatis à Canis ortu per dies quinquaginta uitare oportet, & non dare medicamentum;sed infusis per clysterem uti : idem.n.periculum imminet. Hæc ex Hip.sed Arist.in par.26.prob.32.cur Cane oriente aer commutetur, differit. Cæterùm Hip. hunc confirmat aph.in lib. de aere , aq. & lo. & explanat hoc pacto. Maximè obseruare oportet magnas temporũ mutationes, vt neq; medicinas in illis libentes exhibeamus,neque uramus quæ circa uentrem , neq; secemus prius quam præterreant dies decem, aut plures ; & non pauciores. periculosissima sunt ambo solsticia , maximè uerò æstiuum . periculosum etiam æquinoctium utrunque , magis uerò autumnale . oportet autem & astrorum ortus considerare , & præcipuè Canis,deinde Arcturi,& Pleiadum occasum: morbi.n.in his maximè diebus iudicantur,aliiq;perimunt, alii uerò desinunt , aut in aliam speciem aliumque statum transmutantur.

APHOR. VI.

Graciles,& facile uomentes purgare superius,cauentes hyemem.

Vomitus uentrem compactum soluit , & egerentem magis,quàm oportet, sistit , illum quidẽ humectans,hunc uerò siccans. sic sentit Hipp.in lib.2.de mor. Verùm in lib.1.de diæ. Vomitus humidioribus naturis conducit,ut corpus depurgetur,siquid defectuosius labores nãsegerunt.Et in lib 2.Vomitus attenuant propter cibi euacuationem,nõ tamen siccant , siquis postridie rectè curet.sed humectant propter repletionẽ,& colliquationem carnis præ labore. si uerò quis sinat hæc postridie consumi in alimentum caliditati,

ditati,& diætam ſenſim adhibeat ; ſiccant.in lib. autem de loc.in ho.uomitus conducit fluxioni à capite.alia legantur in explanatione quarti aph. huius lib.Cum igitur vomitu vti conducat, inſpiciamus naturas corporum, quæ ſunt craſſæ, uel graciles:ſanæ,uel ægræ:bilioſæ,uel pituitoſæ: partes pectoris amplæ,uel anguſtæ,uel læſæ:collum longum,uel breue.conſideremus etiam anni tempus:nam facilis eſt uomitio æſtate : quia humores fluuidiores ſunt, meatus laxiores,partes corporis ſuperiores robuſtiores:contrà temporibus hybernis . adde,q facilior eſt,ſi gracilis ſit,facilè uomat', nec ſit pectore laborans . ſed cum & craſſis,& gracilibus vomere quandoque expediat; quare ſic uomitus faciendos eſſe proditum eſt in lib. de Salu . diæ. Quicunq; homines craſſi,ac pingues ſunt, & non graciles ieiuni uomant à curſu, aut ambulatione cita iuxta meridiē. ſit autem dimidia hemina hyſſopi in atque congio contriti . atque hoc ebibat, affuſo aceto,& adiecto ſale: quò iucundius euadat. bibat autem primum ſenſim , ac lentius , poſtea amplius , & citius . Qui uerò graciliores ſunt,ac debiliores à cibis vomitum faciant hoc modo. lotus calida præbibat meri heminam . deinde cibos omnigenos edat,& neque,dum cibum ſumit,neque à cibo bibat;ſed contineat ſe , donec quatuor ſtadia quis percurrat . deinde uina tria permixta ipſi in potu offerātur,auſterum,dulce ac acidum , primum quidem meracius , & paulatim , & per multum temporis ſpacium : deinde uerò dilutius,& citius, & multum . qui autem bis in menſe uomere cōſueuit, huic melius eſt , ut conſequenter in duobus diebus uomat , quàm per quintum , & decimum . ſed aliqui

penitus contrarium faciunt. Fiat autem potissimum vomitus ab his hominibus, qui pectus amplum, ac collum nec augustum, nec longum habent, temporibus æstiuis ob dictas causas, consentientibus aliis partibus tum naturalibus, tum non naturalibus, ac præternaturalibus. sed, cum sanum sit corpus, ac uomere conducat; uomat quidem in temporum murationibus, ut Aristo. placet in par. 1. prob. 4. ubi inuestigat, cur vomitus cum tempora immutantur; citari maximè debeat. & inquit. ne conturbatio redundet? cum uaria excrementa materiæ inutilis ex imurandi ratione proueniant. unde fit, ut cibum alij parũ concoquant, alij parum cupiant.

APHOR. VIII.

Vomentes verò difficulter; & mediocriter bene carnosos, per inferiora, cauentes æstatem.

Qui ægrè uomunt, & satis carnosi existunt, quanquam æstas adest; ad uomitum nõ sunt ducendi. sed euacuationem per partes infernas aggrediantur. quæ inferna purgatio minimè fieri debet temporibus æstiuis. sed abundè in superiori aphor. de his, quæ uomitioni conferant, locuti sumus.

APHOR. VIII I.

Tabidos verò cauentes, ad superiores purgationes.

Sunt quædã tabis species, quibus uomitio prodest, quemadmodũ illa, q̃ à pituita fit ex capite per uenas in pulmonem deueniente. atque illa;

quæ

quæ fit ex uenis magnis pituita repletis, de quibus singulis in lib. de inter. affectio. tractat Hip. Verùm, si pectus adeo læsum sit, vel q̃ in eo continentur, adeo affecta sint, vt per hæc tabidum euadat corpus; nullo est pacto moliendus vomitus: siquidem affectio augeretur in pectore, & calor maior, & attractio ab alienis partibus.

APHOR. IX.

Melãcholicos plenitis inferiores, eadem ratione contraria apponentes.

Sicut flaua bilis est omnium humorum leuissima; sic atra omnium grauissima, vt placet Hip. in lib. 4. de mor. Itaque propter grauitatẽ ad partes infernas descendit. vnde, cum euacuanda sit, ducere eam conuenit non per superas regiones, sed per inferas: habet enim momentum ex propria natura ad inferna. attamen, si natura regens & illam, & vniuersum nostrum corpus, traheret eam per venas ad cutim, uel ad ventriculum, vel ad sedem, vel ad crura; ei obtemperandum censet nec præter eius rationem: nam quanquam inconuenit terram supera loca petere, & ignem infera; tamen natura vniuersalis, cui singula elementa parent ad vniuersi conseruationem, & à qua esse omnium dependet, grauia sursum, & leuia deorsum leniter, ac blandè ducit. quare, si arros humores per partes infernas eduxerimus; id conuenier propriæ eorum naturæ: si per alias, ad quas natura regens deriuet, & empeſtiuè; non est præter rationem atræ bilis, cum proprium esse sit naturæ regentis.

APHOR. X.

Medicari in valde acutis, si materia turget, eadem die: Tardare enim in talibus malum est.

Ex sententia Hip. ostendimus in lib. 2. aph. 19. morbos acutos dubios appellari: propterea q̃ necessitatẽm non habent, vt homo ab his aut sanus euadat, aut moriatur; sed ad vtranq; partem æquè tendere videtur. Verùm, si æger in deterius proficiscatur, nec æquitatẽ priorem seruet; morbus dubius inclinat ad certitudinem. & hæc inclinatio est quædã necessitas, à qua medicus vrgeri debet ad purgationẽ faciendam: ne æger ad perniciem delabens pereat. hanc quidẽ necessitatem declarat morbus, eius causa, sed potissimũ symptomata, quæ nobis notiora plerunq; fiunt. hac de causa in morbis valde acutis prima die purgandum est corpus; si necessitas ea, quæ ducit ad interitum, nos cogat. nec aliud quicquam significare videtur verbum illud orgao ex Hipp. mente. sed de his legamus in lib. 2. aph. 19.

APHOR. XI.

Quibus torminа, & circa vmbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter soluitur, in hydropem siccam firmatur.

In lib. de Coa. præno. hic aph. sic legitur. Dolor supra vmbilicũ, & lumborũ dolor, si medicamentis nõ soluantur; in hydropem siccum desinunt. At hydropũ duæ sunt naturæ, vt habetur in lib. de Vict. rat. in mor. acu. quorum hypsarcidius ſi

hominem

hominem aggreditur ; vitari non poteſt. alter ex flatibus conſtat, & multa, & bona indiget fortuna. de hac verò ſecunda ſpecie hoc loco agere videtur Hip. quæ & à pluribus poteſt pendere cauſis. ſed ſymptomata recenſet præcipua, quæ ſunt tormina, & dolores circa vmbilicū, & lumborū dolor inſolubilis. De torminibus autē hæc ſcripta reperimus in lib. de Fla. ſunt aliquæ aliæ infirmitates, vt pote voluuli, agitationes inteſtinorum, tormina, & oppilationes. quòd autē hæ ipſæ omnes à flatibus cauſam habeant, nemini puto non eſſe manifeſtum : omnium enim horum cauſa eſt ſpiritus tranſitus: nam is cum cōtingit locos teneros, inconſuetos, ac prius intactos, quemadmodū ſpiculum infixum penetrans per carnem, perrumpit aliquando præcordia perens, aliquando ilia, imo quandoq; vtraq;. quare ſolent quidā calida fomenta extra adhibentes dolorem mitigare: rarefacto enim corpore à calore flatus exhalat. ſic Hip. de cauſa, quæ immediata, & cōiuncta torminū appellatur. Et de illa, ex qua vel gignitur flatus, vel tormina excitat, legitur in li. de Affect. n. 27. hoc pacto. Tormina, euacuato ventre, à ſanguine, ac muco pertranſeuntibus, & ad inteſtinum allabentibus fiunt. ſed & edulia flatus progignunt, vt in lib. de Affect. nu. 44. & de pituita quoque confirmat in lib. de Intet. affect. dicens. Cum in hepar pituita acceſſerit, & hepar ipſam ſuſceperit, & humectum fuerit ; ſtatim calorem inducit, & flatum. deinde temporis progreſſu aqua implerur. Dolores circa vmbilicum inteſtina affligunt affecta. vnde alimentum incoctum, & imperfectum fit : & hinc dolorum repetitorum cauſæ: ſunt enim inteſtīna, quæ alimentum præbent : ſcriptū nanq;

eſt in

est in lib.de carni.Venis ex ventre,ac intestini in quæ cibi,ac potus colliguntur, postquã hi fuerint calfacti,tenuissimũ,ac liquidissimũ trahunt crassissimũ autẽ,& fœx remanet , cõputrescitq; & fit stercus in inferioribus intestinis. Et in fin huius lib.legitur . Siquis in septem diebus nihil edere,aut bibere velit ; pleriq; in ipsis moriuntur. sunt etiã qui persuasi,vt ne desperarent se ipsos fame conficientes,sed comederent , ac biberent :verùm venter non amplius suscepit:ieiunii enim intestinum in his diebus concreuit, ac pereunt illi. At lumborum dolor quid conuulsorii habet,vt habemus in lib. 1.pror.siue præd.& alii gignit incommoda,quæ & in dicto lib.& in lib de Coa.præ. sunt audienda. læsis igitur tenuibus intestinis fit imperfecta concoctio,à qua imperfecti,ac crudi humores , è quibus flatus prodeũt dolorifici, ac siccum producentes hydropem.

APHOR. XII.

Quorum alui intestinorum leuitate laborant,hyberno tempore supra purgari,malũ.

Etsi vomitus ventrem compactum soluit , & egerentem plus, quàm oportet,sistit , vt est Hip sententia in lib.2.de mor.,& in lib.5.de mor.pop & in lib.6.aph.15.tamen hoc in loco non constat hyberno tempore id adhiberi debere remedium. cur autẽ vomitum prohibeat hoc tempore ex superioribus aph.percipi potest. Fit lienteria,quemadmodum legitur in lib.de Affect.cum ex capite,& superiori ventre pituitæ defluxus fit in ventrem inferiorẽ.quod vbi contingit;cibi ab ipso frigefiunt,ac humectantur.& secessus ipsorũ non putrefactorum velox contingit .& corpus liquescit,dum simul cibi per multũ tempus in ven

tre

tre non concoquuntur : & simul à ventre calid. præter naturam calescit. Hunc per eadē curato. velut à dysenteria detentos. dysentericos auter. antequā de lienteria loqueretur in eodē lib. si. curauit: & verba sunt . Huius vbi purgaueris caput pharmaco in potu exhibito, quod sursum pituitam purget, & aluum lacte cocto elueris; reliquum corpus curato. Ex quibus verbis facilè intelligimus vomitum citari oportere. id quod opponitur aph. sententiæ. sed, vt in superioribus explicauimus, plurium rerum rationē habere conuenit. Et paulò infrà subdit. Hi morbi , dysenteria inquam, lienteria, ac diarrhœa, siue profluuiū ventris consimiles sunt. & oportet ipsos sic sanare, vt defluxum à capite , & superiori ventre intercipias, aut auertas : morbi enim natura hinc est, & nemo sententiā quam reprehendet. hæc ex Hip. sententia de curatione lienteriæ , siue intestinorum leuitate. atque hanc curationem considerent medici .

APHOR. XIII.

Ad helleboros qui non facilè supra purgantur , eorum corpora ante potionem pluri cibo, atque quiete humectanda sunt .

Scribit Hipp. ac præsertim in libel. de hellebori usu . Si medicandum esse videbitur helleboro securus sursum purga , deorsum verò non . optimum verò his est victus rationē cōstituere. cum autem per vomitū maximè purget helleborus; si qui sint qui ægrè vomāt ; eorum corpora ante eius potionem sunt humectanda sunt : vt facilius humor educatur, vomendo. corpus autem humectat copiosus cibus , & quies, vt ipse refert . præterea,

terea, ut in lib.6.de mor.prop.sec.5.inquit.Qui ueratrum bibit,si citius purgare uolueris;lauare oportet,aut comedere. Et in lib.1.de diæ. Conuenit hellebori purgatio in uere post fomenta.Vberior igitur cibus,& quies, lotio,fomenta,& alia huius generis humectantia conferunt ante ueratri potionem. Sed postquam assumpsit, si uolueris magis ducere,corpus moueto:ubi uerò sistere; somnum facito, & ne moueto, ut habetur lib.4.aph.15.Quibus uerò conueniat, palam fit in lib.1.de diæ.n.35.& uerba sunt.Veratri purgatio à fomentis confert disipientibus, & stupidis.& in lib.de Vict.rat.in mor.acu.Veratrū his dare conuenit,quibus à capite fluxio fertur.quicunque verò ex abscessibus, aut venæ ruptura aut propter intemperantiam,aut ob aliam quandam fortem causam suppurati fiunt, talibus veratrum ne dato.

APHOR. XIIII.

Quum biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad somnos verò,atq; quietem,minus.Indicat autem nauigatio turbari motione corpus.

Quid faciendum sit ante hellebori potionem explicauit Hip.postquam verò assumpsit homo; consulit ad motus magis ducere oportere corpus, quàm ad somnos,quemadmodū nauigatio, quæ est motus quidam, declarat:siquidē is motus turbet corpora. sed eum præterea, qui veratrū bibit, si citius purgare volueris;lauare oportet,aut comedere.hæc quidem purgationem celeriorem præstant, hæc humectando, ac leniendo,illa autem humores mouendo,& partes corporis ad expulsionem excitando. huius celeris

purga-

purgationis causa princeps nec motus nauigatio nis, nec cibus, nec lotio existit; sed adiutrix.

APHOR. XV.

Quum volueris magis ducere helleborum, move corpus: quum verò sistere, somnum facito, & non moueto.

Sicut motus ante pharmaci exhibitionẽ exicando reddit corpus purgationi inobediens, contrà autem quies humectando præparat: sic assum pro medicamento, motus excitat calorem, calor spiritus, hi humores, atq; hinc tandem cũacuationem procurat. contrà autem, quies, & somnus, qui quies est quædam, post pharmaci potionem sistit hùmores, & purgationem faciendam: quin concoctionem præstat, vt in lib. de Vict. rat. in mor. acu. vbi legitur. In febre ut concoquatur vrina, siue humor; corpus quieti permittere necesse est, vngere, & æqualiter contegere, mulsamq; aquosam bibendã, & ptisanæ cremorem vesperi sorbendum dabis.

APHOR. XVI.

Carnes sanas habentibus helleborus periculosus: Facit enim conuulsionem.

Scriptum est etiam in lib. 2. apho. 36. Quorum sana sunt corpora, ij per medicamẽta euacuati, cito exoluuntur. Et apho. 37. Qui bene se habent corpore ægre ferunt medicationes. Ex his igitur tribus apho. cognoscimus suna corpora non purgationem desiderare potissimum eam, quæ uehemens sit purgatio: enim est humoris uitiosi, & non sani. sed quæ carnes, & quæ corpora sana censeat Hip. innotescit in lib. de Vlceri. his uerbis. Siccũ sano propius est, & humidũ non sano:

est

est enim vlcus humidum. quod uerò sanum est, siccum. Hæc Hip. quæ profectò uerissima existũt, cum humiditas est putredinis author, & causa. carnes itaque sanas, hoc est, siccas, non aliena humiditate refertas, sed robustas habentes si purgentur, per pharmacum minimè clemens, qualis est helleborus; in periculum incidunt, ne conuellantur: necesse est enim contractionem fieri, vbi siccitas maior, quàm par sit, adiungatur: nam omnis quidem conuulsio à siccitate, vel ab humiditate ortum ducit, sicut alias docuit Hip. quæ ab humiditate, curationi magis obedit, siccitas autem renitens est, & contumax.

APHOR. XVII.

Si quis febrem non habens, abstineat à cibo, & cordis morsum, seu vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit, purgatione indigere per superiora significat.

Non solùm de his, qui minimè febriunt, est uerus aph. sed & de febrientibus: scribit. n. Hipp. in li. 1. de mor. pop. sect. 2. In ardẽtibus febribus & in aliis, quibus colli dolor, & temporum grauitas, & caligo uertiginosa circa oculos, aut etiã præcordiorum distentio non cum dolore fit, his sanguis per nares erumpit. Quibus autem grauitates quidem totius capitis, oris autem uentriculi morsus adsunt, hi billiosa, & pituitosa uomũt. plerunque uerò pueris in talibus afflictionibus conuulsiones fiunt, mulieribus autem tum eadem, tum ab uteris dolores. senioribus autem, & quibus iam calor superatur, paraplegiæ uocatæ, leues siderationes, aut insaniæ, aut oculorum priuationes. In lib. autem prono. inquit. Quicunque in febre non lethali

dixerit

dixerit sibi caput dolere, aut etiam præ oculis obscurum quiddam apparere, si & oscüli ventris morsus huic accesserit; ei bilioſus vomitus aderit. Si verò etiam rigor accesserit, & partes infra præcordium frigidas habuerit; citius adhuc uomitus aderit. at, si quid ederit, aut biberit sub hoc tempus, ualde cito vomet. Eadē cōfirmat in lib. de Coa. præ. dum ait. Quibus scilicet febrientibus cibi fastidia sunt, & oris uētriculi morsus, & multum saliuæ; his nonnitus fit. Hæc Hipp. Si igitur febris adsit, comitenturq; prædicta symptomata; natura, siue potius febrilis calor expellet per vomitum humorem noxium: calor enim is pharmaci purgantis vicem gerit. si verò febris non tenuerit, os autē, vt recitat in lib. de Affect. amarū habuerit, & corpus grauetur, aliàs caput grauetur, & cibū auerſetur; sursum purgare oportet: signa enim superioris purgationis hæc sunt, & symptomata à bile, & pituita, quæ ventriculi os lædant: vnde & illi hæc eueniant incommoda per se, secundò autem, ac per consensum capiti, & oculis.

APHOR. XVIII.

Supra præcordia dolores, purgatione indigere per superiora significant. Quicunq; verò inferiora molestant, per inferiora.

Hoc pacto arguendum esse censeo. Dolores supra præcordia purgatione per superiora indigere significant: ad inferiora verò per inferiora. sed cibi fastidium, cordis morsus, vertigo, & oris amaritudo sunt dolores supra præcordia. hæc igitur molestantia indicant vomitum facere oportere. qua de re aph. præcedēs est pars minoris propoſi

tionis;

tionis: altera quidē pars explicabitur in aph. 20. Curationem recitat in lib. de Affectio. n. 14. & 15. & causam, dum inquit. Si febris nō tenuerit, os uerò amarum habuerit, & corpus grauetur, & cibum auersetur, pharmacum uomitorium scilicet dandum est. patitur autem hæc à bile; cum in uenas, & articulos incubuerit, & firmata fuerit. alij uerò dolores, qui in æstate circa uentrem fiunt, siquidem ad præcordia, & cor tenderint; aquā mulsam aquosam facito, & aceto tribus heminis affusis, tepidam bibendā dato. &, ubi modico tempore ipsam retinuerit, & igne, ac uestibus cōcalefactus fuerit; uomat. si uerò à uomitu rursus accesserint, ac suffocauerint; rursus uomitum facit. aut ipsum multa calida lotum, per clysterem sublue, & repefactoria adhibe, si affuerit dolor. patiuntur autem hæc maximè à pituita, cum commota ad cor allapsa fuerit. si uerò transierit dolor aliàs ad alium uentris locum, & febre carnerit; multa calida lauetur, & doloris gratia bibēda dentur, quæ in pleuritide sunt descripta, aut alia prout tibi uisum fuerit. si uerò à dolore non liberetur; p pharmacū deorsum subpurgetur. à cibis autem abstineat, quousque dolor affuerit. tales autem dolores, qui sic errant, a bile fiunt. Qui uerò dolores infra umbilicum sunt, de his in apho. 20. agemus.

APHOR. XIX.

Qui in medicamentis purgati, non sitiunt non quiescunt, priusquam sitiant.

Quicunque in pharmacorum potionibus non sitiunt, dū purgantur, non cessant purgari prius, quam sitierint. hæc sententia cum superiori aph. copulatur per morbum circūductionis. sitis exi-

stis

fit absolutæ purgationis signum, atq; cupiditas quædã est: & cupiditas hæc est humidi indigentia: nam plurimum euacuatũ est per pharmacũ: sitis enim, parte quadam interiore siccata, vt ait Arist. in par. 27. prob. 2. solet accidere: exiccantur autem potissimum partes corporis supernæ.

APHOR. XX.

Non febricitantibus si tormina accidorint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari inferius oportere significatur.

Hic aph. est altera pars minoris propositionis in aph. 18. descriptæ. vnde argumentatio hoc pacto conficiatur. Supra præcordia dolores significant hominem purgatione indigere per superiora, infra verò per inferiora. sed cibi fastidium, cordis morsus, vertigo, & os amarũ dolores sunt supra præcordia: tormina verò, genuum grauitas, & lumborum dolor infra præcordia. quare mala, quæ supra præcordia afficiunt, hominem vomitu opus habere arguunt: quæ verò infra, purgatione inferna. Hæc notas medico dant duplices: alteram humoris præparati: alteram loci, per quem purgari oporteat. Quòd autem humor sit paratus, indicat aphor. 73. cuius verba sunt. Quibus ilia suspensa murmurantia, lumborum dolore superueniente his alui humectantur, nisi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo. & hæc in febribus: nam, vt diximus in aph. 17. febrilis calor veluti purgans pharmacum se habet. In libro autem de Coa. præn. hæc sequuntur. Quibus cibi fastidia sunt, & oris ventriculi morsus, & multum saliuæ, his vomitus fit: quibus verò ructus adsunt, flatus, strepitus,

ac eleuationes uentris ; his fit alui exturbatio. si dolores infra umbilicum non sint humoris purgandi notæ ; molli infuso per clysterem immisso subluito . si uerò non sedentur ; pharmacum deorsum purgans dato . quicunque verò dolores derepente in corpore sunt citra febrem ; in his lauare multa calida conducit , & tepefacere : nam pituita , & bilis compacta fortia sunt , & præualent in quacunq; corporis parte constiterint , & laborem , ac dolorem fortem exhibent . diffusa uerò debiliora sunt , quacunque corporis parte manifesta fuerint . hæc Hipp. in lib. de Affect. n. 16.

APHOR. XXI.

Deiectiones nigræ qualis est sanguis niger, sponte venientes, siue cum febre, siue sine febre, pessimæ . Et quanto colores magis praui fuerint plures, peius : Cum medicamento uerò melius, & quanto colores plures non parui.

Si qua fiat purgatio, qualia esse oporteat excrementa exeuntia docet Hipp. ab oppositis sermonem sumens, & hanc humorũ, qui secedunt, diuisionem constituit. Deiectiones quæ fiunt, vel sunt unius coloris , uel plurium : atq; hi uel boni , uel mali. & dum fiunt , aut sponte ueniunt ; aut cum medicamento : & ab homine febriente, aut non febriente. si igitur deiectiones fuerint unius coloris, ueluti nigri, qualis est sanguis niger , & sponte fiunt siue ob homine febriente , sine non febriente ; hæ sunt pessimæ . si plurium fuerint colorũ prauorum ; quo plures fuerint hi colores excremẽtorũ praui, eo peiores erunt deiectiones.

Si

Si uerò non ſponte ueniant, ſed arte, ueluti phar maco purgãte ſiue color ſit unus, ſiue plures ſint mali; meliorem exhibent notam, quàm quæ ſponte & mali: ſed quantò colores fuerint plures non praui, tantò meliores. Quare nigræ deiectiones ſiue nigra bilis fuerit, ſiue ueluti ſanguis niger, ut affirmat in aph. 24. huius lib. ſponte uenientes peſſimæ ſunt, & colores quantò magis nigro erunt propinqui, tantò plus prauitatis obtinebũt. & idcirco legitur in lib. de Coa. præno. lethales egeſtiones ſunt pinguis, nigra, liuida, cũ graueolentia, & bilioſa habens in ſe ſimile quiddam ciceri, aut fabis freſis, aut ueluti floridos ſanguinis grumos, & quæ odore ſimilis eſt egeſtioni infantium; & uaria, eademq; diuturna, talis autem fuerit cruenta, ramentoſa, bilioſa, nigra, praſſina & ſimul & permutatis uicibus. lethalis quoq; eſt omnis, quæ ſenſum ægri fugiens exit. malæ ſunt etiam egeſtiones ualde rubræ æruginoſæ in quartanis. Et in lib. progno. ſi aquoſa admodum, aut candida, aut admodum crocea, ſiue uiridis, aut ſpumans ſit egeſtio; hæc omnia mala ſunt. ſi exigua, glutinoſa, candida, ſuberocea, leuiſq; ſit; mala. exitioſior autem, ſi nigra, aut liuida, aut opima, aut fœtida ſit. ſi uerſiculor eſt; diuturnior quidem, ſed tamen exitialis. hæc ſtrigmenta habebit, ac bilioſa erit, cruenta, porracea, & nigra, & quæ aliquando ſimul, aliquando uicibus excernuntur. In lib. autem. de Vict. rat. in morb. acu. perdiſcendum eſt, cum exurgit; defectu animæ corripiatur, & ſi facilè ſpiret, & ſi deiectio nigra admodum fuerit, uel qualis ſanorum. nigra mortem ſignificat: ſimilis autem ſanis cum omni die apparuerit; ſalutem. atque hæc de coloribus deiectionum prauis po-

tissimum in morbis acutis. optima contrà egestio est mollis, cohærens, compacta, ac subfulua, non ualde graueolens, pro eius hora consueta, copia. pro ratione ciborum ingestorum. unde nō est copia iudicanda, sed substātia, & qualitas. In cōa. præ. tenuis, spumosa alui egestio, aquosam cum uirore, pallidā habens subsidentiā, mala est. mala etiam purulenta, & nigra, cruenta mala, cum febre, & aliàs. & uaria, abundè bile colorata mala est, tantòq; deterior, quantò colore magis horrenda est pter quàm in medicamētorum usu: in hoc. n. periculo uacat, si non copia excedat. Et paulò infrà. Egestio alui nigra uelut sanguis, & cum febre, & sine febre mala est. malæ item omnes uariæ, abundè ex bile coloratæ. Egestionum itaque colores mali hi existant: qui si complicati fuerint, nō melior erit nota, sed eò peior, quò colores erunt plures, ac praui. Causa autem nigredinis est tum frigus, ut legitur in li. 5. aph. 20. congelans, aut calor adurens.

APHOR. XXII.

Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis, uel supra, uel infra exierit, lethale.

In superiori aphor. non constituit morbum, neque partes morbi, neque speciem humoris egesti. in hoc autem, morbis quibuscunque incipientibus asserit atram bilem supra, uel infrà prodeuntem signum esse lethale. In lib. de Iud. hæc uerba sunt. Quibus in egestione infernè bilis atra subsidet, si copiosior; maior est morbus: si paucior; minor. In libro præterea de Coa. præno. sic legitur. Febrienti si atra bilis

in

in principio ſurſum, uel deorſum prodierit; lethale eſt: nam, quemadmodum inter anni tempora autumnus eſt magis letifer; ſic inter humores atra bilis: hanc ſi natura plurimam genuerit; non eſt homini natura, ſed hoſtis ad perniciem ducens. ſi verò etiam nec multam, nec paucam producat, ſed negligat eam, quæ inter omnes corporis humores viſcoſiſſima eſt, & ſedes diuturniſſimas facit; fluit, teſtans naturæ negligentiam.

APHOR. XXIII.

Quibuſcunque ex morbis acutis, aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſiue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, ſiue vti ſanguis niger deſubter exierit, poſtridie moriuntur.

Prædictos duos aph. copulat Hipp. & oſtendit perniciem, quam affert atra bilis, vel vti ſanguis niger: ſentit enim ſi talia egerantur, ſequenti die hominem perire: nam, vt antea diximus, natura ad perniciem aut eam ſummè auxit, aut deſtituit. In lib. de loc. in homi. non de egeſtione atrabiliaria, ſed de vomitu ſic loquutus eſt. Ex quacunq; cauſa malè affligente quis atram bilem reuomuerit; moritur, qui vulnus habet. contrà legit in lib. 2. prad. n. 44. & verba extant. Dolores in humeris aborientes, qui ad manus deſcendunt, & torpores, ac dolores inducunt; his abſceſſus non ſuccedunt: verùm nigram bilem vomentes ſanantur. qui verò iſthic in humeris manent, aut etiam ad dorſum progrediuntur; eos puris, aut atræ bilis vomitu effugiunt.

sed de his ita consideratione facere oportet; siquidem enim facilè spirauerint, ac graciles fuerint; atram bileni ipsos uomituros esse spes est. si ægrè spirauerint, & color in facie fiat siue rubicundus, siue niger, prius non existens talis; eos magis pus sputuros esse est sperandum.

APHOR. XXIIII.

Difficultas intestinorum, si ab atra bile inceperit, lethalis est.

Dysenteria non unam haber causam internã, sed plures, quæ quot sunt, tot dysenteriæ species ac sæpe fit, ut ea mutetur, quemadmodum si à sanguine in pituitam salsam, uel in flauam bilẽ, uel in atram fiat transitus: nam si à minus prãuo humore ad prauiorem declinet; est malum: si uerò ab iniquissimo omnium incipiat; uel breui perimit, uel naturam abolet, ac perdit: quæ cum postea restaurari non possit; ad perniciem hominis tendit. quare, si morbis quibuscunque incipientibus atra bilis, quæ est omnium humorum perniciosissima, uel supra, uel infra prodierit; lethale est: dysenteria si ab atra bile incœperit; lethalis erit. Notas, & curationem dysenteriæ scripsit Hip. in lib. de affectio. ubi hoc pacto legitur. Dysenteria cum habuerit; dolor adest per totum uentrem, & tormen, & egerit bilem, ac pituitam, & sanguinem combustum. huius ubi purgaueris caput pharmaco in potu exhibito, quod sursum pituitã purget, & aluum lacte cocto eluueris; reliquum corpus curato. Et si febre caruerit; pinguibus, & dulcibus, ac liquidis subducito aluum. & multa calida partes sub umbilico lauato; si dolor affuerit. morbus hic fit, ubi bilis, & pituita in uenas, ac aluũ incubuerint. ægrotat quidem

dem sanguis, & corruptus secedit. ægrotat autem & intestinum, & raditur, ac exulceratur. Et propterea si ulcus fuerit ab atra bile inceptum; est perniciosum ualde; ac cancro simile.

APHOR. XXV.

Sanguis quidem supra qualiscũq, fuerit, malum: infra autem nigra deiecta, bonũ est.

Variam habet aph. explanationem: quidam. n. ex Hippo. sententia aiunt sanguinem sursum, et deorsum abscedere aũt decumbendo, aut effluendo. si abscessus fiat supra per decubitum, non autem per defluxum; semper est malus: nã scriptũ est in lib. 5. aph. 40. mulieribus, quibus ad mammas sanguis colligitur; furorem significat. Et in lib. de uirg. mor. si uenarũ osculum non apertũ fuerit; sanguis non habens effluxum præ multitudine resilit ad cor, & ad septũ transuersum. cũ igitur hæc repleta fuerint; cor fatuum fit. deinde ex fatuitate torpedo, & postea ex torpedine delyrium apprehẽdit: quemadmodũ cum aliquo diu desidẽte, sanguis ex coxis, ac fœmoribus depressus in tibias, ac pedes torporẽ inducit. In lib. autẽ de Inter. affect. n. 5. si in pulmone uarix fiat; tussis sicca corripit, rigor, & febris in principio morbi. fit morbus ab atra bile, & à labore. cũ uenæ cauæ per pulmonem tendentes, sanguine, aut atra bile impletæ fuerint; uenulæ aliæ in aliis rumpuntur, ut quæ in angustiis sint conclusæ, & exitum non habeant: & dolorem exhibent, ac flatum in pulmone. hic morbus curatu difficilis est. Dolor præterea capitis corripit hominem, si uenæ in capite repletæ fuerint sanguine, ut in lib. 2. de mor. legitur. si igitur fluens sanguis decumbat ad partes superas, nec extra fluat; lædit

ſemper: ſuperiores.n.inferioribus partibus ſunt præſtãtiores.ſi uerò ſanguis exeat, uel per nares, vel per os tẽpeſtiuè; perpetuò bonũ eſt: intẽpeſtiuè aũt malũ: ſcriptũ etenim eſt in hoc li.4.aph.60. quibus in febribus aures obſurduerunt; ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata ſoluit morbũ. Et li.5.aph.33. menſibus deficiẽtibus ſanguis ex naribus fluẽs, bonũ. ſi uerò inopportunè fluat malũ. habemus.n.in li.de Coa.præno.in ſanguinis fluxu multo, aut ſingultus, aut conuulſio mala eſt. Et ſanguinis è naribus fluxio in febre ardente quarta die, mala eſt, ſi nõ aliquid bonũ cõciderit. quinta minus periculoſa eſt. Et quibus ſanguis in febre quartana fluxerit ex naribus, mala. ſi per os ſanguis erumpat, tẽpeſtiuèq; uomatur; conert: ſcribit.n.in lib.de Coa.præno. Sanguinis uomitus in ſterilibus ad conceptionẽ prodeſt. Et in li.7.aph.37. qui ſanguinẽ euomũt, ſi ſine febre quidẽ; ſalutare: ſi uerò cũ febre; malũ. Si præterea ſanguis deorſum abſcedat per decubitũ, cũ plerunq; is grauis exiſtat, ac itidẽ terreſtris, & niger; eſt bonũ, ſi tẽpeſtiuè deſcendat: in li.n.6.aph.21. ait Hip.in inſanientibus ſi uarices, uel hæmorrhoides ſuperuenerint; inſaniæ fit ſolutio. nec à venis hæmorrhoidalib⁹ dictis ſemp fluit ſanguis: ſed aliàs ſunt clauſæ, aliàs aptæ, ut habeť in li. de hæmor. & q̃q̃ clauſæ ſunt; prodeſt tamẽ ſanguinis ille abſceſſus ex nobilioribus ad ignobiliora loca factus. Sed ſi p̃ effluxũ abſcedat; magis confert: unde in li.de Coa.præno. ſanguine p̃aluũ egeſto ſeruantur, quibus dolores p̃cordio ũ, oris uẽtriculi, hepatis, partiũ circa umbilicum: nõ aũt egeſto, moriuntur. ſi aũt intẽpeſtiuè fluat; malũ, ut in ſuperioribus aph. aſſeruit Hip. peius aũt, ſi nigra. quare in lib.1.præd.nigro-

rum

rumper aluũ transitus post sanguinis deiectionẽ malũ: & in Coa.præ.nigra ante mortẽ per aluũ subeunt in præcordiorũ inflãmatione cũ suppuratione. Et sanguinẽ splendidũ egerere malũ est tũ alias, tũ siquis dolor affuerit. Et subdit.mala etiã egestio purulẽta: & nigra cruenta mala cũ febre, & alias.lethale autem, & aluũ sanguine manare, multa grumosa egestione, itemq; alba, ac liquida cũ uentre in tumorẽ eleuato. Egestio alui nigra uelut sanguis & cũ febre, & sine febre mala est. Hæc ex Coa.præ. Alij uerò alio modo rem explicãt: sanguinẽ ex natura tributũ fuisse animali ad nutritionẽ, & accretionẽ censentes.ũñ si effluat; non obit propriũ munus, ac natura languet cum diu ad ipsum conficiendũ laboret: &, cũ sanguis sit rubicundus, si niger infrà eiiciatur; bonũ: suprà enim præter rei naturam esset, si niger effluere ret, ueluti is, qui crassus sit, & grauis. Nonnulli quoq; arbitrantur quoties sanguis intempestiuè effluat suprà, uel infrà, niger, uel rubicundus, etiam perpetuò malũ esse. & asserunt uerbũ illud intempestiuè, siue præter rationẽ, siue occasionẽ respicere oportere naturam hominis, res non naturales, circunstantes, ac tandẽ præternaturales.

APHOR. XXVI.

A difficultate intestinorum habito, si uelut caruncule exeant, lethale est.

Legimus in li.3.de diæ.n.12.descriptionẽ hãc de intestinorũ difficultate, q̃ à Græcis dysenteria dr.Vbi corpore calefacto, purgatio acris fiat; tũc & intestinũ radit, & exulceratur, & sanguinolenta egerunt. hoc aũt dysenteria à mala intestinorũ affectione appellatur, morbus grauis, & periculosus. Et in li.de Affectio.n.24.cãs, & modos recen

set

ſet huiuſce morbi, dum ait. morbus hic fit, ubi bilis, & pituita in uenas, & aluum incubuerint. ægrotat quidē ſanguis, & corruptus ſecedit. ægrotat autem & inteſtinum, & raditur, & exulceratur. fit autem hic morbus longus, & laborioſus, ac lethalis. & ſiquidē robuſto adhuc corpore curetur; ſpes eſt fugæ. ſi uerò colliquato iam, & ventre omnino exulcerato; nulla uitæ ſpes ſupereſt. quædam igitur dyſenteria eſt lethalis, quædam minimè. In li. aūt 2. præd. n. 30. q̄ mala ſit dyſenteria ſic profert. Dyſenteriæ ſi cū febre inuaſerint, aut uarijs alui egeſtionibus, aut cū hepatis inflāmatione, aut præcordij, aut uentris, aut quæ dolorоſæ fecerint, aut cibos intercipiūt, ſitimq; inducunt, hæ omnes malæ ſunt. & qui ſanè plurima horum malorum habuerit, citiſſimè peribit: cui uerò pauciſſima, huic plurima ſpes eſt. moriuntur autē ex hoc morbo maximè pueri quinquennes, & ſeniores adhuc decennes. reliquæ uerò ætates minus. At quæ dyſenteriæ commodæ ſunt, hæ mala hæc non inducunt. uerùm ſanguine, ac ramentis egeſtis, deſiuerunt ſeptima die, aut decimaquarta, aut uigeſima, aut quadrageſima, aut intra hæc tempora: huiuſmodi enim egeſtiones etiam eos, qui prius ſunt in corporibus, morbos ſanant, antiquiores uerò diutiore tempore, recentiores autem in paucis diebus: nam & quæ uterum geſtant, ipſæ quoque ſuperſtites magis euadunt ad partum, & ex partu, & fœtus conſeruant, ſanguine, & ramentis egeſtis, etiam per multos menſes, niſi dolor ipſis affuerit, aut aliud quoddā malum ſignū acceſſerit ex his, quæ in dyſenteriis ſcripſi. ſic Hipp. quare non omnes dyſenteriæ, quanquā ramenta egeruntur, nō ſunt perniciоſæ: quin morbos ſanant quoſdam.

APH.

APHOR. XXVII.

Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudo quacunque ex parte quum reficiuntur, alui his humectantur.

Eandem habemus sententiam in lib. de Coa. præ. quæ extat. Quibus in febribus sanguis abundè undecunque profluxit, his in refectionibus a morbo alui humectantur. Calor autem febrilis uenas aperuit; haberur enim in loco purgantis pharmaci, ut diximus in apho. 17. huius lib. unde expellitur cum sanguine calor externus. internus porrò à natura rectus, siqua remanserit materialis causa; eã potissimum per sedem expellit. hac de re alui humectantur sanguine copioso effuso. humectant præterea alimenta humida, vt scriptũ est in lib. 2. de diæta. humectãt balnea, vnctio calida, umbra, & frigus: item sudor ad colliquationis reliquias: sic uomitus propter colliquationem præ labore: sic somnus, segnicies, & ocium. hæc omnia in lib. 2. de diæta.

APHOR. XXVIII.

Quibus biliosæ deiectiones superueniente surditate cessant, & quibus surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus cessat.

In lib. de iudica. hæc leguntur. Quibus in febribus aures obsurduerũt, his non soluta febre, insanire necesse est: soluit autem sanguis ex naribus erumpens, aut aluus biliosa egerens, aut dysenteria accedens, aut coxarum, aut genuum dolor: humor enim abscedit per effluxum, aut per decubitum. in li. aũt. 2. de mor. pop. sect. 5. hæc inspicienda sunt. Dolorem in locis infernis fortẽ surditas soluit, itemq; sanguis multus ex naribus

erumpens:

erumpens: nã, dũ cauſa recedit ex infero loco, recedit & effectus. uerùm, ſi in loco permaneat; ibi effectus, ſiue morbus ſit, ſiue ſympтoma, roboratur in li. n. de Coa. præno. hæ ſentẽtiæ extãt. Surditas in acutis, & turbulentis conſequens malũ, malum etiã in longis: in his autem dolores etiã ad coxas deducit. in febribus ſurditas aluum ſiſtit. Et ſi humor in capite perſiſtat; aluus ſiſtitur, & urina abſq; ſubſidentia eſt. huic mentis emotio, abſceſſus iuxta aurem, tremor, linguæ reſolutio, & torpor. hæc ex lib. de Coa. præno. ſi cui igitur febrienti ſurditas primò accedat, deinde bilioſa deiectio ſuperuenit; ſurditas aboletur: contrà ſi primum deiectio bilioſa corripiat, deinde ſurditas accedat; ſiſtitur deiectio. At, ſi ſurditas accedat in febribus, & deiectio bilioſa non fiat, inſanire eſt neceſſe.

APHOR XXIX.

Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, difficile iudicium ſequitur.

Hæc iudicii difficultas prouenit aut à natura rigoris, aut à tempore, in quo fit, aut ab utriſq;: non à ſola rigoris natura: ſiquidẽ rigor nota exiſtat crudi humoris, uel flatus abſcedentis per decubitũ, uel per effluxionẽ. & huiuſmodi abſceſſus quãdoq; eſt bonus, ut in febre ardenti: qñq; malus, ueluti ſi aliquod ſympтoma rigorẽ comitetur, qualis eſt ſopor, conuulſio, & id generis. Nec ſextus dies omnino eſt in cauſa; adiuuat tñ cũ ſit decretorius imperfectus; ſi diebus imparibus cõparare ipſum uelimus. de his autẽ in li. 2. aph. abundè ex Hipp. ſententia egimus. Cum igitur nec ſolus rigor, nec ſolum tempus pariant hanc iudicii difficultatem; & rigor quo ad eius

cauſam

cauſam,& tempus quo ad motum cauſæ ſimul eam efficient: nam & rigor plerunq; imperfectè iudicat,& dies ſextus quoque. De rigore autem plura aliàs.

APHOR. XXX.

Quibuſcunque acceſsiones fiunt, quacunq; hora febris dimiſerit, ſi eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile.

Quæ ordinem ſeruant, ea ſunt à quadam natura ſtabili, ac permanente. quæ uerò eum conſeruant; à caſu ortum ducunt, non à natura. Vnde breuia ſunt, ac facilè corruptibilia. quæ igitur febris eandem habet acceſſionem eadē hora quotidie, ſiue alternis, uel ternis diebus, prouenit à quadam natura permanenti eadem: nam, ſi natura illius morbi eſſet uagans, inſtabilis, atque corruptibilis; ſic & morbus ipſe. qua de re ea febris, quæ quotidie eadem hora inuadit, dimittitue, oritur à naturali cauſa eadē permanenti. contrà quæ ordinem non tenet, breui ſoluitur ob dictam rationem: fit enim non à cauſa naturali, ſed à caſu, uel ab accidenti. præterea cuius morbi acceſſio, uel diminutio eundem tenet ordinem tum in ſubſtantia, tum in modis ſequentibus, & circunſtantibus naturam, habet materiam, quæ mouetur perpetuò eadem ſubſtantia, & modo motus eodem, ac ſpecie eadem. quæ non; contrà. Ex his intelligitur quædam natura addita priori naturæ, atque cum hæ duæ ſimul conſiſtere non poſſint: altera enim eſt uia ad corruptionem animalis, altera ad eius uitam; euenit, ut ex harum mixtione iudicium euadat difficile.

APHOR. XXXI.

Lassitudinem habentibus in febribus in articulos, & circa maxillas potimum abscessus fiunt.

Spontaneæ lassitudines morbos prænuntiant. lassitudo autem, à qua quis febriens tenetur, est spontanea, hoc est à causa interna, quæ primum inest in corpore, deinde calor febrilis liquefacit concreta fluxioni parata, quæ ad articulos defluunt, consistuntque. itaque legitur in lib. de loc. in ho. de lassitudinis causa hoc pacto. Lassitudine affliguntur; quia carnes cum bilem habuerint, non quiescunt, sed concutiuntur, & concussæ laborant, ac delassantur, uelut in itinere faciendo concussæ. Et paulò antè quo modo fiat abscessus, & labor, ostendit his uerbis. Mucus omnibus à natura est, &, cum hic purus fuerit; articuli sani sunt, & bene moueri possunt, utpote lubrici inter seipsos. labor autem, & dolor fit, ubi à carne humiditas fluxerit uitiosa: primum enim articulus stabilitur: non enim lubrica est humiditas, quæ de carne influxit. deinde ut multa, & ualde sparsa, & ex carne irrigata, semper resiccatur, & ut multa existens, & articulo ipsam non capiente effluit: & malè stabilita eleuat neruos, quibus articulus colligatur, ipsosque in connexos, ac dissolutos facit. Hæc ibi leguntur. unde, cum febrilis calor carnes calfaciat, humores uitiosi, qualis est flaua bilis, cõcutiunt carnẽ atque hinc lassitudo. fluuunt præterea ad articulos, abscessusq; generant. ad maxillas quoque fiunt, fortè quoniam solæ ex ossibus, ut scriptum est in lib. de Carni. in seipsis uenas habent, & ob

id

id alimentum amplius in ipsis, quàm in alia ossa trahitur, & si uitiosum sit alimentum; ibi fieri abscessus possunt. Hunc apho. legimus in lib. de humo. sic. In febribus ad articulos, & circa maxillas maximè abscessus fiunt, prope sane dolores uniuscuiusque, ad supernam partem magis, & in totum. Si uerò lentus fuerit morbus, & deorsum tendens; inferne etiam abscessus fiunt. maximè autem pedes calidi infernè significant: frigidi, supernè.

APHOR. XXXII.

Quibuscunque resurgentibus ex morbis si quid laborauerit, hic fiunt abscessus.

Eundem apho. habemus etiam in lib. de humo. sic explicatim. Quibus ex morbis se erigentibus statim in manibus, aut pedibus dolores fiunt, in his abscessus contingunt. Fiunt autē dolores in his locis ob humiditatis copiā, uel inopiam: nam scribit Hip. in lib. de nat. hu. ægrotat homo, cum quatuor humorum quid minus, aut amplius fuerit, aut separatur corpore, & non fuerit reliquis omnibus cōtemperatum: necesse est enim cum quid horum secretum fuerit, & per se steterit; non solum eum locum, unde secessit, morbidum fieri, sed etiam eum, in quo stat, & in quem propter nimiam copiam diffusum est, dolore, ac morbo uexari: etenim, cum quid horum extra corpus fluxerit amplius, quàm redundat; euacuatio ipsa dolorem exhibet. rursus itaque si idem intus fecerit euacuationem, & transitionem, ac ab aliis secretionem; geminatum dolorem exhibere necesse est, uelut dictum est, nempe & unde secessit, & ubi receptum, redundat.

APH.

APHOR. XXXIII.

Sed & si ante morbum aliqua parte laborauerit, hic morbus firmatur.

In lib. de humo. cum superiore apho. præsens copulatur: scribit enim Hipp. Quibus ex morbis se erigentibus statim in manibus, aut pedibus dolores fiunt, in his abscessus fiunt. Sed & si quid doluerit quis antea, quàm ægrotet; ad eas partes infirmatur, quemadmodum etiã tussientibus, & anginosis in Perintho: faciũt enim tusses abscessus, uelut etiam febres. iuxta eandem rationem contingit ob humorum, aut corporis colliquationẽ, & frigiditatẽ. Itaque, cum pars aliqua corporis laborauerit ante morbum; in illa morbus firmatur.

APHOR. XXXIIII.

Si à febre habito tumore non existente in faucibus, strangulatio repente superuenerit, lethale.

Sic legitur in li. de Coa. præno. In febribus derepente suffocari, & deglutire non posse, citra tumorem, malum est. collum conuertere non posse, neque deglutire, ut plurimũ lethale est. Suffocatio, siue strangulatio hæc fieri uidetur, ut in sequenti apho. ostendit à conuulsione quadam. sed conuulsio febri superueniens mala est. At in Coa. præno. suffocationem uehementem, & spirandi difficultatem inducunt anginæ, quæ neque in collo, neque in faucibus quicquam conspicuum faciunt.

APHOR. XXXV.

Si à febre habito collũ peruertitur, & uix põt deuorare, sine ullo tumore, lethale est.

Vt

Vt suprà diximus ex Coa. præno. Collum conuertere non posse, néq; deglutire, ut plurimum lethale est: conuulsionem enim significat.

APHOR. XXXVI.

Sudores febricitanti si inceperint boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & undecimo, & quartodecimo, & septimodecimo, & vigesimo, & vigesimoseptimo, & trigesimoquarto. Hi enim sudores iudicant morbos. Qui verò non ita fiunt, laborem significant & morbi longitudinem, & recidiuam.

Sudor optimus est, qui febrē in die iudicatorio soluit. commodus aūt est & qui leuat. frigidus uerò, & circa caput solum, ac collū contingens, malus est: nam & temporis diuturnitatem, & periculum significat, sed hanc sententiam protulisse uidetur Hip. pro his, qui febre ardēte aut morbo acuto tenentur: etenim uerba extant in lib. de Vict. rat. in mor. acu. ubi de febre ardente agitur. Si sanguis ex naribus fluxerit; soluitur affectio: itemq; si sudores accedant iudicatorij, genuini, cum urinis albis, & crassis, & subsidentiis leuibus: & si abscessus aliquis fiat. si uerò absque his soluta fuerit; recidiua rursus ægritudinis continget, aut coxæ, aut crurum dolor emerget, & crassa expuet, si sanus futurus est. In lib. autem progno. dum de sudore differit, hæc refert. Sudores optimi sunt in omnibus acutis morbis, qui in diebus iudicatorijs fiunt, & febrem perfectè submouet. boni uerò sunt, qui per totū corpus cōtingentes boni

nẽ facilius morbum ferre faciunt: qui uerò tale quid non effecerint, incommodi sunt. pessimi autem sunt frigidi, tantum circà caput, & faciem sientes, & circa ceruicem: hi.n.cum acuta febre mortem præsignificant, cum mitiore uerò longitudinem morbi. quare morbos acutos iudicant sudores, non longos: deinde si copiosè exeant, ac per uniuersum corpus, non frigidi, & diebus decretoriis, qui cum sint operum naturæ constituti fines, sicut in lib.2.aph.disseruimus; fiet, ut si alii dies præter relatos sudorem producant; is non à natura gubernãre; sed à ui morbi, uel causæ proueniat: & idcirco mortem, aut morbi longitudinem, aut recidiuam significet.

APHOR. XXXVII.

Frigidi sudores cum acuta quidem febre mortem, cum mitiori autem longitudinem morbi significant.

Hip.in lib.prog.scribit hæc. Considerare conuenit sudores in summa: fiunt.n.aliqui propter corporum exolutionem, aliqui propter inflamationis uigorem.qua de re quidam fiunt à corporis natura, quidam à morbi ui. Fit sudor, si natura sit exolutioni parata, fit si inflãmatio uigeat, fit, si utraq; ualeat. uerùm quandoque calidus, quãdoq; frigidus prodit: in lib.n.1.de morb.legitur. Calidus quidem sudor de percalefacto malo, & exusto, & attenuato, & debili, & non ualde multo secernitur, & necesse est ipsum calidiorem ex corpore excerni: frigidus autem de ampliore malo & de eo, quod reliquum est, & adhuc ualidum, & nondum putrefactum, neq; attenuatum, neque exustum, & frigidior, & crassior, ac grauco-

lentior

lentior prodit . manifestum autem id fit ex hac re, qui frigidum sudorem exudant, è longis morbis plerunq; ægrotant, incalescente malo eo, quod in corpore relinquitur . qui verò calidũ sudorem exhudunt, citius à morbis liberantur. Cũ autem frigidus sudor à materia proredat copiosa ualida, non uicta à naturali calore, sed frigida, & crassa ; in molestiori febre mortem denunciat : propterea quod non regitur à natura gubernãte, sed à morbi uigore, & corporis exoluuione. in benigniori autem , morbi longitudinem promittit : materia.n. frigida est tardi motus, ac praeterea elementis . Nec febrem acutam hoc tempore appellat Hip. eam , quæ in genere morborum acutorum collocatur , qualis febris ardens existit: sed illam, quæ uehemẽs sit uel propria natura, uel causæ tantum, uel symptomatum, uel omnium, sicut uerbum illud Mitiorem significat, & alia Hip. loca declarant . Quærit autem Arist. in par. 2. prob. 35. cur calidi sudores frigidis meliores habentur . Respondet, an quòd omnis sudor excrementi cuiusdam secretio est. parum autem excrementi amplius incalescere consentaneum est. plus autem non ægrè , sed minus. itaq; sudor frigidus excrementi multi indicium esse potest . quocirca morbos quoque facit is largiores.

APHOR. XXXVIII.

Qua parte corporis sudor est, ibi significat morbum.

Aut est morbus, aut est causa morbi in ea parte corporis , in qua est sudor, nisi quid prohibeat, uel consentiat.

APHOR. XXXIX.

Et qua parte corporis calor, aut frigus, ibi morbus.

In lib.de Nat.hu.hæc leguntur,corpus hominis habet in seipso sanguinẽ,& pituitã,& bilem duplicem. atque hæc sunt ipsi corpori natura,& per hæc ægrotat,& sanus est. Sanus maximè est, vbi temperamentũ inter se habuerint moderatum tum facultate, tum copia, & vbi maximè fuerint permixta. Aegrotat autem, cum horum quid minus,aut amplius fuerit, aut separatur in corpore,& non fuerit reliquis omnibus contemperatum:necesse est enim, cum quid horũ secretum fuerit,& per se stetrerit;non solum eum locum, vnde secessit morbidum fieri; sed etiam eum,in quo stat,& in quem propter nimiam copiam diffusum est, dolere, ac morbo vexari. Hæc Hipp.vnde meritò dixit. Qua parte corporis calor, aut frigus sentitur,ibi morbus existit: nam ibi aut accessit, aut recessit, aut secretum est quid humorum prædictorum.

APHOR. XL.

Et vbi in toto corpore mutationes; & si corpus refrigeretur,vel rursus calefiat, vel color alter ex altero fiat,longitudinem morbi significat.

In lib de Iudica.cũ superiori aph.hic coniungitur his verbis. Et vbi in corpore caliditas,aut frigiditas,hic morbus est, & ibi in toto corpore mutationes repentinæ fiunt:& si corpus perfrigeretur, aut rursus calefiat, aut color alius ex alio transmutetur;morbi longitudinem significat,sed ad summum omnis humoris abscessio,

quæ

quæ morbum ad primas iudicationes nõ ſoluat, morbi longitudinem declarat. quare in Coa. præno. ſcriptũ eſt. morbi longitudinẽ ſignificãt egeſtiones, q̃ valde liquidæ fiunt, & rurſus cõpactæ, meracæ, ſtercoraceæ. quapropter & calor, qui vniuerſum nũc petat, nunc frigus, ac itidẽ modò color albus, modò flauus, ac tandẽ quæuis mutatio perſeuerãs morbũ fore longum protendũt.

APHOR. XLI.

Sudor multus ex ſomno factus abſque cauſa manifeſta, corpus vti pluri cibo ſignificat: ſi verò cibum non accipienti hoc accidat, ſcire oportet, quod euacuatione indiget corpus.

Cum homo ſanus plus alimẽti aſſumat, quàm opus ſit, aut plus humoris cõtineat, q̃ oporteat; ei præceptũ ſit victũ attenuare, aut copioſos humores, atq; redundantes euacuare. Quòd autem vberiori alimento vtatur, q̃ ſit neceſſe: vel q̃ humorũ euacuatione indigeat, indicium ſit ſudor multus ex ſomno factus abſq; cauſa manifeſta. Cur verò dormientes magis ſudare ſolemus, q̃ vigilantes, diſputat Ariſt. in par. 2. prob. 17. & 28. & inquit. An q̃ ſudoris origo intrinſecus exiſtit. interna autẽ calidiora habemus, ergo calor intimus humorẽ diffundens intimũ educit. An humoris aliquid ſemper à corpore effluit: ſed latet: quia nihil ſolidum eſt, cui humor occurrens ſe colligat. argumento cur ita ſit, q̃ partes cauiores aſſiduè ſudant. Qui igitur ſanus admodũ ſudat ex ſomno, valde repletus eſt, atque morbo propinquus. nã legitur in lib. de Iud. ſudor multus intemperatè oboriens ſano morbum ſignificat, æſtate minorem, hyeme maiorem.

APHOR. XLII.

Sudor multus calidus, vel frigidus semper fluens, frigidus magis, calidus minus significat morbum.

In lib. 1. de mor. hæc leguntur. Qui frigidum sudorẽ exudant, è longis morbis plerunq; agrotant, inualescente malo eó, quod in corpore relinquitur. Qui verò calidum sudorem excludunt, citius à morbis liberantur. causam autem aurea narrauit Hip. in eodem loco, & inquit. Calidus sudor secernitur de percalefacto malo, & exiisto, & attenuato, & debili, & non valde multo, & necesse est ipsum calidiorem ex corpore excerni. frigidus autẽ de ampliore malo secernitur, & de eo, quod reliquum est, & adhuc validũ, & nondũ putrefactum, nec; attenuatum, neq; exustum, & frigidior, ac crassior, & graueolentior prodit. Causam agentẽ, & materialẽ prius his verbis explicauit. Quicunq; morbi in iudicatorijs diebus iudicantur, & febrilis calor dimittit, in his de pituita, & bile quod tenuissimum est, eliquatur, & secernitur: & secedit partim extra corpus, partim intus, & isthic in corpore relinquitur; partim præ caliditate attenuatur, & vapor fit, & cũ spiritu permixtum foras prodit. atq; ab his sudor generatur. Multus igitur sudor, & calidus humoris, & morbi consumptionem significat: multus verò, & frigidus longitudinem: & idcirco in lib. de iudi. hæc scribuntur. Febricitanti frigidi sudores accidentes, longam febrem significant. Et in lib. prognos sudores pessimi sunt frigidi, & tantum circa caput, & faciẽ oborientes, & circa ceruicem: hi quidem cum acuta febre mortem

præsi-

præsignificant, cum mitiori verò longitudinem morbi. & qui per totum corpus fiunt, similiter significant his, qui circa caput. at verò miliformes, & solum circa collum contingentes, mali sunt. qui verò cum guttis fiunt, & euaporant, boni sunt. Et propterea hæc de sudore sunt consideranda, vtrum sit calidus, an frigidus, multus, an paucus, per vniuersum corpus, an circa partes quasdã, semper fluens, an intermittens: nam, si sudor sit calidus; denuntiat humorẽ à natura superatum, ac paucum esse: frigidus contrà. si verò & calidus, & multus sit; naturã validiorẽ significat, quæ cunctam expellat materiã: contrà frigidus. si autẽ & calidus, & multus, & semper effluat; copiosos adesse humores victos declarat, sed non excludi omnino posse aut virium imbecillitate, aut impedimẽto quodam. quare corpus indiget auxilio medici: quod onus auferat, & humorem expellat. si autem frigidus sit, & multus, & continuo effluat; & virium languorẽ, & humoris abundantiam, & contumaciã; & partium quandam læsionẽ indicat. quapropter scribit Hip. in lib. 7. aph. 62. sudor multus calidus, vel frigidus semper fluens humorem abduci robusto quidem suprà, debili verò infrà significat.

APHOR. XLIII.

Febres quæcunque non intermittentes, tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ. Quocunque autem modo intermiserint, periculum abesse significatur.

Febris non intermittens quædam comitatur morbos acutos potissimũ. atq; hi morbi acutissimi, maximi, grauissimi, ac maximè lethales sunt, quemadmodum percipitur in lib. 1 de mor. pop.

sect.2.quædam uero existit per se febris minimè intermittens, sed continua, quæ ualde est periculosa: corpus enim ut ait Hippo. in lib. de Nat. hu. nullo tempore perfrigeratum cito colliquescit, nimirū à multa caliditate calfactum. uerùm multa caliditas dicitur, uel quia permanens est, & continua: uel quia est permanens, & acuta: & hæc à plurima, ac meraciſſima bile prouenit: illa uerò à plurima, sed non meraciſſima, imo permixta oritur. prima est periculosa: quoniam, ut dixit Hipp. corpus nunquam perfrigeratur. Secunda magis: uel quia humor in dies magis augetur, aut acuitur: uel & augetur, & acuitur simul. atque hinc uaria accidunt symptomata sæua, quæ mortem prænuntiant, ueluti si difficultas spirandi, & delyrium in febre continua fiat, lethale est: & si rigor incidat, uirtute debili existente, perniciosum est. quare febris si intermittat; periculo uacat. si non; periculosa: si nec intermittat, & tertia die fortior euadat; periculosior est: si his conditionibus addantur symptomata grauia; est pernicioſa.

APHOR. XLIIII.

Quibus febres longæ, his tubercula, uel læbores in articulis fiunt.

In Coa. præno. sic legitur. In febribus longis aut tubercula aut dolores in articulis fiunt: &, si facti fuerint; non sunt inutiles. In lib. autem progno. hæc scribit Hippo. ad præsentem apho. opportuna. Quæcunque febris longiorem moram traxerit, homine alioqui ad salutem dispositio, ita ut neque dolor teneat ob inflammationem,

nem, aut ob aliquam aliam manifestam causam; huic abscessum expectare oportet cum tumore, ac dolore ad aliquem articulum, uel maximè infernum. fiunt autem huiusmodi abscessus magis, & in breuiori tempore his, qui iuniores sunt triginta annis. expectare uerò statim oportet abscessum; si febris detinens uiginti dies transmiserit. Senioribus autem minus fiunt, diu turniore etiam existente febre. at uerò huiusmodi abscessum expectare oportet febre continua existente. uerùm ad quartanam deducetur; si intermiserit, & erroneo modo apprehendit, & si hæc faciēs ad autumnū appropinquarit. Hæc cōfirmant apho. sententiam. Cur uerò in febribus longis tubercula, uel dolores fiant in articulis, explicat lib. de lo. in homi. n. 19. his uerbis. Fiūt articulorum, ac coxendicum affectiones à talibus morbis sanatis; cum morbum quidem efficiens sanatur, in carne autem quid relictum fuerit, cui non sit exitus, neque rursus intro, neque foras, sed ad cutem egressum tuberculum utiq; fecerit: fugit autem in id, quod cedit, articulos uidelicet, & aut articulorum, aut coxendicum affectiones inducit. Et paulò antè n. 14. legitur. labor, & dolor fit, scilicet in articulis, ubi à carne humiditas fluxerit uitiosa: primùm enim articulus stabilitur; non enim lubrica est humiditas, q̄ de carne influxit, deinde ut multa, & ualde spatsa, & ex carne irrigata, semper resiccatur, & ut multa existens, & articulo ipsam non capiente effluit, & malè stabilita eleuat neruos, quibus articulus colligatur, ipsosque inconnexos, ac dissolutos facit. & propterea claudi fiunt.

APH.

APHOR. XLV.

Quibus tubercula, uel in articulis labores, ex longis febribus fiunt, hi pluribus utuntur cibis.

Non in longis febribus, sed post longas febres si tubercula, uel labores in articulis fiant, hi pluribus cibis utuntur. alii non pluribus, sed prauis aiunt eos uti. tamen, cum ob morbi longitudinẽ membra nutritioni seruientia languida euaserint; quãquam alimentum optimũ est, prauum, ac corruptum redditur. quòd prauum autem dolores articularios gignat, percipitur in lib. 6. de mor prop. sect. 4. & uerba extant. In Aeno. legumina comedentes assiduè, fœminæ, ac mares crurum impotentes facti sunt, & permanserunt. sed et eruum comedentes genuum dolores habebant.

APHOR. XLVI.

Si rigor incidat febre non deficiente ægro iam debili, lethale est.

In Coa. præno. n. 3. sic legitur. Rigor cõtinenter uexans, corpore iam debili existente, lethale est. Fit autem rigor in febre non intermittente, aut intermittente: atq; in ægro forti, uel debili. Causa rigoris est frigoris præsentia, & caloris absentia: deinde humor bilioſus, vel aquoſus, uel crassus, & pituitoſus. quãobrẽ scriptũ est in lib. 1. de mor. Rigor fit & ab externis uẽtis, aqua, serenitate, sub dio degentibus, & huiusmodi aliis. fit & ab ingestis cibis, ac potibus. maximè uerò, & uehementior fit, cum bilis, & pituita sanguini fuerint permixta, aut altera ex his, aut utraque:

magis

magis tamen, si pituita sola: est. n. pituita frigidissima ex natura, calidissimis autem sanguis, frigidior est etiam aliquantò bilis sanguine. cũ igitur hi humores ambo, aut alter solum permixtus fuerit ad sanguinem; ipsum congelant; non tamẽ omnino neq; uiuere posset homo, si sanguis densior, & frigidior se ipso multis modis fieret. frigescente igitur sanguine, necesse est & reliquum totum corpus perfrigerari. &, ubi huiusmodi quid factum fuerit, rigor appellatur. Et, si quidem uehemens fiat rigor, uehementior est etiam tremor: nam, dum contrahuntur uenæ, sanguine coacto, & congelato, contrahunt corpus: & tremere faciunt. si uerò aliquantò minus sanguinis coactio fiat, hoc rigor appellatur. horror autem dicitur debilissimus rigor. Quòd autem post rigorem necessariò corripiat febris aut maior, aut minor, sic habet. Cum sanguis percaluerit, & vim depulerit, ac rursus ad suam naturam redierit, concalescit simul pituita, & bilis sanguini permixta: & sanguis ipse seipso multipliciter calidior euadit. his igitur percalefactis, necesse est febrẽ succedere post rigorẽ præ sanguinis caliditate. hæc Hipp. de rigore, tremore, horrore, ac calore febrili. frigus igitur humorũ, qui cũ sanguine miscẽtur, rigores efficit hoc modo: sed ab externis & calidis, & frigidis sic fiunt ut Arist. in 1 par. 8. prob. 10. disserit his uerbis. Cur ut aqua frigida, sic etiam calida infusa horrescimus? res. n. contrarias inter se idem efficere posse absurdum est. an frigida infusa calor interior extinctus horrorem mouet, calida autem frigus externum circumobsistens in unum, seq; profugum intercolligẽs efficere idem potest. quamobrem utrumque ab eodem agitur.

uerùm aliàs ab interiore, aliàs ab exteriore. Et prob. 17. Cur ubi sternuimus, uel minximus plerunque inhorremus? an quod ratione utraque uenis subtrahitur. quòd cum redditæ sint inanitæ; aer ingreditur frigidus, qui rigorem ciere potest. Cum igitur uenæ propter calorem febrilē humore, & calore proprio inaniantur, adueniat quod uenis extraneum: siue intra corpus sit, siue extra, siue calidum, siue frigidum rigorem mouet, qui mortem significat; si febris perpetuò affligat, ægerq; debilis existat. Si uerò robustus fit; soluitur morbus: etenim in hoc lib. 4. aph. 57. inquit Hippo. A febre ardente habito, si rigor superueniat; fit morbi solutio. Si autē intermittat febris; hæc dicit aph. 63. Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

APHOR. XLVII.

Excretiones in febribus nō intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ, & bilioſæ, omnes malæ. Et ſi bene exeant, ſiue per alui excretionem, ſiue per urinas, bonæ: Si verò non aliquid eorum quæ iuuant, per hæc loca excernitur, malum.

Si talia excernantur per os, aluum, & uesicam qualia oportet; iuuant, & ægri leuiter ferunt ſin minus; contrà. iuuant autem, ſi quæ morbum gignant, ea expellantur, natura ſit ualida, & facilè toleret, quanquā aliàs excretiones ſunt fœtidæ, liuidæ, cruentæ, bilioſæq;: hæ ſi quidem per ſe malam & cauſam, & ægritudinem ſignificant. Sed, ſi à uirtute robuſta, ac facilè tolerante per loca opportuna excernantur; bonæ iudicantur, uelut

uelut quæ morbum produxerint, conseruauerintq;, tamen natura ualidior expellerit. Hæc, ni fallor, est huius apho. sententia. Quòd uerò tales excretiones sint malæ, confirmat Hippo. in lib. progno. dum inquit. Oportet in omni morbo mollem esse uentrem, & iusta mole præditum. at uerò aquosum ualde, aut album, aut pallidum, aut uiride, aut uehementer rufum, aut spumosum stercus egerere, hæc omnia mala sunt. malum insuper est quod exiguum est, & uiscosum, ac album, & quod subpallidum, aut subuiride, ac lene. his uerò magis lethalia fuerint nigra, aut pinguia, aut liuida, & æruginosa, & malè olentia. Quæ autem uaria sunt; diuturniora quidem his sunt; nihilominus autem pernicioſa. sunt autem talia ramentosa, & biliosa, & cruenta, & prasina, & nigra, aliquando simul inter se exeuntia, aliquando particulatim. In lib. autem de iudica. quasi eodem modo explicantur his uerbis. Alui egestiones uariæ diuturnieres quidem sunt nigris, & aliis lethalibus egestionibus; nihilominus autē pernicioſæ. sunt autem lethales, ramentosæ, biliosæ, cruentæ, prasinæ, nigræ, & aliquando simul omnes prodeunt, aliquando singulæ particulatim. Liuidas autē excretiones malas esse asserit Hip. in li. progno. & inquit. Si vomitio fuerit porracea, aut liuida, aut nigra; malum. Et infra. si in purulentis pus uiride, & liuidum spuant; exitiale. Et ibidem. si nigra, aut liuida, aut opima, aut fœtida sit egestio; exitiosior. Fœtidas prauas esse ex iam dictis palam fit, & ubi legitur, si uomitio liuida grauecolet; breui perit. Cruentas quoque malas esse antea explicauimus ex Hippo. sententia in lib. progno. & biliosas:

sas: legitur enim in lib. 7. aph. 32. quibus bilioſa ſedimina ſupra renuia, acutũ morbũ ſignificant. Cauſam porrò Hip. explanat tum horum excrementorũ, tum morborũ in lib. de Nat. huma. vbi inquit. Quicunq; pus multũ ſpuunt citra febrẽ, & quibus in vrina pus multũ ſubſidit citra dolorem, & quibus alui recrementa cruenta, velut in dyſenterijs, & tardè, ac diutinè prodeuntia, velut in iuuenibus quinque & triginta annorum, atq; etiã ſenioribus, his omnibus ex cadẽ cauſa morbi fiunt: neceſſe eſt enim hos labori deditos, ac exercitationis ſtudioſos, & corpore operarios in iuuentute fuiſſe: poſtea verò relictis laboribus, molli carne & multũ à priori differente carnoſos reddítos eſſe, & corpus multũ diſcrepans habere: vt id, quod prius extitit cum eo, quod nunc adepti ſunt, nulla parte conſentiat. Cum igitur morbus aliquis corripuerit ſic diſpoſitos; è veſtigio quidem effugiunt, poſtea autẽ à morbo progreſſu temporis corpus colliqueſcit, & ſeroſi, ac ſanioſi humoris ſpecies per venas, qua parte maximè amplæ fuerint, fluit. ſiquidẽ igitur in inferiorem ventriculũ proceſſerit; ferè qualis in corpore ineſt, tale etiam recrementum prodit: cum enim decliuis ſit via; non multo tempore hæret in inteſtino. cauſam igitur horũ affectorũ ocium eſſe cenſet Hip. ſed & ſomnos, quietes, molles cibos, vina delicatiora, repletionemq;, huiuſmodi mala producere eſt arbitrandum.

APHOR. XLVIII.

In febribus non intermittentibus, ſi partes exteriores frigidæ, interiores vruntur; & ſitim habeat, letale eſt.

Febris

Febris non intermittens, in qua partes corporis externæ sunt frigidæ, internæ verò ardent, est duplex: altera enim febris ardens appellatur, altera lypirica. & quãuis vtraq; has obtineat conditiones; tamen aliàs differunt: nam in lib. 1. de mor. hæc scribit febris ardentis signa. Qui à febre ardente corripiuntur, hi internis quidẽ partibus à febri exuruntur, externis aũt frigidi sunt. & lingua, ac fauces ab interno spiritu, ac caliditate exasperantur, & arescunt. Quod autẽ in ventriculo est bilis, aliquando deorsum exturbatur, plerunq; verò in primis diebus vomitur, aut in quatuor, aut in quinque. In lib. autẽ 2. de mor. nu. 37. notas lypiricæ febris hoc pacto describit. Foris ad contactum febris debilis est, intrinsecus autẽ ardet, & lingua aspera est, & per nares, & per os spirat calidum. quinta die præcordia dura sunt, & dolor inest, & color, qualis in morbo regio apparet, & crassam, ac biliosam vrinã ejicit. Hunc si septima die rigor, & febris vehemens apprehenderit, & exudarit; bene est: sin minus; moritur septima, aut nona. corripit autem maximè hic morbus; si non annus squalidus fuerit. & subdit. reuertitur hic morbus quãdoq;, si impurgatus permanserit. & amplius morbus hic rursus corripit; si sanguis nimiũ biliosus factus fuerit. Cur verò qui à febre ardenti tenentur, internis partibus exurantur, externæ frigidæ sint, explanat in lib. 1. de mor. n. 27. ubi inquit. Cum bilis cõmota fuerit per corpus, & uenæ, ac sanguis attrahant bilem plurimam ex carnibus, ac uentriculo ad eum, qui prius inest, utpote cum etiã natura calidissimus sanguis in corpore existat. cum itaque percaluerit ex carnibus, & uentriculo supra eum, qui iam inest, adhuc magis à bile; ec-

calfacit

calfecit etiam reliquum corpus. & quædã sanè partes præ multa humiditate penitus resiccari nõ possunt. si verò resiccatæ fuerint; homo moritur. extremæ verò corporis partes vtpote natura siccæ resiccantur, & plurima humiditas ex ipsis exuritur. & si ipsas contingere velis; frigidas comperies, ac siccas. Atq; hac de causa internis vruntur, externæ autem frigidæ sunt.

APHOR. XLIX.

In febre non intermittente, si labrum, vel oculus, vel nasus, vel supercilium peruertatur, vel non videat, vel non audiat, iam debili existente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima est.

Cõuulsiones in morbis acutis pniciosæ sunt, ut legitur in lib. de Coa. præno. sed labrũ, nasus, oculus, supercilium q; peruersum conuulsionem ostendũt, unde & mortẽ in acutis morbis. Apho. hunc confirmat Hipp. in lib. prog. dum scribit. Considerare hoc modo conuenit in morbis acutis primũ faciem ægroti an similis sit his quæ in sanis sunt, maximè verò an ipse sibi ipsi: ita enim optima fuerit. si verò maximè contraria; horrendissima est, vt nasus acutus, oculi caui, tempora collapsa, aures frigidæ, ac contractæ, extremitates auriũ aridæ, cutis circa frontem dura, & contenta, ac arida, & color faciei totius pallidus, aut niger, & liuidus, aut plumbeus. & subdit. Si lucem fugiant oculi, aut inuoluntariè lachrimentur, aut distorqueantur, aut alter altero minor fiat, aut albas partes rubentes habeant, aut venulas liuidas, aut nigras, aut sordes, caui, aut squallentes, & obscuri fuerint: hæc omnia mala,

mala,& perniciosa esse putandum est. Et subdit si retorta,aut contracta fiat,aut liuida, aut pallida palpebra, aut labium, aut nasus cum aliquo ex aliis signis ; morti proximum esse sciendum est. lethale est etiã habere labia resoluta,& pendentia,& frigida,& albicantia facta.ac in lib.de Coa.præ.labium liuescens lethale.Causa omniũ est virtus regens prostrata.

APHOR. L.

Vbi in febre non intermittente difficultas spirandi,& delirium acciderit, lethale.

Si hæc symptomata accidant febri ardenti,uel ei,quæ morbos acutos comitatur ; mortem denuntiant: significant.n.dolorem, ut inflammationem in superiori uentre, qui locus est morborum acutorum: nam spirandi difficultas pulmonis affectionem demonstrat.: quæ si augeatur,ac ad septum transuersum perueniat; phrenitis fit, quare inflammato pulmone,ac septo transuerso febre nõ intermittẽte mors palam fit, ac propè; si uirtus sit debilis.Quod uerò in hoc aph sit sentiat Hip.percipitur in lib.prog n.4.ubi scribitur. Quæ in febribus acutis, aut peripneumoniis, aut phrenitide, aut capitis dolore ante faciem ferũtur,& frusta uenantur,& festucas legunt, & floccos de uestibus euellunt,& de pariete paleas detrahunt,eas omnes malas,& lethales esse.spiritus densus dolorem significat, aut inflammationẽ in locis supra septum transuersum. qui uerò magnus expiratur, & per multum temporis intervallum, delyrium indicat. si uerò frigidus ex naso, & ore expiretur ; valde iam perniciosus est. Bonam autem spirationem valde

magnã vim habere ad ſalutem, in omnibus acutis morbis putare conuenit, qui cum febribus ſunt,& in quadraginta diebus iudicantur. ſed & aph.& locum progno.explanant Coacæ præno. vbi de ſpiritus præſagio tractãt. verba ſunt.Spiritus,qui denſus,& paucus eſt, inflammationem, & dolorem in locis principalibus ſignificat:magnus autem,& per multũ tempus,delyrium,aut conuulſionem . Et frigidus lethalis eſt,etiã qui febriculoſus, & fuliginoſus exiſtit, ſed minus, quàm frigidus . & qui magnus foras expiratur, paucus verò intro:& paucus foras, magnus verò intro, peſſimus ſanè eſt, & mali propinquus: itemq; extendens,& vrgens, & obſcurus,& dupla intro reuocatio, veluti ſuperinſpirantibus.

APHOR. LI.

In febribus,abſceſſus qui ad primas iudicationes non ſoluunt,longitudinem morbi ſignificant.

Abſceſſus duplex eſt, per decubitũ videlicet, & per effluxionẽ: quicquid enim in noſtro corpore mutatur è loco ad locũ; aut effluit,aut decumbit, ac conſiſtit in loco, in quem peruenit. quodcunq; horum abſceſſuum genus criſim nõ habuerit in febribus;morbi longitudinem ſignificabit.id confirmat Hip.in lib.prog.n.6.his verbis . In morbis ſcilicet acutis tumor in præcordio durus exiſtens,& doloroſus, peſſimus eſt;ſi per totum fuerit præcordiũ:ſi verò in altera parte;minus periculoſus eſt in ſiniſtra parte. ſignificant autem huiuſmodi tumores, in principio quidem, mortem breui affuturã;. ſi verò viginti dies tranſgrediatur tum febris detinẽs, tum tumor non conſidens; ad ſuppurationem conuertitur.

titur, contingit aũt his in primo circuitu etiam sanguinis eruptio è naribus, & valde prodest.

APHOR. LII.

Quicunq; in febribus, vel in aliis morbis sponte illachrimant, nihil absurdum: qui verò non sponte, absurdius.

Huius aphor. partem explanat locus Hipp. in lib. 1. de mor. pop. sect. 3. his verbis. Quibus in febribus acutis, magis ardentibus lachrymæ inuitæ defluunt, his sanguis à naribus eruptionem expectare oportet, si etiam alia pernicio-è non habeant: nam his, qui malè habent, non sanguinis eruptionem, sed mortẽ significant. Et in lib. prog. si oculi lucem fugiant, aut inuoluntariè lachrymentur, aut distorqueantur, aut alter altero minor fiat; hæc omnia mala, & perniciosa esse putandum est. Totum verò aphor. explicat in lib. sex. de mor. pop. sect. 1. vbi hæc leguntur. Lachrymæ in acutis malè habentibus vtiones quidem bonæ: inuoluntariè verò defluentes, malæ.

APHOR. LIII.

Quibus circa dentes in febribus quidam lentores nascuntur, his fortes fiunt fibres.

Simile est illud, quod legitur in lib. 4. de mor. pop. n. 26. atque id est. Quibus in dentibus circuncirca viscosa fiunt, malum est subhiare, ac fixis oculis intendere. Et in lib. de Coa. prænot. dentes resiccari perniciosum est.

APHOR. LIIII.

Quibus plurimum ſiccæ tuſſes leuiter irritantes in febribus ardentibus ſunt, non multum ſiti infeſtantur.

Febrem ardentem collocarunt priſci medici in numero morborũ acutorum, vt in lib. de Vict. rat. in mor. acu. & in lib. de Affectio. legitur. vbi quoque aſſerit Hip. morbos acutos in ſuperiori ventre ſedem habere, quemadmodum nos oſtendimus in lib. 1. aph. dum de morbis acutis diſſerebamus, priſcis placuit quoque febrem ardentem in pulmone præſertim vigere: quanquam aliunde primũ ducere poteſt ortum. trahit pulmo ſupercalefactus à capite pituitam, ob quam tuſſis irritatur, & quæ à pulmone attracta reddit, tuſſim ſiccam. tamen non valde ægri à ſiti affliguntur: ſiquidem pulmo pituita attracta fruatur. E febribus ardentibus quænam perniciosæ ſint, nobis declarat Hipp. in lib. 1. de mor. pop. ſect. 2 conſt. 3. & inquit. Cum febres ardentes incipierent; ſignificationem de ſe præbebant, quibus pernicies immineret: ſtatim enim ab initio febris acuta, parum inſuper rigebant, vigiles erant, ſiticuloſi, anxij, parum exudantes circa frontem, & claviculas, nullus per totum. multum delyrabant. timores, triſtitiæ. extremitates ſubfrigidæ, pedes ſummi, & maxime manuum ſummæ partes. exacerbationes in diebus paribus. plurimis quarta die dolores maximi, & ſudores plerunque ſubfrigidi, & extremitates non amplius recalescentes, ſed liuidæ, ſubfrigidæ: & neque ſitiebant. ad hæc vrinæ his nigræ, paucæ, tenues, & alui ſiſtebantur, neque ſan-

guis

guis è naribus erupit vlli ex his, quibus hæc accidissent: sed parum stillauit. neque ad recidiuam vlli horum res deuenit. sed sexta die mortui sunt cum sudore. Hæc symptomata in febre ardenti perniciem demonstrant.

APHOR. LV.

Ex inguinum tumoribus, febres omnes malæ, præter diarias.

Simile est illud, quod legitur in lib. 2. de morb. pop. sect. 3. verba sunt. In glandularum tumoribus febres malum, exceptis diarijs. & in febribus glandularū tumores deteriores, qui in acutis ab initio vigorem remiserunt. In hoc loco amplectitur non modò inguina, sed loca omnia, quæ glandulas possideant: è quarum tumore si febris excitetur alia, quàm diaria, malum est.

APHOR. LVI.

Febricitanti sudor superueniens febre non deficiente, malum: Prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem.

Si febris sit acuta, sudor multus, ea non deficiente; malum est, vt legitur in libro de Coac. præno. si non sit acuta; multam humiditatis copiam habere corpus significat, atque hinc morbum prorogari. Hunc confirmat aphor. locus Progno. vbi legitur: sudores optimi sunt, & celerrimè febrem sedant, qui in iudicatoriis diebus fiunt, & febrem perfectè summouent.

APHOR. LVII.

Qui à conuulsione, aut distentione neruorum tenetur, febre superueniente liberatur.

Non solùm febris superueniens curat conuulsionem, aut distentionẽ neruorum, sed etiã alia leguntur in lib. de Coa. præno. quæ his morbis prosunt. Verba autẽ extant. Conuulsiones, & retanicas distentiones febris accedens soluit. sed conuulsio in febre contingens pernicioſa est, minimè uerò pueris. seniores septẽ annis in febre nõ corripiuntur cõuulsione: siu minus; pernicio sum est. Conuulsionem aũt soluit febris superue niens acuta, q̃ prius non fuit: si uerò fuit prius, iam exacerbata. Prodest & urinæ transitus uitri speciẽ referẽs copioſus, & alui fluxus, & somni. At repentinas cõuulsiones soluit febris, alui fluxus. In conuulsionibus uocis intercepțio diu durans, mala est. prava autem aut linguæ ſyderationem, aut brachij, aut dextrarum partium significat. Soluitur autem urinis multis acernatis derepente prodeuntibus: sudores autẽ paulatim aborientes prosunt, acernatim nerò, & sanguinis detractiones acernatæ lædunt. In distentionibus & ante, & retro cõtingentibus, & in tergum solum contingentibus, si maxillæ soluantur; lethale est. lethale est etiam sudare in distentione in dorsum contingente, & corpus dissolui, & in eadem affectione reuomere per nares, aut clamare, aut nugari, si ab initio uox intercepta fuit: in posteram enim diem mortem significat. Febriles in deorsum distentiones urinæ genituræ similes soluũt. hæc pulchra ex lib. de Coa. p̃no. Cum febris igitur accedens conuulsionẽ soluat

idcirco

idcirco in lib.2.de mor.pop.sect.5.si puerperis conuulsio fiat; febrem excitato:& cerato multo tepido in uesicam immisso, ac per clysterem infuso colluito. Et in lib.1.de mor.n.6.Mulieri à conuulsione, pressæ ex partu febrem superuenire, bonum. Et tetano,& conuulsione occupante, igneum ardorē superuenire, bonum.Sed hæc ani maduertamus conuulsionem omnem fieri aut à repletione, aut ab inanitione, quemadmodum scribit Hipp.in lib.6.aph.39.

APHOR. LVIII.

A febre ardente habito, rigore superueniente, solutio.

Quando febrē ardentem soluat rigor, & quo pacto recitat Hippo.in lib.1.de mor.pop.sect.2. const.3.inquit.r.Erant febrium ardentium affectiones. Quibus quidem bene,ac longè sanguis per nares erupit, per hoc maximè seruabātur:& nullum noui, qui in hac constitutione mortuus esset; si rectè ipsi sanguis profluxisset.In Philisco enim & Epaminone, ac Sileno quarta,ac quinta die parum de naribus stillauit, & moriebantur. plerique igitur ægroti circa iudicationem rigebant,maximè hi,quibus sanguis erupisset.ijdem uerò etiam postea insuper riguerunt, & exudarunt. Quibusdam morbus regius accidit sexta die. uerùm his purgatio per uesicam, aut aluus exturbata profuit, aut larga sanguinis eruptio: uelut Heraclides, qui decumbebat apud Aristocydem: nam huic & ex naribus sanguis erupit, & aluus turbata est non uelut Phanagoræ seruus, cui nihil tale factum est, & mortuus est. Sanguis autem plurimis erupit, maximè adolescentibus,& in uigore constitutis:& talium ple-

tique perierunt, quibus sanguis non erupit. Seniorıbus uero ad morbum regium res deuenit, aut alui ipsis turbatæ sunt, aut dysenterici facti sunt. Hæc de his, quæ in febre ardenti contingebant, ad bonam, uel malam crisim. sed non rigor solum, & sanguinis è naribus eruptio, sed etiam alia, quæ febrem ardentem soluunt, recenset in lib. de iudica. ubi scribit. Quibus in febribus ardentibus coxarum dolor, oculorum distortio, aut cæciras, aut testium tumores, aut mammarum eleuatio, aut etiam sanguinis ex naribus fluxus, febrem ardentem soluit. si insuper corripiat rigor; exudare solet.

APHOR. LIX.

Tertiana exquisita septenis circuitibus quod tempus longissimum est, iudicatur.

Alia extat lectio in lib. de Coa. præno. atque ea est. Tertiana exquisita in quinque, aut septem circuitibus, aut ad summum in nouem iudicatur. Et in lib. de iudica. Tertiana in septem circuitibus plerunque iudicatur. Et in li. 2. de mor. pop. sect. 3. febres, quæ una die intermittentes altera superrigent, unà cum iudicatione ad septimum circuitum durant. Fit autem tertiana febris exquisita à bile, sed pauciore, quàm febris continens. & idcirco diuturnior est febris: quoniam longiori tempore corpus quiescit, & bilis est minor. Si uerò bilis sit admixta alij humori non exquisita est tertiana, sed notha. iuuant ægri natura, res non naturales, atque circunstantes. Cur uerò in quatuor, uel septem circuitibus iudicentur, eidem causæ potest assignari, cui &

cur febris ardens quarta, uel ſeptima ſoluatur. de his in lib. 2. aph. copiosè egimus. Eſt tertiana febris morbus non lethalis, niſi quid accedat. ſic in lib. 1. de mor. n. 3.

APHOR. LX.

Quibus in febribus aures obſurduerunt, ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata ſoluit morbum.

Omnis euacuatio, quæ modos habeat opportunos, ægritudinem ſoluit ab humore orta, ſiue euacuatio illa fiat per loca directa, ſiue non directa, dummodo humori euacuando conueniat. Euacuatio aũt eſt duplex: altera. n. fit, cum humor noxius extra corpus educit̃, & dr̃ abſceſſio p̃ effluxionem. altera, cum humor is nõ extra corpus expellitur, ſed ex parte, quã afficiebat, ad aliã, quæ poſtea afficitur, trã ferat̃ur. atq; hæc appellatur abſceſſio p̃ decubitum. huiuſmodi uerò abſceſſio fit p̃ loca parti doleti directa, aut oppoſita, q̃ per reuulſionẽ dicitur: vel minus oppoſita, quæ deriuatio nominat̃. Vnde Hipp. in lib. 2. de mor. pop. ſect. 5. ſcribit. Dolorẽ in locis infernis fortẽ ſurditas ſoluit, itemq; ſanguis multus è naribus erumpens. Talis doloris ſolutio ab euacuatione oppoſito loco dolenti facta eſt, & reuulſio dicitur: & duplici modo, altera per abſceſſum p̃ decubitum, ut ſurditas declarat, cum ad inſtrumenta auditui ſeruientia defluxerit humor, qui dolorem antea infernum gignebat: altera per fluxionem, quæ eſt ſanguis multus ex naribus erumpens. Sic bilioſæ deiectiones ceſſant, ſurditate ſuperueniente. ſic ſurditas ceſſat, ſuperuenientibus his, ut antea in aphoriſ. 28 huius libri explicauimus. Eundem ſic ordinem, &

modum

modum curationis seruat in hoc aph. nam, si in febribus aures obsurduerint; soluit euacuatio, q̄ dicitur abscessus per effluxionem, siue fiat modo fere directo, vt per sanguinem è naribus fluentem, uel opposito, ut per aluum turbatam. soluit etiam ea, quæ dicitur abscessus per decubitum, ut per dolorem coxarum, aut genuum. quare legitur in lib. de iudica. Quibus in febribus aures obsurduerūt, his non soluta febre, insanire necesse est. Soluit autem sanguis ex naribus erumpēs, aut aluus biliosa egerens, aut dysenteria accedēs aut coxarum, aut genuum dolor. Si uerò nihil fiat tale; malum est: nam legimus. In lib. 1. prædict. n. 4. Surditas, & urinæ non consistentes valde rubicundæ, innatantes mentis emotionem portendunt. & paulò infrà. Surditas in morbis acutis, & turbulentis consequēs, mala. mala etiā in longis, ut legitur in Coa. præno. ubi subdit. In febribus surditas aluū sistit. In febribus acutis aures subsurdescere, furiosum est. Et paulò post. Ex surditate, ac torpore de naribus aliquid destillare, difficultatis aliquid habet. uomitus his conueniet, & alui turbatio.

APHOR. LXI.

Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidiuare.

Quæ febres recidiuare soleant, & cur, differuimus abundè in lib. 2. aph. 12. quòd inter cætera, quæ exquisita febris solutio desiderat, sit dies impar confirmat Hip. in hoc apho. Et in lib. 2. de mor. pop. sect. 5. hunc apho. Hipp. esse legitur, & verba sunt. Si nō in die impari febris dimiserit; recidiuare necesse est. Sed & hæc, & alia requiruntur: nam legitur in lib. de iudica. Recidiuæ fiunt

fiunt in his, quibus febribus desinentibus uigiliæ fortes accedunt, aut somni turbulēti, aut corporis robur, aut dolores alicuius membri & quibus febres sedantur, neque signis solutorijs contingentibus, atque in iudicatorijs diebus: & si deficiente febre, & sudore accedente, urinā suluam minxerint albam subsidentiam habentem; recidiuam eadem die expecta. hæc quinta die iudicantur extra periculum. & si ex iudicatione facta urinam rubicundam, rubram subsidentiam habentem minxerit, eadem die. & pauci ex hoc seruantur. cum recedit febris ardens; plerunque etiam exudat, & si reuertens tot diebus retinet, qua prius, etiam tertio recidiuat, si non impari die dimiserit reuersa. Plerunque si crudæ sint urinæ, & alia signa non secundum rationem eueniant; morbus in die iudicatorio recidiuat. quandoque uerò etiam reuertitur in die iudicatorio, his talibus relictis. Sed de diebus paribus, ac imparibus plura ex Hipp. sententia disseruimus in lib. 2. aph. 24. atq; cur magis in imparibus, quàm in paribus perfecta crisis fiat.

APHOR. LXII.

Quibus in febribus morbus regius ante die septimum accidit, malum.

Morbus regius si accedat ad acutam febrem; is in die septimo accedit, uel ante, uel post: atq; cū rigore, aut sine rigore. si ante septimum diem fiat; malum esse sentit Hip. idq; cōprobat in li. de iudica. cū inquit. In febribus ardentibus si accedat morbus regius, & singultus quinto die; lethale est. tñ si purgatio fiat; effugere pōt: nā legitur in li. 1. de mor. pop. sect. 2. consti. 3. quibusdā febre scilicet ardēte laborātibus morbus regius

accidit

accidit sexta die. uerum his purgatio per uesicã, aut aluus extorbata profuit, aut larga sanguinis eruptio. Quibus autem nõ accidebant hæc, peribãt, quemadmodũ in lib. 3 de mor. pop. ægro. 2. percipitur. sed & rigor, qui cũ morbo regio accidit, signũ est bonũ: etenim scriptũ est in lib. de Vict. rat. in mor. acu. n. 54. In febre biliosa ante septimum diem cum rigore morbus regius accedens soluit febrẽ: etenim sine rigore si accedat, extra tẽporis occasiones; pernicio sus est. In septimo autem die morbus regius bonum est, nisi, vt dicemus, dextrum hypocundrium durum fiat.

APHOR. LXIII.

Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

Fit rigor, ubi bilis, aut pituita, aut utraque ad sanguinem permixta fuerit: sanguis. n. frigescit. quo frigescente, necesse est totum corpus perfrigerari. & vbi huiusmodi quid factũ fuerit, rigor appellatur. sic Hip. sentit in lib. 1. de mor. Est igitur opus, ut, si quotidie rigores fieri debeant, quotidie uel bilis, uel pituita, uel utraque sanguini misceatur, &, si nunc misceatur; antea esset à sanguine segregata. sed sanguis perpetuò est in uenis. quare ex locis, quæ non sunt uenæ ad uenas se transferãt humores, qui rigorem mouere oportet. Soluitur præterea febris, cum sanguis humorem admixtum superarit.

APHOR. LXIIII.

Quibus in febribus morbus regius, septimo, vel nono, vel undecimo, vel quartodecimo supervenerit, bonum, nisi dextrum ilium obdurerit: Si verò non, non bonum.

Procul-

Proculdubio præcedens aph. absq; ordine interiectus fuit: copularentur enim ambo quàm aptissimè, quemadmodum locus in lib. de Coa. præno. id confirmat. uerba autem sunt. Morbus regius ante septimũ diẽ accedẽs, malũ. septimo verò, ac nono, & undecimo-; ac decimo quarto iudicatorius est, si non præcordia induret, sin minus; ambigua res est. In lib. autem de iudicationibus legitur. Quibuscunque in febribus intolerabilibus septima, aut nona, aut decima quarta, morbus regius accedit, bonum, nisi dextrum præcordium durum fiat. sin minus; ambiguum. Sed per quas partes excernatur à natura humor nexius hoc tempore, antea in eodem lib. explicatur hoc pacto. In febribus ardentibus si posterius septimo die morbus regius accedat; indicium est sublati sudoris: nam morbus non solet exudare, neque alibi abscessum facere, sed sanus fit. necesse est autem, ubi calor febris discessit, & humorem in seipsum attraxit; febri contingere iudicationem per urinas prodeuntes, aut etiã alui egestiones, aut sanguinis ex naribus fluxum, aut mictionem multam, aut per multam humiditatem, sudorem aut uomitum, mulieri uero etiam per mensũ uiã. maximè igitur hæc iudicationẽ faciunt, & quicquid his propinquũ contingit. facit aũt & alias iudicationes, sed minus, q̃ has. q. uerò septimo die morbus regius accedat, aut posterius in febre ardẽte, & difficilis multi sputi processus tum in ardentibus, tum in aliis febribus: si nullo talium signorum contingente dimiserit febris; necesse est tales iudicationes pro illis fieri, aut magnorum tuberculorum abscessum, aut dolores ex abscessu uehementes, aut colliquationes humorum ex calore. Et paulò infiã.

Desinente

Definente febre ardente, si accedat morbus regius; non solet amplius exudare, neque usquá alibi abscessum facere, sed sanus fit. Ex his omnibus percipimus humorem, qui morbum regium gignit in febribus, expelli à natura ad iudicationem faciendā, quā talis humor perficit, si antea plurima humoris copia abscederit per urinas, aluū, sanguinis fluxū, uel tandē alio modo, tempore tempestiuo. si uerò multus humor nō abscederit, sed permanserit, pars autē quædam cutim petat; aut cōsistit cum sanguine in uenis, & morbus peior euadit, aut decumbit, ueluti ad dextrū ilium, atq; etiam hoc pacto malum est.

APHOR. LXV.

In febribus circa ventriculum, & fortis æstus, & cordis morsus, uel dolor, malum.

Siue in cauitate uentriculi, siue in uenis, siue in substantia eius sit id, quod lædit aut per se, aut per consensum, malum existit in febribus: est ueluti si malum malo addas, ac præsertim cū ab ignobili ad nobilem partem se conferat uel humor, uel uapor, uel dolor.

APHOR. LXVI.

In acutis febribus conuulsiones, & circa uiscera dolores fortes, malum.

Cum maxima ex parte conuulsio fiat à repletione, cuius abolitio febris acuta existit, si in febribus acutis conuulsio, & fortis dolor circa uiscera corripiat; malum est: etenim causa conuulsionem producens, & dolorem, non à febre aboletur; sed excitatur. locū similē habemus in lib. de Coa. præno. & uerba sunt. Conuulsio in febribus acutis malum. Sed subdit. conuulsiones

ex

ex utero affecto, siue febre, faciles sunt. Verùm conuulsio in febre fiens, & eadē die desinēs bona est, & sedat febrem eadem die, aut postera, aut tertia. si uerò tempus, in quo incepit, transgrediatur, & non desinit; malum est.

APHOR. LXVII.

In febribus, ex somnis timores, vel conuulsiones, malum.

Cerebri læsionem indicant ex somnis timores, ac cōuulsiones: fit enim somnus ex cerebro, quod si sanum existat; non turbulentus, non terrificus, nec conuulsorius est: si ægrum; hæc omnia mala, & alia adipiscitur. quòd autem ex somnis timor incutiat hominem, cerebro læso, ostenditur in lib. de mor. sac. ubi legitur. Si terrores, ac timores accedant; à cereb. i transmutatione id contingit. transmutatur autem, dum calescit. calescit autem præ bile, ubi ad cerebrum impetum fecerit ex corpore per uenas hæmatitidas. & timor adest, donec rursus redierit in uenas, & in corpus. deinde quiescit. sed & ea conuulsio, quæ somnum comitatur, ex cerebro ortum ducit, ut comprobatur in lib. de Coa. præ. n. 1. ibi enim sic scriptū repertimus. Caput dolentes, exudantes, aluum suppressam habentes conuulsioni obnoxij sunt. Et in lib. de Denti. Quicunq; dentientes habitiores manent, & altiori somno utuntur, periculum est, ne cōuulsione corripiantur. sed in febribus minus conuelli decet; nam in eodem lib. de Denti. quibus in dentitione febris acuta accedit, parum conuellunrur: si uerò conuellantur; malum: etenim, ut diximus in lib. 2. aph. melius est febrem conuulsioni superuenire, quàm conuulsionem febri.

APH.

APHOR. LXVIII.

In febribus ſpiritus offendens, malum: Conuulſionem enim ſignificat.

Si ſpirationem interceptam nō faciat humor ex capite deſtillās, nec fauces exulceratæ; cōuulſam eſſe partem ſpirationi tributam argumento eſt: ac proinde malum eſſe ob rationem, quæ antea dicta eſt. Sed in lib. de Coa. præno. ſimilis locus habetur, & quid ſpiritus offendens ſit, explicat, ubi inquit. Spiritus, qui denſus, & paruus eſt, inflammationem, & dolorem in locis principalibus ſignificat: magnus autem, & per multū tempus, delyrium, aut conuulſionem.

APHOR. LXIX.

Quibus urina craſſa, grumoſæ, pauca non ſine febre, multitudo veniens ex his tenuis iuuat, præcipuè verò tales veniunt quibus ab initio, vel breui ſedimen habent.

Sic legitur apho in lib. de Coa. præno. Quibus urinæ paucæ, grumoſæ, non ſine febre, copia ex his progreſſa tenuis prodeſt. prodit aut talibus ab initio, aut breui ſubſidentiam habet. quibus urinæ cito ſubſidentiam habent, hi cito iudicantur. Vrina inter ſigna morbos iudicantia numeratur, ſiquidem ea ſit excrementum alimentī quodā, quod ſi diu intra corpus maneat, nec expellatur; morbum facit. quo facto, excrementum nō prodit, quemadmodū, dum corpus ſanū erat, excernebatur; ſed ſubſtātia differt, aut quantitate, aut colore, aut odore, aut cōtētis in ea, aut pluribus, aut omnibus, aut antea, aut nunc, aut ſemper. Optima igitur ægri urina eſt, quæ ſimilis eſt ei, quæ in ſanis eſt, maximè uerò ipſa ſibi ipſi.

ipsi.talis erit, cum fuerit alba subsidentia,& leuis,& æqualis,per totum tempus,donec iudicatus fuerit morbus:significat securitatem, & morbum fore breuem.Hæc in lib.progno.si uerò nec alba subsidentia,nec leuis,nec æqualis,aut si has possideat facultates,sed non per totum tempus; morbum perniciosum, aut diuturnum fore existimatur. Quæ itaq; urina has intermiserit conditiones,& aliquando pura mingatur,aliquãdo subsidat album,ac leue ; diuturnior fit morbus, & minus securus.si fuerit subrubra,& subsidentia similis,& leuis;diuturniorem,quàm prior significat morbum, & ualde salutarem.si subsidentia crassiores farinæ partes referat;praua est.hæc peior est laminosa . albæ uero urinæ , & tenues ualde malæ sunt. uerùm his deteriores sunt furfuraceæ.nubeculæ,quæ feruntur in urinis , albæ bonæ sunt , nigræ malæ . fulua,& tenuis urina morbum inconcoctum significat . & si talis diu permaneat;periculũ est, ne sufficere homo possit, donec urina sit cõcocta.lethalior est fœtida , & aquosa,& nigra , & crassa.nigra est pessima in uiris,& mulieribus: in pueris aquosa.pinguis supra arancorum telis similis colliquationẽ significat.sic Hip.in progno.& subdit.Cõsiderare cõuenit in urinis, in qbus nubeculæ sunt,an supnè aut infernè sint:& quales habeãt colores.quæ.n. deorsum ferunt cum coloribus relatis bonas esse censendũ est . q̃ sursum cũ coloribus relatis,malas.nec uero decipiat te;si uesica morbũ aliquem habẽs eiusmodi urinas reddiderit : non.n.totius corporis signũ est,sed ipsi' p te vesicæ. Qua de re si cui febriẽti urina reddat crassa,grumosa,& pauca;malũ significat:siquidẽ nõ sit similis sibi, dum sanũ extiterat corpus. prius autẽ,si diu pseueret.

At si ex pauca multa fiat, ex crassa tenuis reddatur, argumento est natura uim morbi superare.

APHOR. LXX.

Quibus urinæ perturbatæ, quales sunt iumentorum, his dolor capitis uel adest, uel aderit.

Vbi caput nimium incaluerit, liquescit in ipso pituita. liquescens uerò secedit partim ad nares, partim ad os, partim per uenas, quæ ducunt ad pudendum. hæc est Hippo. sententia in lib. 2. de mor. n. 1. iure igitur fit, ut quibus dolor capitis adest, uel aderit, si pituita ducatur ad pudendum, excernatur perturbata. comprobat autem id locus de Coa. præno. uerba quidem sunt. Lethargici, tremuli ex manibus, somnolenti, discolores, tumidi, pulsibus tardi sunt, & partes sub oculis eleuatas habent, & sudores insuper accedunt, & aluos biliosas, intemperatas, & subtumidas habent. Si uerò obaridas habuerint, urinæ, & egestiones alui latenter ipsis progrediuntur. urina ueluti iumentorum est, potum non experiunt, neque aliud quicquam. Hæc scilicet in febre uehementi. nam legitur in lib. 7. de mor. pop. n. 54. Polyphantus in Abderis caput dolebat in febre uehementi. urinæ tenues, multæ, subsidentiæ densæ, & conturbatæ. cum autem non cessasset dolor capitis, sternutatoria decima die adhibita sunt. postea ad collum dolor uehemens. urina prodiit rubicunda conturbata, uelut iumenti. mente motus est phrenitico modo. mortuus est in uehementibus conuulsionibus. simile extat exemplum in lib. 1. de mor. pop. sect. 3. ægro. 4.

APHOR. LXXI.

Quibus septima iudicatur, his nubeculam habet quarta die urina rubeam, & alia ex ratione.

Minimè ambigendum est, cum Hipp. in Prognostico dixerit, Si urina fuerit subrubra, & subsidentia similis, & leuis; diuturniorem, quàm prior significat morbum, & ualde salutarem; hoc loco asserere, quibus septima iudicatur, his nubeculã habet quarta die urina rubeam, & alia ex ratione: nã hæc difficultas soluitur in Coacis prænotionibus ubi hæc scribũtur. Vrina in febre albã habens, & leuem subsidentiam, firmatam, celerem dimissionem significat (hoc est, ad summum tertia, uel quarta die); celerem etiam eã, quæ ex indiscreta pinguedinem quandam habens, exaquescit. At subrubra, & subsidentiam subrubram habens, & leuem, siquidem ante septimum diem prodeat; septima die liberat. post septimum uerò tardius, aut omnino post tempus aliquod diuturnius. & quæ in quarto die nubeculam subrubram habet, septimo liberat; si reliqua iuxta rationem habeant.

APHOR. LXXII.

Quibus urinæ albæ, & perspicuæ, malæ, præsertim si in delirantibus appareant.

In Coa. prænot. sic legitur. Alba, & diffusa, pellucida vrina mala est, maximè si in phreniticis compareat. in his vt in eodem li. affirmat, si alui egestiones albæ sint, & torpor, malum.

APHOR. LXXIII.

Quibus ilia ſuſpenſa murmurantia, lumborum dolore ſuperueniente, his alui humectantur, niſi flatus erumpant, aut urinæ multitudo proueniat, hæc uerò in febribus.

Ea lectio extat in lib. de Coa. præno. In dolore præcordiorum ſubmurmuranti lumborum dolor ſuperaccidens in febribus, uentres ut plurimum humectat; ſi non flatus eruperit, aut urinæ copia prodierit. ſigna hæc iudicant futuram alui humectationem. & niſi adeueniat, nec flatus, nec copia urinæ profluat; medicus pharmacum infernè purgans exhibeat, præſertim ſi febris non adſit: aſſeruit enim Hip. in hoc lib. aph. 20. Non febricitantibus ſi tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari inferius oportere ſignificatur.

APHOR. LXXIIII.

Quibus ſperatur abſceßum futurum ad articulos, liberat ab abſceßu urina multa, craſſa, & alba facta, qualis in laborioſis febribus quarto die quibuſdam incipit fieri. Si uerò etiam ex naribus fluxerit ſanguis, breuis admodum ſolutio fit.

Totum hunc apho. atque eius explanationem habemus in lib. 6. de mor. pop. ſect. 4. in quo hæc uerba ſunt. Tubercula circa aurem, quibus circa indicationem exorta, non ſuppurata fuerint, his diſparẽtibus, recidiua fit pro ratione recidiuarũ: recidiua uero contingente, rurſus intumeſcunt & permanent, uelut febrium recidiuæ in ſimili circuitu. his ſpes eſt ad articulos abſcedere. urina craſſa, alba, qualis Archigenis familiari erat, in

laſſitu-

lassitudinis, aliàs lassitudinosis febribus quarta die aliqñ prodit, & liberat ab abscessu. si uerò ultra hoc etiã sanguis ex naribus largè eruperit, etiam ualde. cui intestinũ in dextra parte dolebat, & articulari morbo correptus est, erat quietior. postquam autem hic curatus fuit; magis dolebat. Hæc eadem leguntur in li. de Humoribus. Alia extat lectio in lib. de iudicà. uerba quidem sunt. Abscessus circa aurem quibus circa iudicationem oborientes non suppurantur, his submotis, recidiua fit iuxta recidinarum rationẽ similis circuitui in his. spes est ad articulos abscessum fieri: aut urina crassa, qualis est alba in quartanis delassatoris, liberat abscessu. quibusdam uerò horum etiam sanguinis è naribus eruptiones fiũt. hæc autem sanguinis eruptio quartanas nõ soluit, neque morbos, qui per alui egestiones sanari solẽt. sic explanatur Aph. causa uerò si quæratur solutionis morbi huiusce est humoris abscessio per effluxum, cùm humor, ut paret, morbum produxerit. sed crassa urina albam subsidẽtiam habens aut circa articulos dolorem, aut rumorẽ significat, ut apparet in lib. 2. prædict. quæ si copiosè effluat, liberat articulos.

APHOR. LXXV.

Si sanguinem, aut pus mingat; aut renum, aut uesicæ exulcerationem significat.

Vlcus renum, & uesicæ ulcus inter se differũt: uesicæ enim est ulcus; si sanguinẽ, aut pus emittat cum squamulis, & graui, ac molesto odore: renũ uerò nõ: sed qui sponte siue absq; causa manifesta sanguinẽ mingũt, uenulæ in renib' ruptæ iudiciũ est. Vbi hõ sanguinẽ mingat à renibus;

sanguinem cum urina mingit in principio morbi, deinde progressu temporis pus, sic in li. de inter. Affectio. n. 16. pus autem non semper est à renibus, uel uesica, sed ab aliis partibus, quemadmodum liber de Natu. hu. explicat.

APHOR. LXXVI.

Quibus in urina crassa existente, carunculæ paruæ, aut neluti capilli v. à exeũt, his a renibus excernuntur.

In lib. de Nat. hu. n. 26. legitur. Quibus in urina crassa existente carunculæ paruæ capilliformes simul prodeunt, eis à renibus prodire nosse oportet, & ab arthriticis.

APHOR. LXXVII.

Quibus in urina crassa furfurea quædam simul exeunt, his uesica scabie laborat.

In eodem lib. de Natu hu. n. 26. scriptũ est hoc pacto. Quibus pura urina est, & aliàs, atq; aliàs uelut furfures in urina innatant, horum uesica scabiosa existit. E scabiosa uesica laborantem recitat Hippo. in lib. 5. de mor. pop. n. 2. his uerbis. In Lariſſa Theophorbi filius uesicam scabiosam habebat, & uiscosam urinã mingebat, & dolebat dum inciperet mingere, & dum desineret, & confricabat pudendu.. hic cum bibisset pharmacum urinam ciens acre; in uesicam nihil proceſſit; sed multum purulentum, & bilem euomuit, & deorsum alia huiusce modi egerebat, & uentrem dolebat, & intrinsecus ardebat. reliquum corpus frigidum, & totus resolutus est. & nihil assumere uolebat, exulceratus est uenter ualde à ui pharmaci, & periit tertia die post potionem.

APH.

APHOR. LXXVIII.

Quicunque sponte sanguinem mingunt, his à renibus venulam ruptam significatur.

Sanguinem mingit homo & cum dolore, & absq; dolore, paulatim, vel copiosè. Dolor fortis premit; si à labore ruptæ sint venulæ ad renem tendentes, & postea ren sanguine repletus fuerit. hic vbi hæc patitur, cum vrina sanguinem mingit in principio morbi, deinde progressu temporis pus. Hic, si quietem corpus habuerit; celerrimè sanus erit: si enim quid laborarit; dolores multò magis obtinebũt. Hæc ex lib. de inter. affect. n. 16. Mingit & absquè dolore, &, vt quidam exponunt, sponte, ac sine difficultate.

APHOR. LXXIX.

Quibus in vrinis arenosa subsistunt, his vesica laborat calculo.

De renum calculo alia dat Hipp. signa: legitur enim in lib. de Corde. Quibus sanis hyeme circa lumbos frigiditas, & grauitas ex leui causa, & alnus suppressa, superno ventriculo probè officium suum præstante; his coxendicum morbus, aut renum dolor, aut vrinæ stillicidium fortasse contigerit. quibus infernæ partes affliguntur, pruritibus antea fortibus obortis, his arenosa vrina fit, & supprimitur. Et multò pòst. Renũ dolor repentinus, cum vrinæ suppressione, calculorum, aut vrinarum crassarũ mictionẽ significat. sed de calculi ortu in vesica hæc scribit in lib. de ac. aq. & lo. Quorum aluus satis fluuida est, ac sana, & vesica non ardens, neq; stomachus vesicæ valde coardescit; hi facilè vrinam

eiiciunt,& in uesica nihil congregatur.Quorum uerò aluus ardens,ac feruida fuerit,in his necesse est etiam uesicam idem perperi : cum.n.magis,quàm pro natura fuerit calefacta;stomachus ipsius inflammatur . ubi uerò hæc perpetitur ; urinam non dimittit,sed in seipsa concoquit, & adurit. & quod quidem tenuissimum in ipsa est excernitur : purissimum transit , & emingitur . quod uerò crassissimū,ac turbidissimum est,coacernatur,& concrescit, primum quidem parum, deinde maius fit:dum.n.uoluitur ab urina,quicquid crassi coompactum fuerit ,ad seipsum adapiat,atq; sic augescit.& cum urinam emittit;ad uesicæ stomachū allabitur ab urina impulsum, & urinæ emissionem impedit , & dolorem uehementem exhibet.quare pueri calculosi fricant ac trahunt pudēda: uidetur.n.ipsis causa mictionis eo.loco esse.signum autem eius,quod hæc ita se habent,hoc est.urinam splendidissimam calculosi mingunt ad similitudinem seri:eò quòd id, quod crassissimum est, ac biliosissimum , isthic manet,& coaceruatur,ac concrescit.& pleriq; sanè hoc modo lapidem,& calculum contrahunt. Fit pueris etiam ex lacte,si id salubre non fuerit;sed ualde calidum,ac biliosum:uentrem.n. percalefacit,& uesicam.quare urina dum adurituri;hæc patitur Muliebribus pudendis non similiter contingit : meatus enim urinæ in uesica breuis est.

APHOR. LXXX.

Si sanguinem mingant , aut grumos , uel stillicidium urinæ habeant.& dolor in imum incidat uentrem,& pectinem,& fœmen: circa uesicam labor est.

Sanguinis

Sanguinis mictio prouenit & à renibus, & à vesica, & ab his, quæ interiacent partes ministrantes. sic & urinæ stillicidium ab his, & aliis quoque propinquis. nam inquit Hipp. in lib. 5. aph. recto intestino, aut utero, inflammationem patiente, urinæ stillicidium accidit. & renibus purulentis urinæ aduenit stillicidium. curationem scribit in lib. 7. apho. 49. his uerbis. Vrinæ stillicidium, & mingendi difficultatem uini potio, & uenæ sectio soluit: incidere autem interiores. Et in libro secundo de morb. pop. sect. 6. urinæ stillicidium soluit uenæ sectio. sed quod fit per consensum stillicidium, consulendum est.

APHOR. LXXXI.

Si sanguinem, aut pus minxerit, aut squamulas, aut grauis odor adsit, vesicæ exulcerationem significat.

Scripsit antea Hippoc. si sanguinem, aut pus quis mingat; rerum, aut vesicæ vlcerationem significat. nunc dat notas, quæ vlcus vesicæ à renum ulcere distinguant, & inquit. si quis vel sanguinem, vel pus, vel squamulas minxerit, & grauis sit odor; vesicæ vlcerationem significat.

APHOR. LXXXII.

Quibus in urinaria fistula tubercula nascuntur, his suppuratione facta, & eruptione, solutio.

In

In coacis præno. sermo huic similis auditur. Quibus tuberculum est circa uesicam, quod mingendi difficultatem inducit, ij ad omnis generis figuras uexantur. huius autem solutio fit, pure erumpente.

APHOR. LXXXIII.

Mictio noctu plurima facta, paruam significat deiectionem.

Nemo artis medicæ peritus ignorat si natura abscedat, & excernat ex una parte plurimum, ex altera parum oportere: utrobiq; enim seruire non licet. sed, cur noctu potius, quàm interdiu, considerandum est.

IOANNIS MARINELLI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS.

QVINTVS.

APHOR. I.

Conuulsio ex elleboro lethalis est,

HIt omnis conuulsio per se, aut per consensum: si per se, siue per essentiam; prouenit a replétione, uel ab inanitione: per cõsensum uerò, si aliqua corporis pars adeò afficiatur, ut partem aliam cõmunicantem conuellat, quemadmodũ si uterus uel hepar, uel uentriculus laboret, excitant quãdoque conuulsionem in totum corpus, ut legitur in lib. de mor. sac. de mor. mul. & alibi. Quæ à repletione oritur, aut ab inanitione, est pessima, si totum corpus, uel partes principes occupet. à repletione facta, est perniciosa, si pars conuulsa sit princeps, ibiq; morbus sedem faciat. Pernicioſa quoque est ea, quam inanitio gignit,

& ple-

& plerunq; incurabilis. sed conuulsio, quæ fit a pharmaci purgantis potione, qualis est ellebo-rus, fit ab inanitione, non à mala medicamenti uirtute, id comprobat Hipp. in Præno. ubi sic scri psit. In meracis uomitibus singultus malus, ma-la etiam cõuulsio: similiter etiam in nimiis pur-gationibus ex medicamentis. èx ueratro conuul sio perniciosa. hoc quoque affirmat in lib. 7. aphor. 25. ubi inquit. Ex medicamenti potione conuulsio lethalis est. Et in hoc lib. aph. 4. Ex su perflua purgatione, conuulsio, aut singultus ma-lum. Potest tamen fieri, ut quandoque ab acri qualitate, uel alia ui maligna pharmaci inficia-tur, uel sanguis, uel partes corporis quædam, un-de conuulsiones, aliaq; mala eueniant. tale quid legitur de acri fluxione in lib. de Vict. rat. in mor. acu. n. 37. uerba quidem sunt. Cum dolo res accesserint; atræ bilis, & acrium fluxionum affluxus fiunt. dolent autem partes internæ, dum mordentur. conuersæ uerò, & ualde siccæ factæ uenæ intenduntur, & inflammatæ affluentia at-trahunt. Vnde corrupto sanguine, & spiritibus non potentibus naturales in ipso uias permeare, perfrigerationes fiunt ex statione, & uertigines, & uocis interceptio, & capitis grauitas, & con-uulsiones, si iam ad cor, aut hepar, aut uenam deuenerint. hinc morbi comitiales fiunt, aut se-misyderati, si in ambientes locos fluxiones inci-derint, & a spiritibus pertransire nõ potentibus resiccatæ fuerint.

APHOR. II.

Conuulsio ex uulnere lethalis est.

In lib. de Coa. præno. uariam habemus lectio-nem: nam legitur. Ex uulnere conuulsio accedẽs mala.

mala. Et paulò antè hæc animaduertenda percipiuntur. Quibus tempora secantur, conuulsio ex cõtrariis sectioni partibus oborit. Malã, nõ letha lẽ dixit. quare lethalis ferè idẽ est, ac periculosa.

APHOR. III.

Vbi sanguis plurimus fluxerit, singultus, aut conuulsio superueniens, malum.

Plurimũ iuuat sanguis è naribus fluens: scripsit. n. Hip. in li. 4. aph. 60. Quibus in febrib. aures obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata soluit morbũ. Et in hoc li. aph. Mulieri mẽsibus deficiẽtibus, si sanguis ex naribus fluat, bonũ. Et in lib. de iud. sanguinis è naribus fluxus febrẽ ardentem soluit. Et sanguis multus è naribus erumpens soluit dolorem fortẽ in locis infernis. Hæc, & alia cõmoda moderatus sanguinis fluxus adfert. At si plurimus fluxerit, atq; singultus, aut cõuulsio superuenerit; malũ: tit. n. huiuscemodi cõuulsio ab inanitione, q̃ difficulter sanatur. cõfirmat Hip. hanc sententiam aphorismi in lib. 7. aph. 9. his uerbis, à profluuio sanguinis desipiẽtia, ac conuulsio malum. singultus quoq; si accedat; malum est: conuulsionem enim partis alicuius significat.

APHOR. IIII.

Ex superflua purgatione, conuulsio, aut singultus superueniens, malum.

Est ueluti propositio maior prædictorũ aphorism. si aph. hoc pacto componas Ex superflua purgatione conuulsio, aut singultus malum. Sed conuulsio ex elleboro, & ex sanguine plurimo oritur, quæ fit à superflua purgatione, & euacuatione. quare utpote ea, quæ ab inanitione ducitur, est mala.

APHOR. V.

Si ebrius quispiam repẽte obmutuerit, convulsus moritur, nisi febre corripiatur: aut ubi ad horam pervenerit, quà solvuntur crapula, vocem recuperet.

In lib. 2. de mor. n. 22. explanationem huius aphor. percipimus his verbis. si quis ex ebrietate voce privetur, & statim ipsum etiam febris corripiat; sanus fit. Si verò non corripuerit; die tertia moritur. In lib. autem. 3. de mor. n. 2. legitur. Cum à capite initio sumpto, dolor acutus statim vocem interceperit, tum aliàs, tum si ex ebrietate hoc contingat; ita affectus septima die moritur. minus tamen moriuntur, qui ex ebrietate tale quid perpessi sunt, & voce privati permanserunt: nam, si eadem die, aut postera, aut tertia vocem edant; sani evadunt. faciunt autem hoc aliqui ex ebrietate, & neutri moriuntur. Sed in lib. 1. de mor. nu. 6. hoc pacto scriptum reperies morbi causam explicans. De repente dolor occupat caput, & statim vox intercipitur, ac sui impotens fit. hic in septem diebus moritur, si non febris invaserit: si enim hæc invaserit, sanus evadit. Patitur autem hæc, cum atra bilis in capite commorata fluxerit, maximè in partem, in qua plurimæ sunt venæ, in collum, inquam, & pectus. deinde postridie syderatus fit, ac impotens, sanguine nimirum perfrigerato. &, si superior evaserit ita, ut sanguis calescat sive ab his, quæ exhibentur, sive à seipso; attollitur, & diffundirur, ac movetur, & spirationem inducit, & spumescit, & à bile separatur, & sanus evadit. Si verò superior non evaserit;

rit; adhuc magis perfrigeratur, &, ubi perfrigeratus penitus fuerit, & calor ex ipso defecerit; congelatur, & moueri non poteſt, ſed moritur. At ſi ex ebrietatibus hæc patiatur; nã & hoc contingit; itidem moritur. Hinc cauſam comprehendere poſſumus, cur ebrii inſaniant, immobilesque reddantur: frigeſit. n. ſanguis ab humore. uel uapore uini, non autem repleri neruos eſt neceſſe, peritq; homo, ſi ſanguis ſuperior non euaſerit. Hæc eſt Hip. ſententia. curationem uerò habemus in ciſdem locis.

APHOR. VI.

Quicunque à diſtentione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt: ſi verò has effugerint, ſani fiunt.

Diſtentio eſt conuulſio quædam non cuiuſuis partis animalis, ſed neruorum, ac partium, quæ minus ſunt humidæ ac laxæ, magis autem tenaces, ac uiſcidæ: etenim in lib. de fractu. ſcribit Hip. ſi reponenti conuulſio acceſſerit; non multa ſalutis ſpes eſt, commodum autem eſt rurſus, os eiicere à ſua ſede, ſi id citra moleſtiam fieri poſſit: non. n. in laxioribus, quàm opportunum eſt, conuulſiones, ac diſtentiones accedunt ſed in his, quæ magis extenta ſunt. Et in lib. de lo. in ho maximè impetunt neruos diſtentiones & alii morbi, à quibus tremor corpus occupat, quare conuulſiones, atque diſtentiones affectus eſſe neruorum, ac partium neruoſarum facilè percipi poteſt. triplex porrò exiſtit diſtentio: ſiquidem in anteriorem partem fiat, quæ emprosthotonos dicitur, in poſteriorem, & hæc opiſthotonos appellatur, & in utranque partem, hoc eſt, flecti non poteſt homo in neutram partem, ſed

immo-

immobilis manèr, quam tetanum appellant: tamen dicuntur omnes hæ conuulsiones, siue distentiones Tetani, de quibus copiosè egit Hipp. in lib. 3. de mor. in lib. de inter. affect. & in lib. de dieb. iudica. Fit hic morbus à ui caloris, frigorisq;, & à pituitæ copia: nam inquit Hip. in li. 7. aph. 53. ab æstibus fortibus conuulsio, aut distentio nernorum malum. in hoc autē lib. 5. aph. 17. Frigidum conuulsiones, distentiones, liuores, rigores febriles. in lib. de mor. sac. Aliqui incuruì fiunt: cum enim descenderit pituita frigida ad pulmonem, aut ad cor, perfrigeratur sanguis. Sed hæc distentio non fit a materia neruos, aut neruea partes occupante, uerùm à spiritibus, qui motum partibus præstare non possunt; cum pituita uias, ac meatus occluserit. Quo autē modo innotescant hi tres tetani, non est difficile; cum uel incuruus manent homo, uel ad partem anteriorem, uel posteriorem flectatur corpus. signa præterea, indicantia unicuique propria iam licet ex libris antea relatis. præsagium verò recitat Hip. in hoc loco, & inquit. Qui à distentione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt. Si hos effugerint; sanantur. Sed quæ sit distentio, quæ tam breui perimat, non recenset. nec dicendum est illam esse, quæ composita sit ex illa, quam Græci Emprosthotonon, idest ad anteriores partes distentionem, & opisthotonon, idest ad posteriores nominant ita, quod citius in ipsa fiat iudicatio quàm in harum altera, non tolerante natura longiori tempore laborem, quem ferat distentio: nam & hæc & illa distentio eodem temporis spatio decernit: legitur enim in lib. de iudica. Quicunque à distentione anteriorium, ac retroriorum corripiuntur, in quatuor diebus pereunt. si hos effugerint;

effugerint; sani fiunt. Dices autem Hippo. ibi de composita distentione fuisse locutum. Sed libri audiamus tertium de mor. ubi loquitur de tetanorum differentiis. inquit enim. Cum distentiones, Tetani appellati corripuerint; maxillæ rigent, uelut ligna, & os aperire non possunt, & oculi lachrymantur, ac distorquentur, & dorsum riget, & crura contrahere non possunt, neque manus. facies rubet, & ualde dolet. & ubi moriturus est; potum, sorbitionem, & pituitam per nares reuomit. Hic tertia die, aut quinta, aut septima, aut decima quarta perit. ubi uerò has effugerit; sanus euadit. Et subdit. Cum distentio in posteriores partes opisthotonos appellata tenuerit, reliqua quidem plerunque eadem sunt, uerùm in posteriores partes conuellitur, & uociferatur aliquando, & dolet uehementer, nec crura quandoque contrahere potest, nec manus extendere: sunt enim cubiti incuruati, & digiti in pugnum contracti, & pollicem quandoque aliis digitis continet, & clamat, & nugas garrit, & non potest se ipsum continere, sed exilit aliquando, ubi dolor premit. Cum uerò remittit; quietem habet. aliquãdo etiam uox intercipitur, simul aut morbo corripiuntur, aut insani, & atra bile perciti fiunt. Hi tertia die moriuntur, uoce soluta, & reuomũt per nares. si uerò effugerint decimum quartum diem; sani fiunt.

APHOR. VII.

Quibuscunque morbi comitiales fiunt ante pubertatem, mutationem accipiunt. Quibuscunque autem vigesimoquinto anno, commorimntur.

Epilepsia latinè dicitur morbus comitialis, & morbus sacer, est conuulsio quædam omnium corporis partium non perpetua; sed quæ ex temporum accidit interuallis, cum mentis, sensuum, ac motus oblæsione. Hãc definitionẽ, & causam morbi, & modũ percipimus ex li. Hip. de morbo sacro. inqt. n. Qui pueri mũdi sunt, neq; vlcus vllũ in caput erupit, neq; mucus, neq; saliua vlla prodit, neque in uteris purgationem fecerunt, his periculum imminet, si pituitosi sint, ne ab epilepsia corripiantur. Defluit autem pituita à cerebro quæ si à uijs excluſa fuerit, & in uenas defluxum fecerit, mutus fit, & suffocatur, & spuma ex ore effluit, & dentes constringuntur, & minus conuelluntur, & oculi distorquentur, & nihil sapiunt. aliquibus etiam stercus inferne secedit. Mutus est, cum derepente pituita in uenas delapsa aerem excluserit, & non admiserit in cerebrum, neque in uenas cauas, neque in uentriculos; sed occuparit respirationẽ. E. subdit. Quare, ubi fuerit excluſus à uenis aer præ pituita; mutum, ac desipientem hominem reddunt: nam aer, qui ad uenas peruenit, cõfert ad uentriculos ingressus, & ad cerebrum, atque sic sapientiam, & motum membris exhibet. Sed manus conuelluntur, sanguine quiescente, & dum non diffunditur, ueluti solebat. Oculi distorquentur, aere a uenis excluſo. Spuma ex ore prodit ex pulmone: cum enim spiritus non ingrediatur in ipsum, spumescit, & ebullit velut moriẽs. stercus subit; dum uiolenter suffocatur. suffocatur autem hepate, & uentre surſum ad septum transuersum irruentibus, & stomacho uentris concluso. irruunt autem, cum tantum spiritus in os non ingreditur, quantum solebat. Cal-

citrat

citrat pedibus; cum aer in membris concluſus fuerit, & foras penetrare non poterit præ pituita: uerùm exiliens per ſanguinẽ iurſum, & deorſum, conuulſionem, ac dolorem inducit. Hæc omnia perpetitur; cum pituita frigida defluxerit in ſanguinem calidum: perfrigerat enim & ſiſtit ſanguinem. &, ſiquidẽ fluxus multus fuerit, aut craſſus; ſtatim occidit: dominat enim ſanguini per frigus, ipſumq; congelat. ſi uero paucior; in præſens quidem dominatur obturans reſpirationẽ deinde temporis progreſſu, cum diſperſus fuerit per uenas, & ammixtus ſanguini multo extitenti, ac calido, ſi ſuperatus fuerit; uenæ aerem ſuſcipiunt, & ægri reſipiſcũt. Hæc de cauſis, & ſymptomatibus epilepticis. Quòd uero ætas iuuenilis morbum hunc abolere poſſit, & non ætas ſolum, ſed anni tempora, loca, & victus ratio, abunde diſſeruimus in lib. 2. apho. 45.

APHOR. VIII.

Quicunque morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, hi ad ſuppurationem uertuntur.

In lib. de affectio. nũ. 8. locus hunc confirmat aph uerba ſunt. Iudicatur ſcilicet pleuritis breuiſſima ſeptima die, longiſſima decima quarta. & ſiquidẽ in hac per ſputũ reiectum, ac purgatũ fuerit pus à latere; ſanus ſit ſi uerò per ſputũ nõ fuerit pus reiectum; pectore ſuppuratus efficit, & morbus longus erit. Et in li. prog. no. quicuq; ſuppurati fiũt maxime ex pleuritide, & peripneumonia, eos calores concitantur interdiu tenues, noctu uehementiores, & nihil memoratu dignũ expuunt. & ſudores multi oboriuntur, tuſſesq;, ac tuſſiendi promptitudo adeſt, & oculi cani

fiunt, & maxillæ rubore contrahunt, & ungues manuum curuantur, digiti uerò calescunt, & potissimum summi. & in pedibus tumores fiũt, & cibos non appetunt, & pustulæ per corpus nascuntur. Quæcũque igitur suppurationes diutur næ sunt; hæc signa habent, & fidem ipsis uallde habere oportet. Quæ uerò breues sunt, ex his signis cognoscere oportet; siquid apparuerit ex his, qualia in principiis fiunt: simul autem, & si aliquantò difficilius spirauerit homo. Hæc ex Hip. prog & ex lib. de Coa. præno.

APHOR. IX.

Tabes fiunt maximè ætatibus à decimo octauo vsque ad trigesimum quintum.

Aetates periculosissimæ sunt ad tabem ab anno decimo octauo usque ad trigesimum quintũ. sic confirmat lib. de Coa. præno. Tabis uerò tres species recitat Hip. in lib. de Inter. affectio. prima fit à pituita; cũ caput impletũ ea ægrotarit, & calor accesserit; tũc pituita in capite conputrescit, ut quæ moueri non potest, ut decedat. postea, cũ uenulæ crassefactæ fuerint, & superimpletæ; fluxio in pulmonẽ fit. & pulmo ubi susceperit; statim ægrotat, ut qui à pituita mordetur, quæ salsa est, & putrida. aut replẽtur pulmones pituita nõ putrida, nec mordaci, nec acri à capite delata, eaq; postquã defluxit pus fit, & pulmones exedit. Secunda tabes fit à labore. morbus autem hic magis priore quiescit, & æstate remittit. saliuam uerò expuit crassam, & tussis premit maximè scenes, & dolor fortior est in pectoribus. Tertia fit, cum medulla spinalis sanguine plena fit. tabescit autem similiter & à cauis uenis. hæ uerò pituita hydropiformi, & bile replentur. patitur au-

tem

tem eadem ab uteris, ſi nimium obſtructi ſint, aut aperti: & ab hæmorrhoidib' clauſis. Quib' igitur hominibus has ætates agentibus caput natura plurimam gignit pituitam, aut ſubtilem, aut ſalſam, aut acrem: utpote eam, quæ ab acuto calore, qualis eſt natura his ætatibus, tales acceperit qualitates; iis promptitudo eſt ad tabem, quæ tunc excitatur potiſſimum, ſi cauſæ externæ concurrant, qualis eſt labor, calor ſolis, & id generis, ut ab ictu, à uulnere illato. ſi cauſæ internæ, ſunt ueluti menſes ſuppreſſi, aut fluxus diuturnus, uena rupta. Verùm & alia diximus in lib. 3. apho. 29. Tabes porro, ut legitur in lib. 1. de mor. n. 3. neceſsitatem habet, ut perimat. Sed periculoſsimæ ſunt tabes à ruptione uenarũ craſſarum, & à defluxu de capite, ut ſcriptum eſt in lib. de Coa. præno.

APHOR. X.

Quicunque ab angina liberantur, his ad pulmonem vertitur, & in ſeptem diebus pereunt, ſi verò has effugerint, ſuppurantur.

Sic legitur apho. in lib. de Coa. præno. Quibus anginæ ad pulmonem uertuntur, partim in ſeptem diebus pereunt, partim euadentes ſuppurati fiunt, ſi non eductio pituitoſa ſurſum ipſis fiat. In lib. autem præno. n. 23. ſi ad pulmonem uertatur angina, delyrium inducit, & quidam ex ipſis ſuppurati plerunque fiunt. Facilè autem tranſit morbus alter acutus in alterum ob loci communionem. ſed de huiuſmodi tranſmutatione aliàs.

APHOR. XI.

Qui tabe molestantur, sputum quod existunt graueoles iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, lethale.

In lib. de Coa. præno. hæc uerba leguntur: Quibus tabidis sputum in igne grauem nidorem olet, & capilli de capite fluunt, pereunt: & qbus tabidis in mare expuentibus pus ad fundum sidit, breui pereunt. sit autem mare in æneo uase. Hæc confirmãt aphoris. hunc. Verum cum tabes pluribus de causis proueniat; quænam, signa ea, quæ dum hominem tenuerit, det futuræ mortis, hæc duo, sputum videlicet graueolẽs, & capillorum defluxum, explicat Hipp. in lib. 2. de mor. atque causas recensẽt horum symptomatum. inquit autem. Cum quis ex pulmonis affectu tabescit; is saliuam crassam, cum uirore subpallidam, dulcem, tussiendo reiicit, & stridor, ac dolor ad pectus, & ad dorsum fit, & in faucibus tenuis sibilus auditur, & fauces siccæ sunt, & oculorum cauitates rubicundæ, & uox grauis, & pedes intumescunt, & ungues contrahuntur, & supernæ partes attenuantur, ac imminuũtur, & saliuam abominatur, ubi excreaturus ipsam in ore habet, & tussit mane maximè; & circa mediam noctem, imo etiam aliis temporibus. Et corripit magis mulierculam iuuenculam, quã uetulam. Huic si iã pili de capite defluant, & nudũ sit caput uelut ex morbo, & si prunis inspuenti spurũ graueolẽs sit, intra breue tempus ipsam morituram esse pronuntia: id uerò qđ occidit, alui profluuiũ fore: ubi. n. iã pus circa cor putruerit; nidorosum odorẽ prunis iectũ de se præbet: & cerebrum concalescens salsuginosum humorem

effundit,

effundit, qui aluũ mouet. huius uerò signũ est, ꝙ capilli ex capite defluũt: salsedo n. humoris plura efficit incõmoda; nam aluum mouet, fauces siccat, contrahit ungues, & capillorũ pro fluuiũ generat caliditate sua, & siccitate: etenim id in lib. de nat. præ. confirmat, dũ ait. Quicunq; calui fiũt, hi sanè pituitosi sunt, & pituita in capite ipsorũ simul cũ coitu agitata, & calfacta ad cuticulã allabens pilorũ radices exurit, & defluũt pili. Cur igitur graueoleat spurum, capilliq; à capite defluant, ex Hipp. sententia explanauimus.

APHOR. XII

Quibuscunque tabe laborantibus capilli à capite defluunt, his alui profluuio superueniente, moriuntur.

Quemadmodum antea exposuit Hip. defluũt capilli ex sallugineso humore, atq; ex eodẽ, non ex uirium imbecillitate alui profluuium succedit, quod mortis causam esse existimandum est. Hunc aphi. sic legimus in Coa. præno. Quibus tabidis capilli ex capite defluunt, à profluuio alui capiuntur. Et quibus tabidis alui profluuia accedunt, moriuntur.

APHOR. XIII.

Quicunq; spumosum sanguinem expuunt, iis è pulmone eductio fit.

Sanguinẽ spumosum ex pulmone educi ulcerato multis uidet. At in Coa. præno. hæc leguntur. Qui spumosum sanguinem spuunt, dextrum præcordium dolentes, de hepate spuunt, & multi pereunt, aliàs legitur absolutè, moriunt. & subdit. Qui spumosum sanguinem uomunt, dolore infra septum transuersum non existente, de pulmone uomunt. & quibus quidem magna in ipso ue-

ha rumpitur, multum uomunt, & in periculo uerſantur: quibus uero minor, minus educunt, & ſecuriores ſunt. In lib autem. i. de mor. nu. 10. hanc partem confirmat ſic, Cum uenula aliqua in ipſo. ſ. pulmone rupta fuerit (rumpitur autem à laboribus) & ubi rupta fuerit; ſanguinem fundit, ſiquidem craſſior fuerit; amplius: ſin tenuior; minus. & ſanguinẽ ipſum partim confeſtim ſpuit, partim uerò niſi uena adſtringatur, in pulmonem funditur, & in ipſo putreſcit. & ubi putrefactus fuerit; pus facit, progreſſu uerò temporis aliquando pus ſincerum, aliquando pus ſub cruentum, aliquando ſanguinem. & ſi magis repleta fuerit uena; ipſam ſanguinis copiã acernatim à ſeipſa reuomit, ſpuiturque pus craſſum ab acceſſoria, & intus putreſcente pituita.

APH'OR. XIIII.

A tabe habito profluuium alui ſuperueniens, lethale.

Id, quod occidit tabidos, alui profluuium eſſe affirmat Hip. in lib. 2. de morbis, ut antea in explanatione apho. 11. diximus. fit autem alui fluxus talis ab humore ſalſuginoſo à capite defluẽte, ut ibi explicat, atq; comprobat de pituitæ defluxu in lib. 1. nu. 10. his uerbis. ſi pituita ex capite ad pulmonem deſtillet; primum ut plurimum latenter defluit, tuſsimq; tenuem exhibet, & ſputum paulò amarius ſolito, & aliquando tenuis adeſt calor. temporis autem progreſſu exaſperatur pulmo, & intus exulceratur à pituita inhærente, ac putreſcente, & grauitatem exhibet pectori, & dolorem acutum ante, & retro, caloresq; acriores in corpus incidunt, & pulmo à calore trahit ad ſe pituitam ex toto corpore, &

maximè

maximè ex capite, caput uerò calefactum ex corpore, & hanc putrescentem subcrassam spuit. quanto autem plus temporis progreditur, tanto magis pus sincerũ spuit, & febres acutiores fiunt, & tussis frequens, & fortis, & inedia uexat, & tandem aluus infernè turbatur. turbatur autem à pituita, pituita uerò de capite descendit.

APHOR. XV.

Quicunq; ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta diebus purgantur à die, à qua fit ruptio, liberantur: Si verò non, ad tabem transeunt.

Maximè bilis, & pituita percalescit, & humectatur à causis scilicet externis calefacientibus, ut a calore contracto à laboribus, uel a frigore constipante poros, & calorem in unum cogente: nã his cõmotis, ac humectatis, fit, ut rigor inuadat hominem. Et cum latus natura carne nudũ sit, nec quicquã sit in ipso, quod renitatur, præter uentriculi cauitatem; maximè rigorem percipit. & cum riguerit, ac perfrigeratum fuerit; caro, quæ est in latere, & uenæ cõtrahuntur, ac conuelluntur. & quantum in ipsa carne inest bilis, & pituitæ, aut in uenis, quæ in ipsa carne sunt, id magna ex parte, aut totum secernitur, introque compellitur ad calidiratẽ, carne extrinsecus condensata. atq; id ad latus affigitur, & dolorẽ uehementem exhibet, & percalescit, & per caliditatẽ trahit ad seipsum à uicinis uenis, ac carnibus pituitam, & bilem. atque hoc sane modo fit pleuritis. Vbi uerò ad latus affixa putruerint, & per sputum reiecta fuerint; sani fiunt. si uerò & antiquum multum affixum fuerit ad latus,

&

& aliud insuper accesserit; statim pereũt præ sputi copia expuere nequeuntes: aut suppurati fiũt, & partim pereunt, & partim euadunt. indicium autem hæc præbent de se in septem diebus, aut nouem, aut undecim, aut quatuordecim. nisi uerò in quatuordecim diebus repurgentur, suppurantur. hæc in lib. 1. de morb. nu. 23. Suppuratio, siue empijema fit pluribus de causis. Sed q ex pleuritide, aut peripneumonia suppurantur, has apponunt notas, quæ in lib. prog. & in Coa. prænotis leguntur, eaq; sunt. Qui suppurati futuri sunt, primum salsuginosum spuunt, deinde dulcius. & cũm suppurati fuerint, eos calores comitantur interdiu tenues, noctu uehementiores, & nihil memoratu dignũ spuunt, & circa collum, ac clauiculam sudant, & oculi caui fiunt, maxillæ rubent, digiti summi dererius calescunt, ac asperãtur, ungues curuantur, ac perfrigerantur, & circa pedes rumores habent, & circa corpus pustulæ, & abstinent à cibis. Diuturnæ igit̃ suppurationis signa hæc habent. quæ uerò breui rumpuntur, ex notis ad eas consequentibus cognoscere oportet, & ex doloribus in principio, simul autẽ & si aliquando difficilius spirauerit homo. Rumpuntur autem plurimæ suppurationes partim uigesima die, partim quadragesima, partim sexagesima. Quibus igitur dolor in principio incumbit intentus, & spirandi difficultas, & tussis cum sputatione, ad uigesimum diem, aut citius eruptionem expecta. quibus autem leuiora, hæc sunt iuxta rationem. Supputare autem oportet tempus, à quo primum doluit, aut grauatus fuit, aut febrijt, aut si quando rigor corripuerit. necesse est enim præcedere dolorem, & spirandi difficultatem, & spirationem ante ruptionem. Quibus igi-

tur

tur & febris ſtatim poſt ruptionem decedit, & cibum appetunt, & pus facilè educitur album, inodorum, leue, eiuſdem coloris, & a pituita liberum, & aluus parua compacta egerit, plerunq; breui ſanantur. quos uerò & febres ſequuntur, & ſitis, & cibi faſtidium, & pus liuidum, aut cum virore pallidum, aut pituitoſum, aut ſpumoſum, & aluus inſuper liquida ſit, moriuntur. At quibus aliqua ex prædictis acceſſerint, aliqua non, horum aliqui pereunt, aliqui multo tempore ſeruantur. Quod, ſi corpus ſiccius factum fuerit, ex ſuppurato tabidum fit, ut habemus in li. de loc. in ho. n. 27.

APHOR. XVI.

Calidum ubi ſæpius eo utatur, hæc mala affert: carnium effœminationem, neruorum, incontinentiam, mentis torporem, profluuia ſanguinis, animi defectionem, hæc adquæ mors.

Calidum dicitur ſubiectum calidum, ut aqua calida, ferrum calidum: qualitas n. nulla abſque ſubiecto exiſtere poteſt. Sed in hoc aph. Hip. non de aliqua re natura calida loquitur, ſed de calefacta: nec de re calefacta agit, q̄ ſicca ſit, ſed humida, qualis eſt aqua potabilis, non ſalſuginoſa, nec quæ alterius qualitatis particeps ſit: uam, ut refert in lib. de humid. uſu. Aqua potabilis in officina medica optima: ferramentis enim, & æramētis optima, & medicamentis plurimis inuetera tis, & corpus aut madefacit, aut frigefacit, aut calfacit. aliter uerò nulli commodat, aut detrimento eſt potata. Vbi ſcilicet extra corpus ſit applicanda; modica potabili in ſpongia uteris, optimum oculis eſt. Fomentum, ſcilicet ſit ex ea

totius

totius corporis, aut partis: cutis.n.mollitio fit, si dura sit.distenta uerò mollescit,neruorum,carnium,humorum sub cutem effusio,sudoris secretio.Et subdit.Moderatio sit in qualitate, & usu eius: ne ultra torqueamus: oportet enim detrimentis,aut utilitatibus etiã si sint,uti,usquequo iuuent,aut lædant. Madefactio itaque, & humectatio debile quid est: frigefactio uerò, & calfactio forte.sed frigida calida existens.i.calfacta,ut potabilis aqua,debile quid est:sed calida, ne ad eo pergat ultra,ut urat. Et subdit. Harum scilicet aquæ potabilis calidæ, & frigidæ utraque lædit: & calida quidem & utentibus amplius, has læsiones inducit, carnium effœminationem, neruorum debilitatem, mentis stuporem, sanguinis eruptiones, animi deliquia, hæc ad mortem. si uerò modicè ea uteris; maximè ad plurima confert,ut dicemus.

APHOR. XVII.

Frigidum autem conuulsiones, distensiones, sudores rigores febriles.

Si aquæ calidæ immodicus usus prædicta infert incommoda; sic si immodicè ea frigida uteris; lædet: propterea quòd, ut asserit lib. de Humid.usu, frigida conuulsiones facit, tensiones, nigrores, & rigores febriles: nam cerebrum, & quæ oriuntur a cerebro, à frigidis contristantur, & calida gaudent; si sanè frigidius,& solidius à natura fuerit.quare ossibus,dentibus,neruis frigida inimica, calida uerò amica: quia ab illa conuulsiones, tensiones, rigores febriles, quæ sanè frigida facit, calida uerò sedat.Hæc Hip.

APHOR.

APHOR. XVIII.

Frigidum, inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medullæ. Calidum uerò utile.

Cerebrum, & quæ à cerebro oriuntur, frigida tristantur, calida uerò gaudent; si sanè frigidius, & solidius à natura fuerit. propterea ossibus, dentibus, neruis frigida inimica, calida uero amica: quia ab illa conuulsiones, tensiones, rigores febriles, quæ sanè frigida facit, calida uerò sedat. ob id etiam à calida uoluptates, & illecebræ, à frigida dolores, & auersationes. ideoque spina, pectus, dorsum, præcordia grauantur magis frigida: calida uerò gaudẽt, & ferre ipsa possunt. propterea sanè, spina, pect⁹, dorsum, præcordia cõtraria perpessa sunt; quia sunt contraria. propterea in hoc loco anxietatem ex calida abortiũ frigida sedat. propterea frigidæ potu gaudet, propterea cibis calidis delectatur. propterea in animi deliquiis frigidam extremis partibus affundere prodest. tegi, & non tegi assueta, his gaudent, uel tristantur. quòd autem posteriores partes calidam magis sufferunt, quàm anteriores, quæ relata sunt, in causa sunt. quòd uerò etiam frigidæ, rectè habet: nam & extremæ partes anteriores sunt, & tegi non assuetæ, ueluti etiam interna pars se habet ad externam. cogitandum autem, quòd utraque in unoquoque corpore potior est externa cute, quæ & sibi ipsi, & neruo sanguineo continua, ac cohærẽs; eo q̃ extra proprium calorẽ in externo frigore est, ab utrisq; frequenter superatur, & utrisq; frequẽter opus habet, frequẽtius aũt calidaad uoluptatẽ. perpetiuntur aũt & extremæ partes tale quid. quare cito multa percipiunt, tardè

autem

autem primum attolluntur. Et venæ quoq; aliæ prius, aliæ posterius, atq; sic omnia apparent, & vbi frigefiunt externæ partes, & vbi calefiunt, in vbi vasorum euacuationibus, in animi deliquijs, & iuxta rationem meritò etiam venas sequuntur ea, quæ ab his eueniunt. & calfacit primum calida, velut in manibus, internas partes. Hæc Hipp. in lib. de Hu. vsu. ad aph. explanationem, atque ad causas inuestigandas, cur frigida relatas corporis partes lædat.

APHOR. XIX.

Quæcunq; refrigerata sunt excalefacere oportet, exceptis his, quibus sanguis fluit, aut fluxurus est.

Si qua pars corporis plus frigefacta est, quàm eius temperiei competat, calfacere eam oportet, exceptis nõ solum his, quibus sanguis fluit, aut fluxurus est; sed quæcunq; inflãmationes ad rubrum, & subcruentum tendunt, & erysipelata non vlcerata: frigus enim hæc iuuat.

APHOR. XX.

Vlceribus, frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulsiones, distentiones.

In lib de Humid. usu inquit Hip. ulcera gaudent calida. s. aqua ex confesso: quia tegi adsueta sunt. meritò itaque ex altera., scilicet frigida aqua grauantur. meritò igitur & ipsa unæ; quia sunt in calido. meritò etiam ipse thorax, & uen-

tricu-

triculus à frigida ſuperatus, moleſtè fert, & mortem minatur; quia maximè deſuetus eſt: uerùm plurimum abeſt ab eo, ut patiatur: propinquiſſima autem inter ſe ſunt agere, & pati. merito igitur frigidæ potu delectatur. & ſic conſentiunt inter ſe omnia hæc. Quòd uerò omnia deſquammata, & ambuſta in ſuperficie, nõ ualde regi adſueta, maximè frigidã moleſtè ferunt, par eſt: citiſſimè. n. ſuperantur. & profundiſſima ſi ſuperẽtur, maximè utiq; grauentur, deinde etiam natura neruola participant. hunc aph. confirmat in hoc lib. nu. 11. his uerbis: Vlceribus frigida mordax cutem abdurat, dolorosa nõ ſuppurari facit, liquefacit, nigrefacit. rigores febriles facit, conuulſiones, ante, ac retro diſtentiones.

APHOR. XXI.

Eſt autem ubi in diſtentione ſine ulceratione, iuuene bene carnoſo, æſtate media frigidæ aquæ multa perfuſio calorem reuocat. Calor autem hæc ſoluit.

Coniungit Hip. ſuperiorem aph. cum præſenti in lib. de humid. uſu, & ſic ait. ulceribus frigida, ſcilicet aqua mordax: quia tegi adſueta ſunt. cutem obdurat, dolorosa non ſuppurari facit, liquefacit, nigrefacit, rigores febriles mouet, conuulſiones autem, & retro diſtentiones. quandoque uerò in hac diſtentione ſine ulcere, iuuene carnoſo, media æſtate, multæ frigidæ aquæ affuſio caloris reuocationem facit. calor autem hæc ſoluit, diſtentionem igitur factam à frigore curari ab aquæ frigidæ affuſione quandoque aſſerit Hip. non quæ ab nam profluente uenit.

APH.

APHOR. XXII.

Calidum ſuppuratorium non in omni ulcere, magnum ad ſecuritatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem ſedat, rigores, conuulſiones, & diſtẽtiones mitigat, et ex his, quæ ad caput attinent, eius ſoluit grauitatem. Plurimum autem confert oſſium fracturis, ſed nudis præcipue, eorumq; maxime, qui in capite ulcera habent. & quæcunq; à frigore moriuntur, uel ulcerantur, & repentibus comeſis. Sedi, pudendis, utero, ueſicæ, his calidum amicum & iudicans: frigidum inimicum & perimens.

Scribit Hip. in lib. de Humid. uſu. Vlcera calida ſcilicet aqua gaudent ex confeſſo. meritò itaque ex altera, hoc eſt, ex frigida grauantur: Quòd uerò omnia deſquammata, & ambuſta in ſuperficie non ualde tegi adſuera, maximè frigidam moleſtè ferũt, par eſt: citiſſimè enim ſuperãtur. & profundiſſima ſi ſuperentur; maximè utique grauantur: deinde etiam natura nerueſa participant. Et ſubdit. Aqua frigida prodeſt pupulas rubicundis, quales alia, atq; alia parte ſublatæ erumpat, qualia per ſplenia attractoria emergunt: in carnoſis, & tenera carne præditis ſubrubicundæ ſunt, in nigris rotũdæ dothienes, ideſt forunculi appellati: & quales in calidis lauacris aboriuntur, & mulieribus ex menſium ſub cutem recurſu fiunt, & ab irritamentis cutis, aut ueſtimentis aſperis, ex ſudoris exitu, aut ubi quis ex frigore derepente ad ignem, aut calida lauacra acceſſit: nam, ſi hæc poſterius fecerit, nequaquam amplius erumpunt: alioqui

alioquì quæ ex frigore fiunt, aut quæ exasperantur inſtar milij, deinde exulcerantur; eas frigida lædit, calida uerò prodeſt. Deinde addit. Calidæ oculis conuenit, doloribus, ſuppurationibus, lachrimis mordacibus, ſiccis omnibus: frigida doloris exortibus, ualde rubicundis, & qui collectiones tuberculorum iuxta uenas habere ſolēt, qualia ſunt ulcuſcula capitis manātia, circa thoracem, & alia dura. Non omni igitur ulceri conuenit calida, ſed huic calida, illi frigida. ſed fotus cum calida cutim duram mollit, diſtentam laxat, ab hac fit neruorum, carnium, humorum ſub cutem effuſio, ſudoris ſecretio. quare dolores ſedat, rigores, conuulſiones, & diſtentiones ante, & retro mitigat, capitis grauitati confert. plurimum autem conducit oſſium fracturis, magis autem denudatis, & ex his maximè his, qui in capite uulnera habent uoluntaria, & inuoluntaria, & quæcunque præ frigore moriuntur, aut ulcerantur: itemque in ulcerationibus uolūtarijs, ac inuoluntarijs, qualia ſunt deſquammata, herpetibus ſerpendo adedentibus, dentigratis aut in gingiuis, aut in aure, aut in ſede, aut in utero. his omnibus calida amica eſt, ac iudicatoria, frigida inimica, & occidens præterquam in quibus ſanguinem fluxurum eſſe timor eſt. Hæc oīa Hip. quæ ad explicationē aph. maximè cōferunt.

APHOR. XXIII.

In his frigido utendum. Vnde fluit ſanguis, aut fluxuris eſt, non ad ipſa, ſed circa ipſa, unde influit; & quæcunque inflammationes, vel inflammina ad rubrum, & ſubcruentum ſanguine recenti tendunt, nam ve-

teribus nigredinem affert. Erysipelas etiam non vlceratum iuuat, nam exulceratũ ladit.

Frigida igitur aqua omnibus antea relatis nocet, præterquã his, in quibus sanguis erumpit, aut eruptурus est. sed foras non ad ipsa loca, vnde fluit, sed circa ipsa fiat. prodest papulis rubicundis, quales alia, atq; alia parte sublatæ erumpunt, quales per splenia attractoria emergunt. in carnosis, ac tenera carne præditis subrubicundæ sunt: in nigris autẽ rotundæ, dorhienes, idest forunculi appellati: & quales in calidis lauacris oboriuntur, & mulieribus ex mensiũ sub cutem recursu fiunt, & ab irritamentis cutis, à vestibus asperis, ab exitu sudoris, aut vbi quis ex frigore derepente ad ignem, aut calida lauacra accessit: nam, si hæc posterius fecerit; nequaquã amplius erumpunt. Et subdit. Frigida doloris exortibus, valde rubicundis, & qui collectiones tuberculorum iuxta venas habere solent, qualia sunt vlcuscula capitis manantia, circa thoracẽ, & alia dura. verum podici, & viero non valde commoda est, neque sanguinem frigore mingentibus.

APHOR. XXIIII.

Frigida qualis nix, & glacies, pectori inimica, tusses mouet, & sanguinem, & destillationes.

Meritò ipse thorax, & ventriculus à frigida superatus, molestè fert, & mortẽ minatur: quia maximè desuetus est, vt antea explicuimus Hip. sententia. atque hinc alimenti crũditas, & tussis, à qua cum pectus calefiat; attrahit è vicinis partibus, & à capite, & fiunt destillationes, ac frequẽter

ter vena aperitur, vel rumpitur à vi aspera, & cruda frigoris. quare. in lib. 6. de mor. pop. sect. 3. legitur. Frigidũ valde venas rumpit, & tussim monet, velut nix, & glacies: & constringit, veluti sunt eminentiæ oblongæ, & rotundæ, Pherea, & Gongronæ à Satyroruni circa aures eminentijs, & arborum quarundam tuberculis appellatæ.

APHOR. XXV.

Tumores articulorũ atq; dolores absque vlcere, & podagricos quoque, atque conuulsa, horum plurima frigida aqua largè effusa leuat, & extenuat, soluitq; dolorem: nam modicus torpor dolorem soluit.

Quæ mala à calore oriuntur, ea iuuat frigus: quæ à frigore, calor eis prodest. tumores in articulis, & dolores, podagricos, & conuulsa plurima ex his, si à calore fiant; frigida multa affusa leuat, ac extenuat, nisi vlcus adsit: vlceribus. n. frigidum mordax est. & præterea dolorẽ torpefacit: torpor autem moderatus dolorem soluit.

APHOR. XXVI.

Aqua, quæ cito calet, & cito refrigeratur leuissima est.

Quæ aqua leuissima est, ea magis naturam sapit aeris, ac itidem quemadmodum & aer, cito calescit, & cito frigescit. Hunc aph. habemus in lib. de mor. pop. sect. 2. & verba sunt. Aqua, quæ cito calescit, & cito frigescit, semper leuior est.

APHOR. XXVII.

Qui no ſtu bibere appetunt, his admodum ſitientibus ſi ſuperdormierint bonum.

In lib. 6. de mor. popul. ſect. 4. ſic legitur: inter uigilandum ſiti leui ſomnus medela: ſiti uerò ex ſomno, uigilia in quibuſdam.

APHOR. XXVIII.

Suffitus aromatum muliebria ducit, ſæpius uerò & ad alia utilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem.

Stomachus uteri à fuffimentis quidem ubi cō cluſus fuerit, hians redditur: ab emolliētibus uerò molleſcit. Suffire autem oportet loti cortice lauri baccas, & folia eiuſdem uiridia contuſa, thus, myrrham, artemiſiæ ſemen, aut folia, item aniſum, & adipem, aut ceram ſimul contuſa, ſulphur, cupreſſi ſemen, peucedani radicem, myrti folia uiridia contuſa, fibri teſtem, aſini maſculi ſtercus, allia, ſtyracem, adipem ſuillum. ſed & ſi diſtortum os uteri fuerit, his ſuffiendum eſt. ſic quidem hians redditur, ac conuertitur. Hæc in lib. de ſuperfœta. & ſubdit paulò infrà. ſi uirgini menſes maturi non prodeunt; multum febricitat, & dolet, & ſitit, & aſurit, & uomit, & furit, & rurſus reſipiſcit. uterus mouetur, & cum ad uiſcera uertitur; uomitus, febris, & delirium accedit. ubi uerò ſedatur uterus; & hæc quieſcūt. eſurit, ac ſitit, & febris lenis, hepialon Græci dicunt tenet. Huic pelles agninas calidas ad uentrem apponere oportet, & ſuffitum facere in ipſa pudenda quàm penitiſſimè ita ut ſuper amphoræ collo delideat, & fumum admittat. fiat ſuffitus ex myrrha magnitudine fabæ, & thuris dupla portione,

tione, ammixta etiam zea fresa. hæc simul suffire debet, & in ignē immittere, maximè dum ieiuna est, & multa calida lauare. sed legantur lib. de Nat. mul. & de mor. mul. qui materiam, & modos, & usum, & quibus morbis muliebribus conferant, explicant.

APHOR. XXIX.

Grauidas purgare turgente materia in quarto mense usque ad septimum, minus uero bas. Recentiores autem, & seniores uereri oportet.

Hunc aph. explanauimus in lib. 4. aph. 1.

APHOR. XXX.

Mulierem utero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, letale est.

Sunt morbi acuti hi, quos ueteres nominauerunt pleuritidem, peripneumoniam, phrenitidē & febrem ardentem, & alii morbi, qui ex his hærent, quorū febres omnino cō inuæ sunt, & occidunt: sic legitur in lib. de Vict. rat. in mor. acu. si qua igitur mulier ab aliquo horum capiat ut, lethale est: morbi enim acuti plurimos occidunt homines, atque eò magis, si quid graue eis feratur, qualis est in mulieribus fœtus. De his morbis intellexisse Hip. palam fit ex lib. 1. de mor. nu. 3. ubi inquit. Ex morbis tales necessitatem habent, ut ab ipsis perimantur, cum fiant, tabes, aqua inter cutem, ac subter carnem nascens, & si mulierem fœtū in utero habentem peripneumonia corripiat, aut febris ardens, aut pleuritis, aut phrenitis, aut erysipelas in utero fiat.

APHOR. XXXI.

Mulier vtero gerens sanguine misso ex vena abortit, & magis si fœtus sit maior.

Quemadmodum mulier, quæ facilè concipiebat, ac prægnans esse desijt, si bis per annũ a manibus, ac omnibus uenam secari sinat; concipit: contrà, si grauida sit, sanguisq; per uenam extrahatur; periculum est, ne abortiat, atq; cò magis si fœtus iam maior sit; nam simile est, ac si mulieri grauidæ menses tertio, & quarto, & ultrà mense prodirent, quid uerò ei eueniat, legitur sic in lib. 1. de mor. mul. n. 40. Si menses prodeunt singulis mẽsibus; necesse est mulierem grauidam tenuem fieri, ac debilem. quandoque etiam febris ipsam corripit his diebus, quamdiu menses prodierint &, dum prodeunt, & postquam prodierint; pallida fit. Sed & pauci prodeunt. His uteri magis, q̃ oppo. tunũ est, hiant, & augmẽtũ fœtus dimittut: descendit. n cũ mulier in uentre habet; sanguis paulatim in uteros à toto corpore, & in orbem circa id, quod in uteris est circunstans, illud auget. Si uerò hiarint uteri magis, quã oportet; sanguinẽ singulis mensibus sicut procedere solet, dimittunt. & quod in uteris est, tenue, ac debile fit. si uerò curetur mulier; melior fœtus, & mulier euadit. si uero non curetur; fœtus corrumpitur, sed & ipsa periclitatur, ne, diuturnum habeat morbum, nimirum uteris magis apertis.

APHOR. XXXII.

Mulieri sanguinem euomenti, menstruis erumpentibus solutio.

Si

Si mulieri sanguinẽ uomẽti menses erumpãt; non solũ uomitus is sedatur, sed cõceptionis spes est: nõ si tẽpestiuè mẽses mulieri prodeãt, deinde retineantur, ac sanguinẽ uomat; si redierint, spes est conceptionis. affirmat id Hipp. in lib. 2. prædnu. 34. his uerbis. Si febris corripiat concipere non potentem, & attenuata sit muliercula; interrogare oportet, an uteri ulcus aliquod habeant, aut aliud quippiam de malis, de quibus scripsi: si enim in hoc loco nihil mali subesse apparuerit, quod causa sit attenuationis, & quòd concipere non possit; sanguinem uomituram esse mulierem expectandum est, menses autem tali necessariò euanuerunt. si uerò febris soluta fuerit à sanguinis eruptione, & mẽses comparuerint; in utero concipiet. Hunc autem apho. reperimus in lib. 1. de mor. nu. 6. hoc pacto. Mulieri sanguinẽ uomenti menses erumpere, bonum.

APHOR. XXXIII.

Menstruis deficientibus sanguis ex naribus fluens, bonum.

Non solum menses, sed puerperii purgationes si probè exeant per os, aut nares; sana euadit mulier. Sed si ad caput, thoracemq;, ac pulmonem processerint; moritur sæpe statim, si detineantur, ac firmentur ibi. hæc in lib. 1. de mor. mul. nu. 69.

APHOR. XXXIIII.

Mulieri in utero gerenti si aluus plurimũ profluat, periculum est, ne abortiat.

In Coa. præno. hæc leguntur. Prægnãtibus præcordij dolor, malũ, & alui his subeuntes malũ, & insuper rigere his malum, quare, si absq; dolore

fluat alius, malũ non esse videtur grauidæ mulieri: quod etiam confirmatur in lib. 2. prædict. nu. 30. his verbis. Quæ dysenteriæ cõmodæ sunt, hæ mala hæc non inducunt, febrẽ nempe, uarias alui egestiones, hepatis inflammationẽ, aut præcordij, aut ventris, aut dolores, aut cibos intercipiunt, sitimq; inducunt. si cum his omnibus, vel pluribus inuaserint dysenteriæ, malæ sunt. sed commodæ sunt, quæ corripiunt absque his malis, verùm sanguine, & ramentis egestis, desiuerunt septima die, aut decima quarta, aut vigesima, aut quadragesima, aut intra hæc tempora: huiusmodi enim egestiones etiam eos, qui prius sunt in corporibus, morbos sanant, antiquiores quidem diutiori tempore, recentiores autẽ in paucis diebus submouere possunt: nam & quæ vterum gestant, etiam ipsæ euadunt superstites magis ad partum, & ex partu, & fœtus conseruant, sanguine, & ramentis egestis, etiam per multos menses; nisi dolor ipsis affuerit, aut aliud quoddam malum signum ex his, quæ in dysenterijs fieri scripsi, accesserit. si verò aliquod illorum apparuerit; & fœtui perniciem significat, & prægnanti periculum, si non post fœtus effugium, & secundæ exolutionem, ipsa dysenteria eadem die, aut post modicũ tempus desinat.

APHOR. XXXV.

Mulieri quæ vterinis molestatur, aut difficulter parit, superueniens sternutatio, bonũ.

Continere spiritum est ex remedijs valentioribus ad partũ expellendũ, ad secundas eiiciendas, & ad vteros, qui cum impetum ad hepar, ac præcordia fecerint, strangulationẽ pariunt. hoc remedium recitat Hipp. in lib. 1. de mor. mul. nu 76.

n. 76. Nam dum mulier sternutit, concutit deor sum, ac impellit vterum, secundas, & partum: etenim legitur in eodem lib. nu. 93. Quicunq; abortus facti discedere non possunt, dum aut to ti, aut partes fœtuum sunt maiores, aut minores, & obliqui, ac impotentes, tales siquidem secunduin naturam siti fuerint; pharmaco aliquo dato ex his, quæ ego referam, expellito; vbi multa calida præiaueris. &, si prodire volentes, non facile exeant, cum siti sint secundum naturam; talibus sternutatorium admouero. apprehendito autem nasum, & os cõprimito, ac sic sternutet: quò sternutatio quam maximè efficax sit. vtatur item concussionibus. sit igitur sternutatio voluntaria, & non sponte: sic etiã prodesset, & fœtus situs sit secundum naturam: aliàs enim potius inutilis esset huiusmodi motus.

APHOR. XXXVI.

Mulieri menses decolores, nec per idem semper tempus venientes, purgationem indicant esse necessariam.

Ex mulieribus, quæ magis, aut minus in vtero concipere solent inter cætera, quæ cõsiderandа sunt, interrogare oportet etiam de menstruis purgationibus, an omnibus mensibus compareant, & an copia sit magna, & an boni coloris sint, & æquales in singulis temporibus: sic enim has fieri optimũ est. locum uero, in quo conceptio fit, sanũ esse oportet, & siccum, ac mollem, non retractum, non pronum, non os ipsius auersum, neq; cõclusum, neq; euersum: fieri.n. non põt, ut his impedimẽtis cõceptio fiat. quæcunq;

igitur

igitur mulieres in vtero concipere non possunt, verùm pallidæ apparent, neq; febre, neq; viscerib⁹ in causa existentibus; hæ capite dolere se dicent, & menses sibi male, ac meraces prodire. siue autẽ breui, siue longo tempore ipsis sic affectis menses non comparuerint; vteri in his purgatione opus habent. sic scriptum est in lib. 2. prædict. nu. 33. purgetur igitur vterus, si non affecta sint viscera, nec febriat corpus. quæ si morbosa sint; totum corpus purgetur. Et tunc inspicito, an multa purgatione opus habeat, aut secus ita vt & ad colorem, & ætatem, & robur, & anni tempus, & qua diæta mulier vtatur, respicias, vt docet in lib. 1. de mor. mul. nu. 23.

APHOR. XXXVII.

Mulieri vtero gerenti si mammæ graciles repente fiant, abortit.

Vena crassa est in vtraq; mamma. quapropter maximam habet eum vtero scilicet confluentiæ partem. si multum fluat lac; necesse est fœtum debilem esse. si solidiores fuerint mammæ; sanior est fœtus. hæc in lib. 2. de mor. pop. sect. 6. de consensu vteri cũ mammis. si igitur mammæ mulieris grauidæ gracilescant repente; signũ est vteri affecti, ac itidem abortus. Vterum verò affectum esse docet Hip. in lib. 6. de mor. pop. sect. 5. dum ait. Si mammarum papillæ, & rubor pallidus fuerit; morbosum vteri vas est. Quòd autem gracilibus mammis derepente factis mulieri grauidæ, signum sit abortus, comprobat in lib. 1. de mor. mul. nu. 34. his verbis. Quibus in ventre habentibus circa septimum, aut octauum mensem derepente mammarũ, & ventris plenitudo collabitur,

dabitur, & vbera gracileſcunt, & lac non appareret; his dicendum eſt puerum aut mortuũ eſſe, aut viuere, ſed debilem eſſe. Ex his facilè intelligimus non perpetuò mulierem fœtum corrupturum, cui vbera gracileſcunt. quod confirmat aph. 53. huius libri.

APHOR. XXXVIII.

Muliери vtero gerenti ſi altera mamma gracilis fiat, geminos habenti alterum abortit, & ſiquidem mamma dextra gracilis fiat, marem: ſi verò ſiniſtra fœminam.

Fœtus mares in dextris quidem, fœminas verò in ſiniſtris generari ſentit Hip. atq; id confirmat in lib. 6. de mor. pop. ſect. 4. vbi inquit. Hirci re incipiens, vter teſtis extra apparuerit, ſiquidem dexter, maſculũ: ſi verò ſiniſter; fœmellam portendit. Et in lib. de ſuperfœta. ſi mare generare expetat; ſiniſter teſtis obligandus erit. quare a viro, qui generare velit marem; ſemen ex dextro teſte eſt optandum: vteri verò locus eſt dextra pars. ſi autem in vtero gemellos habenti dextra mamma gracilis fiat, præſertim his modis, quos in præcedenti apho. ex Hipp. ſententia protulimus: ſi dextra gracileſcat; ſignum eſt marem abortiri: ſi ſiniſtra; fœminam.

APHOR. XXXIX.

Si mulier, quæ neq; grauida eſt, neq; peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt.

Ariſt. in lib. 7. de Nat. ani. cap. 2. rationem huic aph. reddit his verbis. Quandiu lac emanat, purgationes magna ex parte nõ fiunt. magna inquã ex parte: quoniam quibuſdam lactantibus facta purgatio eſt. ſed enim natura ita fert, ne humor

locis

locis pluribus simul erumpere solet: nam & ma riscas habenti deteriores accedunt purgationes. At quo modo lac generetur, legamus librum de Nat. puc.

APHOR. XL.

Quibuscũque mulieribus ad mammas sãguis colligitur, furorem significat.

Non mulieribus solum, sed ei, qui insania corripietur, hoc signum præsagit, q̃ sanguis colligitur ipsi ad mammas. sic legitur in lib. 2. de mor. pop. sect. 6 utrum uerò ad caput feratur siue sanguis ille, siue uapor, uel ad aliam partem, dubium est. tamen, cum mammæ magis sint septo transuerso propinquæ, ac maiorem cum eo habeant communionem, uel cum partibus cordi circunstantibus; locus huius furoris, ac insaniæ potius uidetur circa cor, quàm caput. Hanc sententiam comprobat lib. de Virg. morb. ubi hæc scripta sunt. sanguis in uirginibus scilicet nubilibus cum non habeat effluxum ex uteri uenis occlusis; præ multitudine resilit ad cor, & ad septum transuersum. quæ loca cum repleta fuerint; cor fatuum fit: deinde ex fatuitate torpedo, postea ex torpedine delyrium apprehendit. Ex corde, & septo transuerso tarde refluit sanguis. uenæ enim obliquæ sunt, & locus periculosus, & ad delyrium, ac insaniam paratus. His sic habentibus, præ acuta inflammatione insanit, præ putredine clamat. præ caliginositate timet, ac formidat: præ compressione circa cor, strangulationes parat, præ sanguinis malitia animus mœrens, ac anxius malum attrahit.

APH.

APHOR. XLI.

Si velis noscere, an conceperit mulier quum dormitura est, ei aquam mulsam potandam da, & si alui tormina patietur, concepit: si minus, non concepit.

Legitur aliud conceptionis signum in lib. de Geni. quod est. Post quam coiuit mulier, siquidem conceptura non est intra seipsam; pro more foras proceder genitura, ubi fœmina uoler. Si uerò conceptura est, non procedet foras, sed manet in utero: nam uteri susceptam, & concluſam in sese continent genituram, oſculo nimirum ipſorum præ humiditate (in lib. de superfœta. n. 11. legitur præ ſiccitate) contracto, & concluſo, simulq; permiſcent tum q̃ à uiro uenit, tum quæ à muliere emiſſa est. In lib. autem de car. nu. 21. hæc de conceptione ſigna ſcribuntur. Satis manifeſtum eſt harum rerum peritis, q̃ mulier cum in uentre concepit; ſtatim horret, & calor, & dentium ſtridor conſequitur, & conuulſio occupat tum articulos, tum totũ corp', & urerũ ſegnicies ac torpor, & quæ puræ ſunt, hoc perpetiuntur. quæ uero craſſæ, & mucoſæ pleræq, quanquam perpetiuntur id; non tamen percipiunt, nec cognoſcunt. Alia ſigna p̃ter hæc habemus in lib. de Superfœ. quæ ſunt. Præguantem mulierẽ ſi aliter non cognoſcas; oculi tracti, ac cauiores fiunt, & candidum ipſorum albedinis naturam non habet, & liuidius exiſtit. Et ſubdit. Mulierem id noſſe expedit, utra mamma ipſi maior eſt; illic enim fœtus exiſtit. ſimiliter autem & oculũ conſiderabit. maior enim & ſplendidior omino erit intra palpebram etiam eius partis, cuius

mamma maior exiſtit. Si cui ab appoſitis in vulua non ualde fortibus dolores in articulos peruenerint, & ſtridor dentium corripiat, & membris tendatur, ac oſcitet, hanc magis concepiſſe ſpes eſt, quam eam, quæ nihil tale patiatur. Et ſubdit. ſi cognouerit mulier genituram ſe concepiſſe; eo tempore uirum non accedat, ſed quieſcat. cognoſcet autem; ſiquidem uir ſe emiſiſſe dixerit, ipſa uerò præ ſiccitate ignorauit. ſi uerò uterus rurſus in pudenda genituram reddat; ipſaq; humecta fiunt; rurſus cum uiro coeat, donec concipiat.

APHOR XLII.

Mulier ſi marem cõcepit, bene colorata eſt: Si uero fœminam, malè colorata.

In lib. 1. de mor. mul. hæc leguntur. cum mulier in uentre habuerit, tota fit cum uirore pallida: quoniam purus ipſius ſanguis ſemper quotidie ex corpore deſtillat, & in fœtum, deſcendit, & augmentum ipſi accedit. &, cum paucior ſit ſanguis in corpore; neceſſe eſt ipſam eſſe pallidam, & ſemper alienos cibos appetere. & ſanguinea in ventrem introire. & debilior fit: quoniam ſanguis minuitur. Tamen, ſi marem gerit; magis colorata erit; ſumunt enim augmentum maſculi magis ab igne, ut legitur in lib. 1. de Diæta; idcirco calidiores ex ſtunt. Hunc aph. comprobat locus ex lib. de ſteri. & uerba exſtant nul. 7. Quæcunque in utero habentes maculam ſolarem in facie habẽt, fœmellam geſtant: quæ uero bene coloratæ permanent; maſculum plerunq; ferunt.

APHOR. XLIII.

Si mulieris grauidæ in utero sit erysipelas, lethale.

Si ignis sacer, erysipelas dictus in uteris oboriatur; tumor fit à pedibus exorsus, & ab crura, & ad lumbos procedens. cùm autem tempus amplius processerit; intumescit etiam uenter, & rigor, ac febris corripit, itemq; debilitas. præ dolore uerò quiescere non potest, sed iactat seipsam. dolor autem ex imo uentre ascendit ad lumbos, postea sursum uergit ad præcordia; & pectora, & caput. & mori sibi uidetur. cum autem remiserit; torpor occupat manus: aliquando etiam inguina, & crura, & poplites. & liuida fit, & modico quandoque tempore sibi melius habere uidetur. deinde rursus eadem patitur, & corpus pustulis impletur, & facies rubescit, & sitis fortis tenet; & fauces siccæ sunt. Hic morbus si prægnanti fiat; moritur: sin minus; curata sanatur. Hæc de signis erysipelatis in utero obortæ ex li. de Nat. mul. nu. 12. quæ confirmant aph. quemadmodum & locus in lib. 1. de mor. nu. 3. cuius uerba sunt. Necessitatem habet, ut moriatur mulier fœtum in utero habens, si eam peripneumonia capiat, aut febris ardens, aut pleuritis, aut phrenitis, aut erysipelas in utero fiat.

APHOR. XLIIII.

Quæcunque præter naturam tenues existentes utero gerunt, abortiunt priusquam crassescant.

Vtrum Hip. de muliere tenui, an de uteris loquatur, anceps sum: nã ex li. de Nat. mul. nu. 19. hæc uerba transtulimus. Cum in uentre habẽs fœtum.

fœtum mẽstruum, aut bimestrem corruperit & ad perfectionem gestatæ non poterit, & tenuis præter naturam fiat; huius uteros purgare oportet, & corpus pinguefacere: non enim prius fœtum perferre poterit, quàm uteri ipsius crassi fiant, & robusti euadant. tamen palam fit & uterum, & totum corpus pingue esse oportere ad fœtum perficiendum. quod etiam notum fiet in aph. 46.

APHOR. XLV.

Quæcunque mediocriter corpora habentes abortiunt, secundo, aut tertio mense sine occasione manifesta, his acetabula uteri pleni mucoris sunt, & non possunt exponere fœtum continere, sed disrumpuntur.

Vt noscamus, an acetabula mucore, ac pituita plena fuerint, audiamus uerba illa in lib. de Nat. mul. nu. 17. quæ sunt. si acetabula pituita plena fuerint; menses quidẽ bene succedunt, & in utero habet. corrumpit autem fœtum, ubi fortior factus fuerit: non enim retinere potest, sed abrumpitur. cognoueris autem hoc modo. Humida fit, & mucosum, ac uiscosum defluit, & non mordet: & in mensibus, ubi à fluxu purgari cessauerit; per duos, ac tres dies muci ab uteri prodeũt. Curationem præterea ibi accipere oportet.

APHOR. LVI.

Quæcunque præter naturam crassæ non concipiunt utero, his omentum os uteri comprimit, & prius quam extenuentur, non concipiunt.

Addimus

Addamus hunc aphor. quadrageſimo quarto, quemadmodū etiam legitur in lib. de Nat. mul. nu. 19. inquit enim. ſi grauida fœtum menſtruū, vel bimeſtrem corruperit, nec perficere poterit, & tenuis præter naturam fuerit; vteri purgandi ſunt, & corpus pinguefaciendū: non enim prius perferre poterit fœtum, quàm vteri craſſi fiunt, ac robuſti euadunt. ſi verò craſſefacta fuerit mulier præter naturam; non concipit ventre: nam omentum multū, ac craſſum incumbens vteros deprimit, & genituram non ſuſcipit. Hanc attenuare oportet, & phatmacū infra purgans bibendum dare, & ad vteros apponere quod purget ipſos, & flatus inducat. In lib. autē de ae. aq. & lo. dum legitur de mulieribus Scytharū, ait os vteri præ pinguedine concludi: vt nequeat ſemen ſuſcipere: iunt enim otioſæ, & pingues, ventreſq; earum frigidi, ac molles. vnde neceſſariò ſequitur non multum fœcundam Scytharum gentem eſſe. Famulæ verò earum viris miſceri gaudent, atq; in vtero conceptum continent propter corporis exercitium frequens, carniſq; gracilitatē. quare ad confirmationem eorum, quæ diximus, legitur in lib. de ſuperfœ. nu. 18. ſi mulier præ pinguitudine vterum ad concipiendū læſum habere videatur; attenuatio quàm maximè, & gracilitas inducatur ſupra reliquam curam.

APHOR. XLVII.

Si vterus in coxam vergens ſuppuratur, neceſſe eſt linamentum fieri.

Quando cōturbatus, & ſecretus ſanguis foras non procedit, ſed in vteros, vteri autē non hiauerint; tunc à ſanguine diutius immorante vteri calefcentes reliquo corpori calorē tranſmittūt,

quandoq; etiã ſanguinẽ in uena corporis diſtribuunt, ut & uenæ repletæ doleant, & tumores laxos producant. quandoq; et am periculũ eſt, ne claudicatio ex hoc inducatur. aliquando & ueſicam obſident, premuntq;, ac claudunt ueſicam, & urinæ ſtillicidiũ inducunt. aliqñ pleni quoq; ſanguinis exiſtentes uteri procidunt aut ad coxendices, aut lumbos, & dolorem exhibent. aliquando ubi ſanguis quinque, aut ſex menſes in uteris moram traxit; putrefactus pus fit, & quibuſdam pus per pudendum exit. Sed & alia multa huiuſcemodi mala mulieribus fiunt, ubi lunares purgationes nõ procedunt. Hæc in li. de Nat. pue. atque his de cauſis uteri in coxam uergunt & quãdoq; ſuppurrantur. curationem porrò hanc deſcribit in lib. de Superfœ. nu. 13. quæ eſt. Si cui uterus ſuppuratus fiat aut poſt partũ, aut ex partu, aut quomodocunq; aliàs, & non in uaſe alio, ac tunica, uelut in tuberculo ſolet, pus fuerit; huic conducit ſpecillum unctorium in uteri os dimittere: minus enim opus fuerit uſtura; ſi ad ſpecillum proceſſerit. deinde erucas à tithymali de colliges: habent autem ueluti aculeos quoſdam, quos leniter reſcindes; ne pabulum internum ex ipſis elabatur. deinde eas ſiccabis in ſole ac teres. Vermes quoq; ſtercorarios in ſole ſiccabis, ac teres, & erucæ pondus duorum obolorum Eginæorum, uermiũ uerò duplũ miſcebis, modico aniſo addito, aut aliquo eius generis: nã malis odoris medicamentũ euadit. hæc autem leuia facta, ac cõtrita uino albo odorato diluito. & poſt quam biberit; grauitas accedit, ac torpor in uentrem irruit. ſi itaq; accedit, aquã mulſam modicam inſuper bibat. In lib. aũt de Nat. mul. nu. 6. legitur. Si uteri adglutinati fuerint; incumbunt

&,

&;si contigeris; uidebis locum durum sub lateris mollicie, & dolor corripit imum uentrem, & laterum mollitudinem, & lumbos, & in crura dolor irruit, eaq; extendere non potest. iæp: uerò etiã suppurãtur, & linamentis inditis curatæ, ac fluẽtes moriuntur; si non ussseris, aut secueris. subdit deinde curationem.

APHOR. XLVIII.

Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ verò in sinistris magis.

Hæc leguntur in lib. 2. de mor. pop. sect. 6. Circa naturam plurimam uim habet mamma dextra, oculus dexter, & quæ infra sunt hac parte: nã & masculi dextris inhærent. id autem confirmat locus in lib. de Superfœ. cuius uerba sunt. Mulierem id nosse expedit, utra mamma ipsi maior sit; illic enim fœtus existit. similiter autem & oculum considerabit: maior enim, & splendidior omnino erit intra palpebram, etiam eius partis, cuius mamma maior existit. Et multò inferius subdit. Vbi fœmellã generare noler, cum plurimi menses prodierint mulieri, & dum adhuc sunt; coeat, ac dextrum testem obliget, quantum id tolerare poterit. sed si marem generare expetat; sinister obligandus erit. Arist. autem in lib. 7. de Nat. ani. cap. 3. asserit mares fœtus magna ex parte circa quadragesimum diem dextro potius latere moueri, fœminas sinistro circa nonagesimum. nihil tamen certi in his affirmari licet: multis enim ferentibus fœminam motus agitur in dextro, & masculum, in sinistro. sed enim hæc & reliqua huiusmodi ut differunt eo, quo magna ex parte, & magis, minusue accidit, sic

accipimus. hæc Arist. qua de re locum non esse in causa fœtus maris, vel fœminæ censeri oportet, sed genituram: nam scriptum est in lib. de Nat. pue. nu. 45. In vtrum sinum, crassiorem, ac fortiorem genitura ingredi contigerit; illic masculus gignitur: in vtrum rursus humidiorem, ac debiliorē, illic fœmella generatur. si verò in vtrunq; fortis ingredietur; ambo masculi fient: sin debilis; ambo fœmellæ. Locus tamē est causa adiuuans, quemadmodum & victus ratio, & alia multa: legitur enim in lib. 1. de diæ. nu. 22. fœmellæ ab aqua magis, & à frigidis, ac humidis, & mollibus augescunt tum cibis, tum potibus, studijs, ac exercitijs: masculi verò magis ab igne, à siccis videlicet, ac calidis cibis; & reliqua diæta. si igitur fœmellam parere velit; diæta ad aquam vergente vtendum est: si verò masculum; exercitijs, ac victu ad ignem tendente vtetur.

APHOR. XLIX.

Vt secunda procidat, sternutatorio apposito, & nares apprehendito, & os.

Ad menses, partum, secundasq; expellendas maximè conferre scribit Hipp. sternutatorium, sed in lib. de Superfœta. nu. 27. addit. si secunda non purgetur; elaterij oboli Attici pondus in vini albi cyathi mensura tritum, bibendum præbe, & purgabitur. spiritū præterea continere optimum remediū esse refert in lib. 1. de mor. mul. nu. 76. & alia plura. Hic aph. cōfirmatur in lib. 2. de mor. pop. sect. 5. & verba sunt. Secundarum purgatio, si non discedant, sternutatorium ad nares apponito; vt sternutet: & sternutantis nares, & os apprehendito.

APH.

APHOR. L.

Mulieri si velis menstrua cohibere, cucurbitulam quàm maximam ad mammas appone.

Immodicè mensibus fluentibus quæ sit curatio adhibenda docet Hipp. in lib. 2. de mor. mul. nu. 1. & 2. vbi inter cætera remedia hoc scribit. Et cum cucurbitis sub mammas affixis, ipsas eluata, modò ad dextram, modò ad sinistram partem translatis. inter morbos dubios, & longos numerantur immodici menses in lib. 1. de mor. nu. 3. hunc aphor. habemus quoque in lib. 2. de mor. pop. sect. 6.

APHOR. LI.

Quæ vtero gerunt, his vteri os comprimitur.

Postquam coiuit mulier, siquidem conceptura non est intra se ipsam; pro more foras procedit genitura ab vteris, vbi fœmina volet. si verò conceptura est; non procedit foras, sed in vtero manet: nam vteri susceptam, & cōclusam in sese continent, osculo nimirum ipsorum præ humiditate aliàs siccitate cōtracto, ac concluso: simulq; permiscentur tum quæ à viro venit, tum quæ à muliere emissa est. hæc in lib. de superfœ.

APHOR. LII.

Mulieri vtero gerenti, si lac multum è mammis effluat, fœtum imbecillem significat. Si verò mammæ solidæ fuerint, fœtum significant saniorem.

Hunc aph. & rationem habemus in lib. 2. de mor. pop. sect. 6. vbi legitur. Trimestris puer om-

nia præ se fert, & lac tunc habet scilicet mulier. si multum fluat lac; necesse est fœtum debilem esse. si solidiores fuerint mammæ; sanior est fœtus. uena crassa est in utraque mamma, quapropter maximam habet confluentiæ partem. Hæ uenæ ad uteros tendunt.

APHOR. LIII.

Quæ corrupturæ sunt fœtus, his mammæ extenuantur. Si verò rursus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, & non corrumpent.

Non igitur perpetuò uerũ est, quibus grauidis mammæ extenuentur, has abortire; sed quando corrumpunt. Et id comprobat li. 1. de mor. mul. nu. 44. sic. Quibus in uentre habentibus circa septimũ, aut octauũ mensem derepente mammarum, & uentris plenitudo collabitur, & ubera gracilescunt, & lac non apparet; his dicendũ est puerum aut mortuum esse, aut uiuere, sed debilẽ esse. Has omnes, uel plures circunstantias postulat abortus, uel fœtus imbecillitas: nam si magna ex parte non consentiant; fœtum debilem corroborari poterit, & id, quod huiusc modi fuit author, à natura expelli, ac secerni siue extra corpus, siue intra, ad mammas, scilicet aut coxas, aut oculos, aut genua: necesse enim est uteros grauari à tali causa, quemadmodum etiam his contingit mulieribus, quibus menses pauciores, quàm conuenit, prodeunt. sanguis quidem collectus grauat, & dolet aliàs atque aliàs corpus, & maximè lumbos, spinam, inguina, & articulos manuum, ac pedum. Verùm non his locis simul dolet; sed aliàs, atque aliàs qua parte sanguis discretus, & in uteris esse non potens impetu suo grauarit, &

qua

qua sanè corporis parte incubuerit ; tumor est, fitque etiam conuulsio fortis articulorum. hæc & alia audienda sunt in lib. 1. de mor. mul. n. 13. de his, quibus menses pauci profluunt.

APHOR. LIIII.

Quibus os uteri durum est, his uteri os comprimi est necessarium.

Concluſum esse uteri os, quibus durum existit, uerisimile est. unde in lib. de superfœ. hæc leguntur. Stomachus uteri à suffimentis quidem, ubi cõcluſus fuerit, hians redditur: ab emollientibus uerò molleſcit. Suffire autem oportet loti corticem, lauri baccas, & eius fòlia uiridia contusa, thus, myrrham, artemisiæ semen, aut folia, anisum, & adipem, aut ceram simul contusa, sulphur, cupressi semen, peucedani radicem, myrti folia uiridia contusa, fibri testem, asini masculi stercus, allium, styracem, adipem suillum. Sed & si distortum os uteri fuerit; his suffiendum est: sic quidem igitur hians redditur, ac conuertitur. Mollire autem per hæc uteri os oportet, sandaracham, scilicet adipem caprinum, fici succum, silphij succum, cyclamini succum, thapsiam, succũ tithimalli, cardamomi semẽ, peplon, fibri testẽ, lini semen, nitrũ, ari radicẽ, staphidem syluestrẽ, calaminthæ folia uiridia, herbæ lanariæ siue struthii semen, scyllæ internã partem.

APHOR. LV.

Quæcunque utero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt sine occasione manifesta, difficulter pariunt, & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur.

Cum omne nimium sit naturæ inimicum, si mulier à febre corripiatur, & ualde extenuetur absque causa manifesta; periculo non uacat, & multò magis, si grauida sit: siquidem pondus illud est ægritudo quædam, quæ si alij addatur, uchementior euadit adeo, ut aut ob uirtutis imbecillitatem, difficulter pariat, & cum periculo aut abortiat non absque uitæ discrimine.

APH. OR. LVI.

In fluxu muliebri si conuulsio, & animi defectus aduenerit, malum.

Eadem ratione fit, ut, quemadmodum siquis plurimo sanguinis fluxu capiatur, indeq; singultus, aut conuulsio superuenerint; malum: sic si fluxio muliebris plurima fiat, eueniat, ut si conuulsio, & animi defectio adueniat; malum fit: fiunt enim, ut alias in huius lib. primis aphor. diximus, ab inanitione.

APHOR. LVII.

Si menstrua plura fiant, accidunt morbi: & si non fiant, ex utero morbi contingunt.

Olim dixit Hipp. quæcunq; modum excedant, ea noxia esse. quapropter si menses plures proueniunt, quàm conuenit; affectione: pariunt: si minus, quam oportet, itidem eas gignunt: sic enim excessus se habet ad minus, quemadmodum ad plus unde in lib. de Geni. legitur. Mensibus non procedentibus, corpora fœminarum morbosa fiunt. Et in lib. de Nat. pue. Uterum non gestantibus ubi menses non prodierint; propterea dolor oboritur. primũ sanguis in corpore singulis mensibus turbatur ab huiusmodi necessitate, q̃ mensis

ſis à menſe multum differt, & ſecundum caliditatem,& frigiditatem.atque hoc percipit mulieris corpus:humidius enim eſt, quàm uirile. ubi autem turbatus eſt ſanguis, & uenas impleuit; ab ipſo deſcendit, qualis ab initio naturæ fuit. ſed ſi turbatus,ac ſecretus foras non procedit; à ſanguine diutius immorante uteri calefcentes reliquo corpori calorem tranſmittunt, quandoque etiam ſanguinem in uenas diſtribuunt, ut & uenæ repleræ doleant,& tumores laxos producant. quandoque etiam periculum eſt, ne claudicatio inducatur. aliquando & ueſicam obſident, præmuntq́; , & claudunt, & urinæ ſtillicidium inducunt. aliquando etiam pleni ſanguinis exiſtentes uteri procidunt aut ad coxendices, aut ad lumbos, & dolorem exhibent.aliquando ubi ſanguis quinque, aut ſex menſes in uteris moram traxerit; putrefactus pus fit, & quibuſdam pus per pudendum exit. ſunt etiam quibus circa inguen uelut tuberculum fit, illicq; ſuppuratum exit. ſed & alia multa huiuſcemodi mala mulieribus fiunt, ubi lunares purgationes non procedunt.ſi uero menſes plures,quam oportet, prodeant,& craſſiores, nimirum corpore natura fluuido exiſtente,& oſculo uterorū prope pudendum ſito;huiuſmodi adferunt incōmoda,qualia ſcripta ſunt in lib.1.de mor.mul.nu.14.ea ſunt. calor ad uteros deſertur, & decolor erit ſcilicet mulier. & ſi poſtea morbus aliquis, aut affectio incidit aut corpus affligatur; uteri itidem ampli ſunt,& corp⁹ facilè in eos fluit,& poſt hæc febris habet,& cibū auerſatur, & anxia eſt,& tenuis,ac debilis,& lumbos ex menſibus dolebit: & progreſſu temporis ſi non curata fuerit; omnia ipſam magis affligent in intermedio tempore, &

periculum

periculū ipſi imminet, ne ſterilis fiat, aut à tempore, & morbo uexata ſi alius morbꝰ coincidat; ex hoc moriatur. prodeunt autem menſes craſſiores, & plurimi in intermedijs diebus: incipiētes autem, & deficientes, pauciores, & tenuiores. Moderati igitur ſunt menſes prodeuntes ſin omni muliere ſi ſana ſit, ut duarum heminarum Atticarum menſura ſecedant, aut paulo plures, uel pauciores: & hoc ad duos, aut tres dies. longius autem tempus, aut breuius morboſum, & ſterile eſt. coniectare porro oportet, mulieris corpus inſpiciendo, & interrogare, collatione ad priora facta, an ſemper morboſa viuat, ut non: ſi enim pauciores, aut plures dies, quàm ſolent, prodeūt, aut ipſi pauciores, aut plures fuerint; morboſi ſunt, niſi natura ipſa morboſa, & ſterilis fuerit. ſi uerò hoc fuerit, & ad ſalubriorem ſtatum tranſmutatur; melius eſt. procedit autem ſanguis uelut à uictima, & cito congelatur, ſi ſana fuerit mulier. Quibus uerò in natura eſt, vt plures, quàm quatuor dies purgentur, & menſes ualde multi prodeunt; hæ tenues fiunt; & fœtus ipſarum tenues, & emarceſcunt. quibus autem purgatio infra tres dies fit, aut pauci menſes procedunt; hæ craſſæ ſunt, & bene coloratæ, uirilesq́; ac partus immemores, & neque concipiunt.

APHOR. LVIII.

Recto inteſtino, aut vtero inflammationem patiente, vrinæ ſtillicidium accidit, & renibus purulentis, vrinæ aduenit ſtillicidium, hepati autem inflammationem patienti ſingultus aduenit.

Vrinæ

Vrinæ ſtillicidium fit aut à læſis inſtrumentis urinæ ſeruientibus, aut ab his, quæ cum his conſentiunt, quale rectum inteſtinum, aut uteri exiſtunt tumore aliquo affecti: comprimunt enim ueſicam, uel uaſa alia urinaria, uel conuellunt, uel alio modo afficiunt: unde urinæ ſtillicidiũ ſequatur. Quòd rectum inteſtinum huiuſmodi noxam pariat, confirmat Hipp. in lib. de Fiſtu. & cauſam recenſet, dum ait. Si rectum inteſtinum inflammatum fuerit, & dolor habeat, & febris, & ſæpe ad exonerandã aluũ deſideat, & nihil egerat, & præ inflammatione ſedes exiſſe uideatur, & aliquando urinæ ſtillicidiũ corripiat; hic morbus fit; cum pituita ex corpore ad inteſtinum rectũ decubuerit. conferunt autem calida. Quòd autem uteri tumidi, ſiue inflammati urinæ adferant ſtillicidium, cõprobat lib. de Nat. puer. nu. 7. ubi ſcriptum reperimus. Si purgationes lunares nõ prodeunt, uteriq; non hiauerint; à ſanguine diutius immorante uteri caleſcunt, & reliquo corpori colorẽ tranſmittunt. aliquando & ueſicam comprimunt, & obſident, & claudunt, & urinæ ſtillicidiũ inducunt. Atq; hæc affectio à partibus communicantibus prouenit; ſed ſi renes purulenti fiant; urinam intercipiunt per ſe. Nota legitur in li. de Inter. affect. nu. 16. quæ eſt. Cum ſuppuratus fuerit ren; circa ſpinam intumeſcit: ſingultus præterea aut eſt propria hepatis paſſio, aut communicata: nam & in li. 7. aph. in hepatis inflammatione ſingultus, malum. ſed hæc de ſingultu obſeruãda ſunt ex lib. de loc. in homi. n. 29. Bilis periculoſa eſt, ſi icterus in oculis accedat, & in unguibus liuor, corpus ulcera habeat, & partes circa ulcera liuidæ ſint. & cum ſudor una aliqua corporis parte erumpit, non toto:

toto : & cum febriens adhuc æger excreat pallidum viride; excreatio ceſſet. ſic aũt & cum ineſt, & non ineſt, cognoſcere oportet. cum ineſt; in faucibus reſpirãtis ſtrepit, & ſpiritus periculoſus eſt, & ſingultus adeſt, & febris diſcedit excreatione adhuc in pulmone hærente, & aluus debili iam exiſtenti ſeceſſum facit. hanc orationẽ memoriæ mandemus: ea ſiquidem cum de ſingultu poſtea egerimus; non inutilis erit.

APHOR. LIX.

Si mulier non concipit, ſcire autem velis ſi conceptura ſit, pannis circunte&tam deſupter ſuffias, & ſi odor videtur pro corpus ire ad nares, & os, ſcito quod ipſa non ex ſeipſa ſterilis eſt.

Modos, & remedia recitat in lib. de ſuperfœ. & in lib. de Nat. mul. arque alibi Hipp. In lib. de ſuperfœ. hæc habemus. Cum mulieri alicui conceptus gratia medeberis, ubi purgata eſſe uidebitur, & os uteri rectè habuerit; lauetur, & caput confricetur, nullo autem unguine illinatur. deinde linteum inodorũ lautum circum capillos ipſos circundatum, reticulo lotoꝫ, aut nihil olenti obliget ita, ut primuꝫ linteum ipſum capiti imponatur: poſtea quieſcat galbano ad uteri ſtomachum appoſito, quod coctum, ac mollitum ſit ad ignem, & non ad ſolẽ. Deinde mane depoſito reticulo cum linteo, uerticẽ ſuũ alicui olfaciẽdũ exhibeat: &, ſiquidẽ oluerit; probè purgata eſt: ſin minus; malè. hæc autẽ ieiuna faciat. &, ſi non fœcunda fuerit; nunq̃ olebit neq; purgata, neq; aliàs. & ſi prægnanti idem medicamentum apponatur;

ponatur; neque ſic probè olebit. quæ uerò prægnans futura eſt, frequenter, & facilè concipit, & ſana exiſtit, etiam ſi non appoſueris, neq; purgaueris, uertex ipſius olebit, aliud uero nihil. In lib. autem de Nat. mul. num. 91. experimentum fœcunditatis. caput allij integrum deraſum uteris apponito. poſtridie uerò digitum immittat, ac contingens conſideret: &, ſiquidem oluerit inde os; bene habet: ſin minus; rurſum apponat. aliud experimentum. Netopon modicum in lana inuolutum apponat, & conſideret, an per os oleat.

APHOR. LX.

Si mulieri utero gerenti purgationes eant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum.

Menſes non prodeunt, ubi mulier conceperit intrà ſe ipſam, ſi puer ſanus fuerit, & permanere debet, niſi in quibuſdã primo menſe modicam ſui indicationem faciant. uerùm ſanguis à toto corpore mulieris deſcendens, in orbem forinſecus pelliculam circunſtat, & ſimul cum ſpiritu ſanguis intra per pelliculam trahitur, qua parte perforata eſt, & à genitura diſtat, congelaturq; & futuro animali augmentum præbet. hæc in lib. de Natu. pue. nu. 5. ſi igitur de muliere grauida per duos, aut tres menſes, & ultra, lunares purgationes prodeunt ſingulis menſibus; eſt neceſſe tenuem ipſam fieri, ac debilem. quandoque etiam febris eam corripit his diebus, quàmdiu menſes prodierint. &, dum prodeunt, & poſtquam prodierint; pallida fit. ſed & pauci prodeũt Huic uterus magis, q̃ opportunũ eſt, hiat, & augmẽtũ fœtus dimittit. deſcẽdit. n. cũ mulier in ve-

tre

tre habet, ſanguis paulatim in uteros à toto cor pore,& in orbem circa id,quod in uteris eſt circunſtans, illud auget. ſi uerò hiarint uteri magis, quàm oportet, ſanguinem ſingulis menſibus,uelut procedere ſolet, dimittunt.& quod in uteris eſt,tenue,ac debile fit.ſi uerò curetur mulier;melior & fœtus,& mulier euadit. ſi autem non curetur;fœtus corrumpitur;ſed & ipſi periculum imminet,ne diuturnum habeat morbum;ſi purgatio plus,quã oporter, prodeat:quia & poſt corruptionem periculum imminebit, nimirum uteris magis apertis.ſic legitur in lib.1.de morb.mul.nu.40.Et, quoniam curatio eſt adhibenda; cum mulier prægnans menſes profluuos habet; ſtercus aſini ſiccum,& rubricam, ac ſepiæ teſtã, trita, ſimulque lintreo illigata apponat, ut ſcriptum eſt in lib.de ſuperfœ.nu.27.

APHOR. LXI.

Si mulieri ceſſent purgationes, neq; febris, neque rigor ſuperueniat, & faſtidia incidat, indicia ipſam in utero habere.

Vt has grauidæ mulieris notas comprobemus experimento; prægnantem ſi cognoſcere uelis; ubi dormire uolet, aquam multam bibendã dato. & ſiquidem tormen habuerit circa uentrem; prægnans eſt:ſi uerò non; prægnans non eſt.ſic antea retulit Hipp.in aph.41.aut apponas in ualnam nõ ualde fortia.ſi dolores in articulos perueniãt, & ſtridor dentium corripiat,& membris tendatur;ac oſcitet; hanc magis concepiſſe ſpes eſt, q̃eam, quæ nihil tale patiatur.hæc in lib. de Superfœ.Præterea in lib.de Carni.nu.21.hæc legantur.cum primum mulier in uentre concepit; horret, & calor, & dentium ſtridor conſequitur,

quitur;& conuulsio occupat tum articulos, tum totum corpus : & uterum segnities,ac torpor :& quæ puræ sunt hoc perpetiuntur:quæ uero crassæ,ac mucosæ non. Et antea apho.51.Quæ vtero gerunt,his vteri os comprimitur.atq; id confirmat lib.de Geni.nu.7.hoc pacto.postquã coiuit mulier', si conceptura est ; non procedit foras, sed manet in utero genitura : nam uteri susceptam,& conclusam in sese continent,osculo nimirũ ipsorũ præ humiditate contracto, ac cõcluso. Alia quoq; signa sparsim descripta habemus ab Hipp.sed Arist.in lib.7.de Nat.Ani.cap.4.plura sic scripsit. Cum semen conceperit uterus ;statim se contrahit, donec ad septimum mensem uentum sit. octauo iam adaperitur , atque dehiscit.& partus si uiuit; descendit mense eodem.si uerò mortuus est;neque descendit, neque per id tempus dehiscit . idq; indiciũ facit fœtum haud quaquam esse uitalem. Euenit profecto , ut mulieres à conceptu corpus totum grauẽtur, & oculorum caligines , & dolores capitis moueantur. quæ aliis maturius,& ferè die decimo accidunt, aliis serius, prout magis , uel minus ex materia superuacua tentantur. nauseæ item , & uomitus plurimos capiunt,& præcipue quibus purgationes constiterint necdum ad ubera transeunt.aliquæ igitur principio magis laborant , aliæ post, cum iam fœtus plenius creuerit.sæpe etiam multis destillatio urinæ ad postremum infestat . sed magna ex parte quæ marem ferunt,facilius exigunt , minusq; pallent : contrà quæ fœminam. multis etiam tumores , extuberationesque carnis in cruribus incidunt . Sed tamen contrà etiã nonnullis contingit . Solent appetitus uarij grauidis euenire,citòq; commutari : quod picare à

pica

pica aue quidam denominant. & nimirum cum fœmellam ferunt; auidius apperunt, & minus frui se iam præsente, quam cupierint, possunt: fastidiunt enim statim, quod modò uehemẽter appererent, paucis contingit, ut melius habeant, cùm uterum gerunt: sed præcipuè tunc fastidiũt, cùm capillus fœtui oriri incipit. pili cõgeniti grauidis defluunt, pauciores q̃ue rèdduntur. contrà qua parte pilos minimè habere solebant, ea magis accipiunt. plus etiam motus magna ex parte mas in utero infert, q̃ fœmina, & celerius prodit. dolor etiam ex fœmina continuus, sed obtusior: ex mare acer, & longè molestior. Hæc Arist.

APHOR. LXII.

Quæcunque frigidos, & spissos uteros habent, concipiunt. Et quæcunque præhumidos uteros habent, non concipiunt, extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunque siccos magis, & adurentes: nam ex defectu alimenti corrumpitur semen. Quæcunque verò ex utrisque mediam habent temperaturam, hæ fœcundæ sunt.

Fœcunditatis, ac sterilitatis causæ aliæ sumuntur à natura hominis, aliæ ab externis. Hominis naturam spectant elementa, temperamenta, humores, partes similares, ac dissimilares, spiritus, facultates, & actiones. Hæc omnia si modum habeant homini respondentem; marem, & fœminam reddunt fœcundos. si contrà eueniat, ut uidelicet horum aliquod excedat uel à natiuitate, uel postea; infœcundos præstant aut perpetuò, aut ad tempus, atque eò magis si extera consentiant,

sentiant, quemadmodum res non naturales, & circunstantes, ueluti aer, tempus anni, locus, uictus ratio. si igitur mulier temperaturam habet naturam eius excedentem siue totius corporis, siue partium principum, ac maximè earum, quæ conceptioni seruiunt, ueluti si nimium calidum sit uel totũ corpus, uel uterus, & alia instrumenta generationi apta, aut si frigidius, quàm oportet, aut humidius, aut siccius; ea non est fœcunda, sed sterilis. Deinde si compositio totius uel partium dictarum sit incommoda, ueluti si substantia sit magis, uel minus crassior, uel tenuis, magis, uel minus densa, uel rara: magis, vel minus lenis, uel aspera: magis uel minus dura, uel mollis: si mole maior, uel minor; magis numerosa, uel minus: magis angusta, uel lata, ac patens: magis lõga, uel breuis: malè figurata, uel recte: ut si distortum sit os uteri, euersum, contractum, malè situm, ut sursum, vel deorsum, vel ad latus. hæc omnia generationi inepta sunt. Tertiò si humores corpori uel partibus non communicent substantiam conuenientem, nec quantitatem, nec qualitatem. Verũ id fit si crassiores, quã expedit, sint: si subtiliores, si fluidiores, tenaciores q; : si plures, quam oportet, ac si pauciores: si solidiores, uel frigidiores, pituitosiores, uel biliosiores; hinc conceptionis impedimenta exultant. Quartò si partes similares, uel dissimilares, potissimum, quæ huic causæ operam dant, offensam percipiant naturalem, uel aduentitiam aut substantia, aut quantitate, aut qualitate, quemadmodum si partes, uel totum crassius sit, quàm cõuenit, tenuius, tenacius, uel fluuidius densius, uel rarius, durius, solidius, uel mollius: sic enim spiritus aut constipantur & crassescunt,

ſeſcunt, aut efflant ſiue in toto corpore, ſiue in uaſis, ſiue in ſemine conſtiterint. idem de facultatibus aſſerendum eſt, atque de actionibus. nam omnes hæ cauſæ ſterilitatem inducunt vel ſimul, vel plures; niſi temperiem acceperint, cõtraria fœcunditatẽ pariunt. Hinc explanationẽ totius aph. accipimus. quapropter ſi præter cæteras cauſas mulier frigidos habeat vteros, & ſpiſſos, hoc eſt, ſiccos, vel compreſſos; non concipit: frigus enim caloreẽ genituræ extinguit. itẽ ſiccitas, & humiditas: etenim, vt in lib. 1. de morb. mul. nu. 33. vteros ſic curare oportet, vt neq; humidi ſint, neq; valde ſicci. imo ſicciores quidem tantò magis bono ſucco, quantò ſunt ſicciores, eiuſmodi humiditate, vt pingues magis fiant, quàm graciles: humectos verò, & madidos ſiccare ita, vt relinquas; quò humidi ſint, & nõ valde reſiccentur: exceſſus enim in his valde ſunt vitandi: concipit autem in ventre neq; ea, quæ humiditatẽ habet, neq; quæ reſiccata eſt, niſi quid horũ in vteri natura fuerit. Præter hæc, quæ hoc loco recitat Hip. in lib. de ſterili. & de mor. mul. reperiuntur ea omnia, quæ antea eſſe ſterilitatis, ac fœcunditatis cauſas aſſeruimus.

APHOR. LXIII.

Similiter autẽ & in maribus: Aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extrà fertur, vt ſemen non tranſmittatur ad os, vel propter ſpiſſitudinem humor non exit foras, vel propter frigiditatem non concaleſcit, ita vt ad hunc colligatur locum, vel propter caliditatem hoc idem accidit.

Eandem

Eandem rationē habere oportet de cauſis internis, & externis, quæ fœcunditatē, ac ſterilitatem faciunt in maribus, quam in fœminis retulimus. nam Ariſt. in lib. 7. de Nat. ani. ca. 1. inquit. ſemina infœcunda ſunt, quæ tenuia : fœcunda, quæ grandinis ſpeciem referunt, eademq; potius marem fœtificant : contrà tenuia, nec globulenta, fœminam gignunt, ac præterea vt in lib. de ſuperfœ. nu. 18. legitur. Vir nō ſit ebrius, neq; vinum album bibat : ſed quod fortiſſimū eſt, ac meraciſſimum : itemq; edulia fortiſſima, & calida. non lauet. robuſtus autē ſit, & ſanus, & à cibis abſtineat ad rem nō cōferentibus. Addamus ea, quæ in lib. de ae. aq. & lo. ſcripſit de natura Scytharum : inquit enim. neq; poſſibile eſt fœcundam eſſe virorum horum naturam : cum minimè cupidi ſint cum fœminis commiſceri obnimiam corporis liquiditatem, ventriſq; molliciem, ac frigiditatem. quæ cauſæ appaient minimè viros ad coitum incitari. Accedit his laſſitudo ex continua equitatione contracta, quæ eos ad cōmixionem reddit impotentiores. Mulieres pinguedo carnis, & humiditas ſteriles facit, præ quibus vteri earū genitale ſemen nequeunt continere : lunares enim purgationes nō fiunt, ſicut eſt neceſſe ; ſed minus, & intempeſtiuè per longius tempus. ipſum amplius vteri os præ pinguedine concluditur, vt nequeat ſemen ſuſcipere : ſunt enim otioſæ, & pingues, ventreſq; earum frigidi, & molles. Hæc Hipp.

APHOR. LXIIII.

Lac dare caput dolentibus malum, malum verò & febricitantibus, & quibus ilia ſuſpenſa murmurant, & ſiticuloſis : malum

mutẽ & quibus in febribus acutis bilioſæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi derectiõ facta eſt. Conuenit autem & tabidis dare, qui non ualde multum febricitant, & in febribus longis, & paruis, ſi nullum ex ſupradictis ſignis affuerit, & præter rationem conſumptis.

Non unum lactis genus exhibuit Hip. ſed plura, quemadmodũ caprinum, aſininum, bubulũ, equinum, caninum, ouillum: propterea quòd uni cuique propria ineſt facultas: & uni magis, quã alij: legitur enim in libr. 2. de Diæt. num. 6. in lacte bene alunt omnes cyceones. ueruntamen ouillum aluum ſiſtit, caprinum magis per aluũ ſecedit, bubulum uerò minus, equinum autem, & aſininum magis ſecedunt. caninum uerò, ut ſcriptum eſt in lib. de Nat. mul. numer. 29. ſecundas educit, & menſes detrahit. De lactis caprini ſero ſic legitur in libr. 7. de mor. popu. numer. 4. Creſicrati lac in farina magis, quàm ſerum caprinum contulit; cum dolor eſſet circa totum uentrem, & dolores cum multa ad egerendum ſurrectione, ac ſubcruenta egeſtione, & tumor circa pedes fere iã ad uigintiquinq; dies eſſet. Et Adriano eadem contulerunt, uerùm Cæneæ filio lac aſininum coctum. In lib. autem de Inter. affectio. num. 4. ad curationem tuberculi in pulmone orti bibat æger lac bubulum, ac caprinum pro tempore. prius autem ſubpurgetur lacte aſinino cocto. bibat etiam equinum lac excolatum quotidie mane poculi tres heminas continentis menſura; ſi facere poterit. atque hæc ad puris eruptionem. Et in lib. de Nat. mul. nume. 46. ſi ex partu ſanguinem uomat;

hepatis

hepatis fistula sauciata est, & dolor ad uiscera procedit, & cor conuellitur. Hanc multa cali da luare oportet, & tepefactoria, quæ maximè admiserit, adhibere, & asininum lac bibendum ad dies quinque dare: postea uerò uaccæ nigræ lac præbere, ut sine cibo degat ad dies quadraginta. ad uesperam uerò sesamum tritum bibat. In libr. de Inter. affect. lac exhibet ad primam tabis speciē, quæ prouenit à pituita in capite putrescente, deinde in pulmonem defluente; quæ cum salsa sit, & putrida; pulmonem mordet febris debilis inuadit, rigor, & dolor pectus, ac dorsum, tussis quandoque acuta. quare, ut ibi asserit Hipp. facta purgatione, dandum est lac asininū coctū ad subpurgationē, aut bubulū, aut caprinū. bibat etiam crudum lac bubulum tertia aquæ mulsæ parte ammixta per quinque & quadraginta dies, ammixto etiam origano. Et ibi ad medullæ spinalis resiccatæ curationem, ubi dolor acutus occupat caput, collum, lumbos, crura, stercus non secedit, & urinæ difficultas, inquit. purgato capite, postera die asinini lactis cocti melle affuso octo heminas bibendas ipsi dato. si uerò asininum non habeas; bubuli, aut caprini tres semicongios, melle affuso. & dum temporis opportunitas adest; lac bibat, sero, & lacte utens per quinque ac quadraginta dies. cibis autem, & obsonijs utatur quàm maximè per aluum secedentibus. Et ibidem nu. 17. ad urinam, quæ prodit ueluti a carnibus bubulis assatis, succus, purgatus æger pro temporis opportunitate serum, & lac bibat: serum quidem ad purgationem. lactis autem potum faciat in tempore per quinque ac quadraginta dies. In lib. præterea 2. de mor. mul. numer. 12. in fluxu mulie-

bri veluti ex ouo crudo luteo poſt pharmaca ſerum coctũ bibendum dare, per plurimos dies, cum modico ſale. ſi verò non affuerit ſerum; lac aſininum coquito, & exhibeto per quatuor dies. ad veſperam autem eadem faciat; niſi febris noctu corripiat. ſi verò natura fuerit lienoſa, aut flatuoſa, & exanguis; neq; ſerum, neque lac bibat: ſed purgantibus inferne purgato. In lib. autem primo de mor. mul. nu. 88. ſunt quidam, qui his ſcilicet mulieribus, quarum vteri ſunt vlcerati, caput dolentibus lac bibendum præbent: quia caput dolent: alij aquam; quia animo linquantur. Ego verò vice verſa, ſi caput dolent, & mente percellantur; aquam commodam puto. cum autẽ mordentur ſcilicet vteri, & acria ſunt, quæ punguni; lac his lenitarem inducit. Lac igitur non eſt dandum capitis dolori, nec febri vehementi, nec flatuoſis, nec lienoſis, nec exanguibus, nec ſiriculoſis, nec in bilioſis deiectionibus cum acuta febre, nec in ſanguinis multi deiectione. ſed conuenit tabidis, febribus longis & paruis, etiam præter rationem conſumptis, niſi doleant caput, aut febriant acutè, vel ſitiant, vel alia percipiant incommoda relata.

APHOR. LXV.

Quibus tumores in vlceribus apparent, non conuelluntur maximè, neque inſaniunt: Verum his euaneſcentibus derepente, quibuſdã à tergo conuulſiones & diſtentiones fiunt. Quibuſdam autem antè inſania, vel dolor lateris acutus, vel ſuppuratio, vel difficultas inteſtinorum, ſi tumores ſunt rubicundi.

Hic

Hic aph. in lib. 2. de mor. pop. sect. 3. quoq; parum discrepans, vel fere nihil legitur sic. Quibus tumores in vlceribus, non valde conuelluntur, neq; insaniunt. His autem derepente dissipatis, quibus quidem ad posteriores partes, conuulsiones cum doloribus: quibus autem ad anteriores, aut insaniæ, aut dolores lateris acuti, & dysenteria rubra. si verò hæ affectiones eueniant; de vlcere in capite locutum esse Hip. existimant nonnulli pluribus ducti rationibus: nam, vt asserunt, humorem, qui tumorem facit, abscedentem, ac ad partes posteriores sese conferentem, conuulsionem aliquã gignere oportet. si intro refugiat per venas ad membranas cerebri; delyrium parat. si ad pectus defluat, & sub membranam costas subcingentẽ labatur; pleuritis. si ad pulmonem; empyema, siue suppuratio fit. si ad intestina descendat; fit dysenteria potissimum sanguinis, si tumores sint rubicundi. Rubicundos autẽ esse comprobant locum Hip. in medium producentes ex lib. de cap. uul. nu. 28. & verba sunt. cum in vulnere in capite hominis, terebello perforato, aut non perforato, osse autem denudato, tumor rubicundus ignis sacri speciem referens, accesserit in facie, & in oculis vtriusq;, aut altero, & dolent, & febris, ac rigor corripiat, & vlcus ipsum & quod ad carnem attinet, & quod ad os bene habeat ad aspectum, & ambientes vlcus partes bene habeant, excepto tumore, qui in facie existit, & aliud peccatum nullum tumor habent, quod ad reliquam victus rationem habent, huius infernam aluum deorsum purgare oportet medicamento, quod bilem ducit. sic Hip. quæ si ad rem quisquam faciant; consideret medicus.

APHOR. LXVI.

Si in vulneribus fortibus, & prauis tumor non appareat, ingens malum.

In lib.2.de mor.pop.sect.3.sic legitur aphor. Si in uulneribus fortibus tumor non appareat magnus; malum.

APHOR. LXVII.

Molles boni, crudi verò mali.

Sequitur in eodem lib.2.de mor.pop.sect.3. & inquit.laxi bonum, sursum pascentes, peius, scilicet sunt tumores.

APHOR. LXVIII.

Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte recta vena incisa prodest.

Hunc quoque aphor.recitat Hippo.in lib.6.de mor.pop.sect.2.De huius uenæ sectione, atque de aliis reuellentibus remedijs, ac deriuantibus mentionem facit in lib.de Affect.& uerba hæc leguntur nu.2.si in caput dolores inciderint; caput calfacere conducit:ita ut multa calida lauemus,& sternutatione facta, pituitam, ac mucos subducamus.& siquidem a dolore liberetur; sufficiunt hæc.si uerò non; purgandum est caput a pituita.uictus autem sit sorbitio, & potus aqua. Vinum autem non exhibeatur, donec dolor sedetur:cum enim calidum existens caput uinum attraxerit; dolor fortior euadit. Dolores inciduntur a pituita; cum in capite mota, cumulata fuerit.si uerò aliàs, atque aliàs dolor,& uertigo in caput inciderit; prosunt quidem & hæc adhibita, prodest autem etiam, si sanguis à naribus

fuerit

fuerit detractus, aut à uena in fronte. si uerò diu turnus, & fortis in capite fiat morbus, & purgato capite, non decedat; huius caput aut scarificare oportet, aut uenas in circuitu inurere: ex his enim solum sanum fore spes est. Hæc Hipp.

APHOR LXXIX.

Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorsum ad caput, sed & viris parte corporis posteriore magis, quàm anteriore ueluti fœmorum, cubiti: sed & cutis rara. indicio autem est pilus.

Quid de rigore senserit Hippo. & a qua causa fiat, & in quibus corporis partibus porissimũ percipiatur, nobis hoc tempore agendum est. Legitur in lib. 1. de mor. nu. 22. Rigor in morbis fiũt & ab externis, uentis, aqua, serenitate, sub dio degentibus, & aliis huiusmodi. fit autem & ab ingestis cibis, ac potibus. maximè uerò, & uehementior fit, cum bilis, & pituita sanguini fuerint permixta, aut altera ex his, aut utraque. magis tamen, si pituita sola permixta fuerit: est enim pituita frigidissima ex natura, calidissimus autem sanguis, frigidior est & aliquanto bilis sanguine. cum igitur hi humores ambo, aut alter solũ permixti fuerint ad sanguinẽ; ipsum cõgelant, nõ tamen omnino: neq; enim uiuere posset homo. si sanguis densior, & frigidior se ipso multis modis fieret. Frigescẽte igitur sanguine necesse est & reliquũ totũ corpus perfrigerari. & ubi huiusmodi quid factũ fuerit; rigor appellatur. Et siquidẽ uehemens fiat rigor; uehementior est eriã tremor: nam, dum cõtrahuntur venæ, sanguine & coacto, & congelato; corpus & contrahunt, & tremere faciunt.

ciunt. si verò minus aliquantò sanguinis coactio fiat; hoc rigor appellatur. horror autem dicitur debilissimus rigor. Hæc de causis rigoris, atq; de modo. Qua verò in parte corporis primò sentiatur, & cur, in hoc eodem lib. habetur nu. 23. & verba sunt. Cum latus natura carne nudum sit præ omnibus corporis partibus, & non sit quicquam in ipso, quod renitatur præter ventriculi cauitatem, maximè rigorem percipit. Et in li. 4. de mor. nu. 26. circa neruos, ac præsertim circa ossa aquosus humor existit: circa osseas enim partes homo maximè riget, & capilli erecti stant, contorta cuticula, ac sicciore euadente, q priori tempore, nimirum aquoso humore isthic deficiente, & circa ossa obuoluto. Partes igitur, q carne nudatæ sint, & quæ quicquam non habet, quod renitatur, & quæ plurimum aquosi obtinent humoris maximè rigorem percipiunt. qua de re rigores sentiunt mulieres magna ex parte ex lumbis ob relatas causas, & per dorsum ad caput, itemq; uiris potius parte capitis posteriore, quàm anteriori: quia ibi plurima existit causa. fit præterea calor præternaturalis, qui febris dicitur, post rigorem hac ratione. Cum sanguis percaluerit, & uim scilicet pituitæ, & bilis depulerit, ac rursus ad suam naturam redierit; concaluescit simul pituita, & bilis sanguini permixta, & sanguis ipse seipso multiplicitet calidior euadit ob aduentitium uidelicet calorem bilis, & pituitæ. His percalefactis necesse est febrem succedere post rigorem præ sanguinis caliditate. Hæc ex Hip. de rigoris, ac febris ortu. Vt autem magis apho. explicetur, scribit in lib. 6. de mor. popu. sect. 3. Rigores incipiunt mulieribus quidè magis à lumbis, & per dorsum, & tunc ad caput:

sed &

sed & uiris posteriore corporis parte magis, quã anteriore : horremus enim magis exterioribus, quàm interioribus corporis partibus, uelut cubitis, fœmoribus. sed & cutis rarior. indicat autem pilus. à quibus autem alijs rigent fortassis ulceribus, incipiunt a uasis. Et in lib. 2. de mor. pop. sect. 3. Rigores incipiunt mulieribus quidem magis à lumbis per dorsum ad caput, sed & uiris parte corporis posteriore magis, quàm anteriore ueluti cubitis, fœmoribus. sed & cutis rara. indicat autem pilus animantium.

APHOR. LXX.

A quartanis capti non admodum à conuulsionibus capiuntur. Si uero prius capiantur, & quartana superuenerit, liberantur.

Securissima omnium, ut ait Hip. in lib. 1. de mor. popul. sect. 3. & facillima, ac longissima est quartana febris: non .n. solum ipsa à seipsa talis est; sed etiam ab alijs magnis morbis liberat. Idẽ confirmat in lib. 6. de mor. pop. sect. 6. cum ait. A quartana correpti à magno morbo non corripiuntur. si uerò corripiantur prius, & succedat quartana; liberantur. Qui autẽ sint hi, quos magnos appellat morbos, explicat in hoc apho. cum inquit. A quartanis capti, non admodum à conuulsionibus capiuntur: & si prius conuulsio apprehendat, & quartana superueniat; liberantur: propterea quòd cum febris quartana sit omniũ securissima; periculo uacat: cum uerò longissima. calorem in singulas corporis partes non solum distribuit; sed temporis longinquitatem confirmat. quare non solum conuulsio, quæ a repletione humoris pituitosi, aboletur: sed etiã fortasse

ea,

ea, quæ ab inanitione proficiſcitur, niſi febris nō facillima, ſed grauiſſima uires corporis deiiciat: calefiunt enim prius partes, deinde ſiqua eſt noxia humiditas, euaneſcit: ſi uerò non, à calore corroboratur, humore vtili à natura ad partes ægrotantes deſtributo.

APHOR. LXXI.

Quibus cutes circuntenduntur aridæ, & ſiccæ, ſine ſudore moriuntur: quibus verò laxæ & raræ, cum ſudore moriuntur.

Idem aph. ijſdem uerbis explanatus reperitur in lib. 6. de mor. popu. ſect. 6. In Thaſo aurē Dealcis correpta eſt febri horrida, & acuta. multa euenerunt, ſed decima ſeptima ab aluo irritacio turbulenta. poſtea uerò ipſi potus percurrebant, neque conſiſtebant. omnino nihil ſentiebat. cutis aridæ circuntenſio. uigeſima prima præmortua. hæc in lib. 3. de mor. pop. Aegro. 15.

APHOR. LXXII.

Qui regio morbo laborant, non multum ventoſi ſunt.

Aliquam huius aphor. habemus explanationē in lib. 3. de mor. popu. Aegro. 13. Triplex autem eſt morbus regius, flauus ſcilicet, niger, & albus. hunc denotant frequentes ad egerendum progreſſus paulatim fientes, pauca ſtercoracea, ſubuiſcoſa habētes, cum præcordii, & lateris dolore. Et aliàs regium morbum incurrunt, quibus lumborum, & lateris dolor ſine cauſa manifeſta. hæc in Coa. præno. ſigna accepimus de morbo regio laborantibus, qui non ualde pneumatodees exiſtunt. Hoc uerbum pneumatodees quidam interpretati ſunt idem, quod flatuoſum, ac uentoſum, hoc ducti, quòd qui diutius regio

morbo

morbo afficiuntur, iis corrumpuntur instrumenta concoctionis à bile è propria sede egressa, quæ & membra nutritionem ministrantia lædit, & sanguinem inficit, ac fœdat, atque hinc flatus exurgunt; ac tandem hydrops flatuosa. Alij uerò exponunt spirabundum, anhelosum, ac difficulter spirans. alij alio modo rem explicant.

IOANNIS MARINELLI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS.

SEXTVS.

APHOR. I.

In longis leuitatibus intestinorum, si ventus acidus fiat, qui prius non erat, signum bonum.

MOrbos à principio curare oportet; & siquidem a fluxionibus fiunt; primum fluxiones sedare: si uerò ab alia causa; principium morbi sedare, ac curare, deinde id, quod influxit, siquidem multum fuerit; educere: sin modicum;

dicum; per diætam moderari, & componere. hæc leguntur in lib. de lo. in ho. nu. 42. quæ nos docent modos curandi à morbi prihcipiis desumptos. Verùm intestinorum leuitas, ut Hipp. placet in lib. de affectio. nu. 25. fit, cum ex capite, & superiori uentre pituitæ de fluxus fit in uentrem inferiorem. quod ubi contingit; cibi ab ipso frigefiunt, ac humectantur. & secessus ipsorum liquidorum, non putrefactorum uelox contingit. dolor autem non adest. & corpus attenuatur, ac liquescit; dum simul cibi per multum tempus in uentre non concoquuntur, & simul à uentre calido præter naturam calescit. Defluxum igitur dum sistit natura, uel ars; uēter inferior calescit, & exiccatur. &, dum hæc fiunt; flatus necessariò ex pituita excitantur, uel à debili calore, qui eam insipidam in acidam uertat. Fit præterea quoque ab inducto calore, & siccitate uis retentrix ualidior, quæ per os ueluti reuellendo efficit, ut ructus expellātur. Hunc aphor. reperimus in lib. 2. de mor. pop. sect. 2. his uerbis explicatū. In diuturnis intestinorum leuitatibus ructus acidus oboriens, antea nunquam factus, signum bonum, ueluti Demæretæ contigit. Fortassis autē licet etiam arte parare; num turbationes eiusmodi alterant? Fortassis autem & ructus acidi intestinorum leuitatem soluunt. Dixit Hippo. Antea nunquam factus; etenim ciborum substantia, quantitas, qualitas, uentriculusq; imbecillis incoctionē præstare solent, à qua ructus acidi. idque declarat in li. de affectio. nu. 44. dum inquit. Ructū acidū maximè faciūt pinguia, crassa, mellita, & sesamo parata. Verū quicunq; postridie cibos eructāt, & præcordia ipsis eleuant, utputa cibis crudis existentibus, & incoctis, his longiori

tempore

tempore dormite conducit. uerùm & aliis laboribus corpora ipsorum cogere oportet. uinũ autem meracius, & amplius bibant, & cibis pauciori bus utantur: palam est enim quòd uentriculus præ imbecillitate, ac frigiditate ciborum multitudinem concoquere non potest. sed & in lib. de Sal. diæ. nu. 12. breuiori sermone hæc eadem loquutus est. Quare, ut ructus acidus corroborati uentris inferioris nota sit; non à cibis incoctis sumatur; sed à uentris uirtute languida, quæ robustior euadat.

APHOR. II.

Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruuntur: Quibus verò contraria, salubrius degunt.

Corpora humida morbosiora sunt, quàm sicca, ac præterea breuioris uitæ: facilius enim corrumpitur humidum, quàm siccum. Quibus autẽ nares natura humidiores existunt, & semen humidius, hi notas habent humidioris naturæ: nares enim humidiores cerebrum humidum significant, à quo fluxiones in singulas corporis partes emanant, à quibus plurimæ excitãtur ægritudines. Semen uerò humidius naturæ imbecillitatem significant in toto corpore. & propterea posterius conformatur fœmella, quàm masculus: & genitura fœmina debilior est, ac humidior, ut asserit Hipp. in lib. de nat. pue. sicut etiam in li. de ae. aq. & Io. sensit genitale semen ab omnibus corporis partibus procedere, à sanis sanũ, à morbidis morbosum: fieriq; , ut ex caluis calui gignantur, ex cæsijs cæsij, & ut plurimum distortus distortũ generet. si igit nares, & genitura humi-

diores

diores natura fuerint; corpus totum humidius, ac itidem languidius, morbisque magis obnoxium erit: contrà uerò salubrius. Hunc aph. sic legimus in lib. 6. de mor. pop. sect. 6. Quibus nares natura humidiores, & genitura humidiõr, ac copiosior, si morbosiores sanis sunt: plurimis autem, quibus ex morbo, uice uersa.

APHOR. III.

In longis difficultatibus intestinorum ine diæ ex fastidio malum, & cum febre pessus.

Dysenteriã, ut in lib. de affect. nu. 24. scriptum est, cum quis habuerit; dolor adest per totum uẽtrem, & tormen, & egerit bilem, & pituitam, & sanguinem combustum. Morbus hic fit; ubi bilis & pituita in uenas, ac aluum incubuerint: ægrotat quidem sanguis, & corruptus secedit. ægrotat autem & intestinum, & raditur, ac exulceratur. Fit autem hic morbus longus, laboriosus, & lethaljs. Et si quidem robusto adhuc corpore curetur; spes est fugæ. si uerò colliquato iam, & uẽtre omnino exulcerato; nulla uitæ spes supersit. Quæ autem sint symptomata colliquationem, & exulcerationem sequentia, palam fit in lib. 2. prædict. ubi hæc præcepta sunt. Dysenteriæ si cũ febre inuaserint, aut uariis alui egestionibus, aut cum hepatis inflammatione, aut præcordij, aut uentris, aut quæ dolorosæ fuerint, aut cibus intercipiunt, sitimque inducunt: hæ omnes malæ sunt. Et qui sanè plurima horũ malorum habuerit; citissimè peribit. cui uerò pauciſſima taliũm affuerint, huic plurimæ spes sunt. Moriuntur autem ex hoc morbo maximè pueri quinquẽnes, & seniores adhuc, decennes: reliquæ uerò

ætates

ætates minus. Ac quæ dysenteriæ commodæ sũt, hæ mala hæc non inducunt. Malum igitur est, si in longa dysenteria cibi fastidia eueniant, peius uero, si febris addatur: ac hale tandem, si una cum his prædicta comitentur symptomata. Hũc apho. his uerbis legimus in lib. 6. de mor. popu. sect. 7. in longis dysenterijs cibi fastidia mala tũ aliàs, tum si insuper febrierint.

APHOR. IIII.

Vulnera circum glabra praua sunt.

Praua sunt ob humoris sicci defluxum, praui ora uero, si affectum sit princeps aliquod membrum. legimus autem hunc aph. in lib. 6. de mor. pop. sect. 7. & uerba extant. Vlcera circunglabra mallgna sunt.

APHOR. V.

Dolores qui sunt in lateribus, & pectori bus, atque aliis partibus, si multum differant per discendum.

Morborum omnium unus & idem modus, hoc est, genus est. locus uero ipse eorum differẽtiam facit. quare uidẽtur quidem morbi inter se nihil simile habere propter diuersitatem scilicet locorũm; cum sit tamen una malorum omnium & species, & causa quoque eadem. hæc in lib. de Fla. quæ comprobat in lib. de Nat. hu. nu. 27. ubi inquit. Febres plurimæ à bile fiunt. species quatuor sunt scilicet ab una causa præter eas, quæ ab occultis doloribus generant. continens febris à plurima ac meracissima bile, quotidiana à pauciore, & requiẽ pstat, sed tertiana maiorẽ, & à pauciore bile, & quartana multum maiorẽ, & pauciore adhuc bile. febres igit quo ad cãs uña les sunt una, quo uero ad specificas, & ad modos

causarum,& accidentiũ sunt plures . quapropter dupliciter morbi inter se differunt,primum quo ad modos causarum, deinde quo ad accidentia, ueluti ad loca,siue partes corporis, quas tenent. Ea quidem cognoscere medicum oportet : nam de morbi essentia,ac de modis recte sentiet,& & rectã adhibebit curationem:etenim qui morbi fiunt à plurima,ac meracissima bile, eos graniores fore existimabit, sed ualde magis si uentrem superiorem occupabunt, vel aliud princeps membrum. Videat igitur medicus, quid secundũ essentiam, siue naturam differant dolores:deinde quantum magnitudine, tertiò quantum qualitate distent. quartò qui effectus, & symptomata ab unoquoq; proueniant:quintò quantò unus facilius curetur alio:sextò quantum locus doloris unus ab alio differat, & quantum tempus.&, dum locum, siue partem affectam considerat,inspiciat & naturam totius corporis, & quæ pertinent ad illius naturam . Hæc si rectè cognouerit;peritus artis euadet. Hipp.autem in hoc aph. docet medicum, ut perdiscat,quantum differant inter se dolores, qui sunt in lateribus,& pectoribus,atque alijs partibus;siquidem est pars , quæ solertissimum desiderat medicum.sed ita sensisse Hippo.non uidetur,si huic aphor.illam sententiam conferamus , quæ in lib.6.de mor.popu. sect.7.legitur his uerbis . Dolorum in lateribus & pectore,& aliis partibus, tempora an multum differãt, considerandũ est:nã,melius habuerint, rursus deterius habebunt,non delinquentes.

APHOR. VI.

Renum, & uesicæ uitia in senioribus difficulter sanantur.

Olim

Olim contracta fuerunt huiuſmodi mala, quæ cum ab ætate uiuidiore non fuerint euicta; magna ex parte comitantur ad mortem. Quòd renum, & ueſicæ uitia non pariat ſenectus, ſed ætas præcedens, facilè intelligi poteſt ex uerbis illis de Coa. præno. Ab anno decimo quarto vſque ad quadrageſimum ſecundum natura corpo ris morborum omnis generi, ferax fit. Et ab hac ætate uſque ad annos ſexaginta tres non fiunt ſtrumæ, neque lapis in ueſica, niſi prius exiſtat, neque defluxus medullæ ſpinalis, neque nephritis, niſi ex alia ætate comitentur, neque hæmorrhoides, neque fluxus ſanguineus, niſi prius fuerit. Hi uſque ad ſenectutem abſunt morbi. Partem huius aphor. alteram comprobat Hippo. in lib. 6. de mor. pop. ſect. 7. ubi inquit. Renum affectiones non uidi ſanatas ſupra quinquageſimum annum.

APHOR. VII.

Dolores ventris ſublimes, leuiores, qui uerò non ſublimes, fortiores.

Dolores hos ex deſtillatione humorum è capite ortum ducere legitur in li. de loc. in ho. Et in fortioribus uentris doloribus partium extremarum frigiditas malum.

APHOR. VIII.

Aquæ intercute laborantibus, ulcera in corpore facta difficulter ſanantur.

Hydrope laborans homo ut plurimum debilis eſt. ſi ulcera igitur in corpore debili erumpant; non ſolum non curantur, ſed potius ſunt ſigna lethalia, atq; eò magis, ſi liuida appareant. hæc in lib. de loc. in ho.

APHOR. IX.

Latæ pustulæ nonnadmodum pruriunt.

In lib.6.de mor.pop.sect.2. latæ pustulæ non ualde pruriginosæ sunt: quales Simon habebat hyeme.qui ubi ad ignem inungeretur, aut calida lauaretur;opem sentiebat.Vomitus non proderant.Arbitror,siquis calida fomenta adhibuisset;opem ferre potuisse. Quæcunque concoqui oporter, concluſa esse conuenit: contraria uero siccare,& aperta esse.Hæc Hip.è quibus comprehendere possumus latarum pustularum naturā, & modum curationis.

APHOR. X.

Caput dolenti & circum dolenti, pus, uel aqua, uel sanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum soluit.

Quod capiti dolenti circumcirca tales confe-rant euacuationes, confirmat Hip.in lib.de iudica.nu.12.uerba autem sunt. Caput circumcirca dolenti,ac ægrotanti,si pus per aures,aut per nares fluxerit,soluit morbum. Et paulò post inquit caput circumcirca dolenti quicunque ex superis locus doluerit, cucurbitam affige.soluit dolor ad coxas,& genua,& anhelatio,quicquid horum factum fuerit.in lib.autem 2.de mor. num. 12.scribit.Cum caput repletum fuerit,& percale factum;torpor caput tenet, ac frequenter mingit.Et si per nares,aut aures aqua,& mucus erumpat; à morbo liberatur,& urinæ stillicidium sedatur,mingitque citra dolorem urinam albam, & multam ad uiginti dies. sed & uomitus confert, uenæ sectio, & ueratrum: nam legitur in li.7.de morb.popu.nu.44.dolor ad tempus dex-

trum

trum uehemens oriebatur, postea etiam adibus caput, & collum. & subdit. Vomitus siquando ob orti essent, relatos dolores auertebant, ac mitiores faciebat, & uenæ sectio profuit, & ueratrū ducit omnigena, & non minimè prassina. Et in lib. de coa. præno. Capitis dolorem soluit pus per nares, aut sputa crassa, & non olentia. soluit item ulcerum eruptio, quandoque & somnus, & alui fluxus. Porro in lib. de affectio. nume. 2. dum de capitis dolore agit, hæc scribit. si alias dolor, & uertigo in caput inciderit; prosunt & hæc adhibita. prodest autem etiam, si sanguis à naribus fuerit detractus, aut à uena in fronte. si uerò diuturnus, & fortis in capite fiat morbus, & purgato capite non decedat; caput scarificare oportet, aut uenas in circuitu inurere: ex his enim solum sanum fore spes est. Et in lib. 2. de mor. numer. 14. Dolor caput corripit, & si paululum moueatur; bilem uomit. quandoque etiam urinam difficulter emittit, ac desipit, & septima die quandoque moritur, & nona, & undecima, si non eruperit per nares, aut aures. si uerò eruperit; euadit. Fluit autē aqua subbilliosa, deinde temporis progressu putrefacta pus fit.

APHOR. XI.

A trabile uexatis, & renum passionibus; hæmorrhoides supernenientes bonum.

Nonnulli existimāt uerbum illud Nephriticis corruptum esse sed pro phreniticis scriptum: asserunt enim in lib. de Iudica. num. 10. talia audiri. Atrabiliariis cum phrenitide occupatis si hæmorrhoides oboriantur; bonū est. adduntq; nusquā Hip. ostēdisse, neq; dū locutus ē de sāguinis

ex his uenis fluentis uiribus, neque dum de renum uitiis egit, harum uenarum apertiones ad renum affectus contuliſſe. Quòd uero atrabiliarijs conferant, ait etiam inferius apho. 21. quin & in lib. 4. de mor. pop. nu. 30. Alcippus cum haberet hæmorrhoidas; à curatione prohibebatur, curatus inſaniit. Ratio fortaſſe haberur ex lib. 6. de mor. pop. ſect. 3. ubi ſcriptum eſt, Atræ bilis uelut ſimilis eſt hæmorrhois. Quòd autem phræniticis opem ferant, locus productus eſt, deinde rationem addunt ex Hippo. ſententia in lib. 1. de mor. nu. 28. quæ hæc exiſtit. Aſſimiles ſunt maximè hi, qui phrenitide tenentur, his, qui ab atra bile delirant; nam & hi, ubi ſanguis ex bile, & pituita corruptus fuerit; morbum habent, & dementes fiunt. aliqui uerò etiam inſaniunt: & qui phrenitide correpti ſunt eodem modo. Tanto autem minor inſania, ipſumq; delirium fit, quãto paucior, ac debilior eſt bilis, quàm pituita. Hæc eſt nonnullorum ſententia.

APHOR. XII.

A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi una non ſeruatur, periculum eſt aquam inter autem, uel tabem aduenire.

Vt placet Hipp. in lib. de Humor. & in lib. 6. de mor. pop. ſect. 3. Qui hæmorrhoidas habent, neq; pleuritide, neq; peripneumonia, neque phagedæna, neq; furunculis, neq; tuberculis terebinthi figurã habentibus corripiuntur. fortaſſis autẽ neq; lepris, neq; uitiliginibus. Multi tamen intempeſtiuè curati, talibus non tardè correpti ſunt, & ſic perniciosè fuerunt, & quicunque alij

abſceſſus

abſceſſus uelut fiſtulæ aliorum medela ſunt: ſi quis igitur diu ab hæmorrhoidibus derentus ſanatur, nec harum una aperta ſeruetur; periculū ei imminet, ne ſolū in prædictas affectiones incidat; ſed in aquam intercutem, vel in tabem. Quo autē modo hæc fiant incommoda, explanat Hip. dum ait. Quicunq; alii abſceſſus: ſi enim humor noxius, qui abſcedebat p uenas dictas retrofluit; nouos progignit abſceſſus, qui aut decumbunt, aut effluunt. Decumbit humor, qui hydropem facit: effluit, ſi tabem non omnem, ſed aliquā, qualis eſt, quæ ab ulcerato pulmone oritur, uel à nimio ſanguinis fluxu ex utero, naribus, uel alia parte, ut carne liquata, quæ in uentre inferioti pus euaſerit. Verū Hip. ſentit & hydropem, & tabem fieri ex hæmorrhoidibus clauſis. modū autem non recitat ortus ſiue tabis, ſiue hydropis. inter modos eſt, ſi hepar à multitudine, ac craſſicie oppreſſum frigeſiat, unde ſanguinis generatio fruſtretur, & hydrops fiat, aut ſi a multitudine concitatum propellat ad uenas pulmonis, atque hic uaſe aliquo rupto tabidi fiant, tamen non hi modi plerunq; hydropem efficiunt, uel tabem: nec cōtrà hydrops, uel tabes ſemper fit, cum hæmorrhoides clauduntur: etenim fit hydrops ob fluxionem è capite per uenas in carnes, ut legitur in lib. de lo. in homi. fit ab hepate ægrotante, à ſplene, aliisq; partibus principibus affectis, ut in lib. de Affect. habemus: hæ ſiquidē dum ægrotant; morbidas reddunt partes communicantes: carnes enim à pituita, & tempore, & morbo, & non purgata immunditia, & male curatione, ac febribus corruptæ liqueſcunt, & fiunt aqua. Fit itidem tabes ex ſanguinis uomitu, ut in lib. 7. aphor. 78. ex ſuppreſſis menſibus,

ut in lib. de mor. mul. ex fluxione retrorsum, ut in lib. de humid. usu. Fiunt etiam ex suppuratis tabidi, & contrà tabidi suppurantur. Modus autem tabis non unus est; sed plures: fit enim tabes, cum multa pituita in capite putrescit, & per uenas in pulmonem fluit. is mordetur à salsa pituita, ac putrida. Febris inuadere incipit, & rigor, & dolet pectora, & dorsum, aliquando tussis premit acuta. Tabescit quoque homo à uenis cauis, si pituita hydropiformi, & bile replentur. paritur autem eadem ab uteris. hæc & alia ex lib. de inter. affectio. atque cum ex suppuratis quandoque tabidi euadant, quot sunt suppurationis modi, tot tabis. quare sicui hæmorrhoidibus sanato periculum imminet, ne in hydropem incidat, aut in tabem; potest incidere profecto, ex non ulcerato pulmone, & hepate non affecto tunc temporis. Nec illud periculum est imminens, nisi corpus sit ad has passiones dispositum. quin si prius aliis laborabat affectibus; potius hi redeunt, quemadmodum fluxus muliebres, insaniæ, capitis dolores, syderationes, & id generis.

APHOR. XIII.

A singultu habitum sternutatio superueniens liberat.

Quærit Arist. in par. 33. prob. 1. cur singultus sternutamento sedari queat, ructus nequeat. soluit autem, & inquit. An quia non partis eiusdem vtraque hæc affectio est: sed ructus ventriculi: singultus verò refrigeratio, cruditasq; spiritus, atq; humoris pulmoni coniunctissimi est,

sedes

ſedes autem cerebri rem cum pulmone commu-
nem ſortita eſt. quod quidem ratione conſtat au-
rium: interdum enim ſurditas accidit, ſimul &
morbus ipſe aurium in pulmonis vitium tran-
ſit, & nonnullis ſtatim tuſſis mouetur, cum au-
res ſcalpunt. loco autem ſternutandi rem nari-
bus eſſe communem cum pulmone reſpiratio
docet, quæ communis vtique eſt. ſternuimus
itaque loco eo ipſo calefacto: calorem autem
eius locus ſentit inferior, cuius ſingultus eſt.
calor autem vim obtinet concoquendi. quam
obrem aceto etiam, atque retentione ſpiritus fi-
niri ſingultus leuior poteſt: ſpiritus enim re-
tentus ſatis concalefacit. unde fit etiam, ut in-
ter ſternutandum retentio ſpirandi obducta
idem efficiat, & conuenienter quoque expe-
rientia de loco ſuperiori educitur: quippe cum
fieri nequeat, ut quis ſternutet, niſi expiret.
impetus itaque ſpiritum intercluſum rumpit,
diſpellitque, qui ſingultum ciere poteſt. Et in
prob. 5. eiuſdem par. quærit, cur ſingultus ſter-
nutamento finitur, & retentione ſpiritus, &
& aceto. reſpondet. An ſternutamento: quia
ſpiritus cohibetur inferior, atque circumobſi-
ſtit, ſicut medicina parti ſuperiori adhibita,
aluus ſentit, ac immutatur. Spiritus retentione
leuiores tolluntur ſingultus; eo ꝙ exiguus ſpirā-
di impetus ſi pauliſper retinuimus, ut in tuſsi
deſiſtit; ſic etiam ſingultus reprimitur, cogitur,
ſtrangulatur. Aceto ſedatur; quia humor circun-
ſtans, ac prohibens eructandi licentiam, exte-
nuatur in ſpiritum per uim aceti calefactoriam:
fit enim ructus, cum uētriculi humor recaleſcēs
inflatur, ac concoquitur: ſingultus verò, cum ſpi-
ritus uacans ab humore in loco ſpiritui depu-

sato retinetur; hinc enim dum emittitur, nec erumpere potest; distentionem inducit, quæ singultus appellatur. inde fit, vt singultus, vbi inalgumus, oriatur: frigus enim humorem spiritui obductum coangit, spiritus circumuentus exilit: cuius cõmotio non nisi singultus est. Hæc Arist. quæ nobis significant singultum affectionẽ pulmonis esse, quemadmodum ructum ventriculi. Cæterùm, cum singultus fiat aut ex repletione, aut ex inanitione, si sternutatio succedat; bona est, vt signum: ostendit enim eum à repletione ortum duxisse, ac præterea facilioris curationis. bona est etiã vt causa: siquidem flatus plurimus tunc expellitur. liberat igitur sternutatio singultu correptum. liberat & mulierem, quæ vterinis molestatur, ac difficulter parit, sed in progno. sternutatione in morbis lethalissimis prosunt, exceptis pulmonis morbis. quod confirmat liber de Coa. præno. his verbis. Sternutationes, ac grauedines in morbis circa pulmonem & antecessisse, & succedere malum est. reliquis autem sternutatio non incommoda est. vnde Hipp. de morbis circa pulmonem ortis, ac diuturnioribus intellexisse videtur, non autem de leui aliqua affectione, ac breui, si sit recte curata, qualis est singultus.

APHOR. XIIII.

Ab aqua intercute habito, si aqua per venas in ventrem defluxerit, soluitur morbus.

Sic legitur in lib. de Iudica. nu. 11. In his, qui ab hydrope detinentur, si aquositas per venas ad vesicam, aut ventrem fluat, solutio fit. In Coacis verò præs. Hydropicis circa venas aqua in aluum

prolapsa,

prolapsa, solutio fit. sed species hydropis aduertatur, & in quo morbi tempore sit æger: nam habemus in eodem loco. In aqua intercutem incipiente, alui profluuium aquosum oboriens, citra cruditatem, morbum soluit.

APHOR. XV.

A longo alui profluuio habito, spontaneus vomitus superueniens morbum soluit.

Dum ægritudo sit ab humore noxio; reuulsio est præstantissimum omnium remedium, sicut in hoc aph. declarat Hip. qui inquit alui diuturnum profluuiū sedari à spontaneo vomitu. quod quidem confirmat in lib. 1. de mor. num 6. Verba autem sunt: A profluuio alui forti correpto vomitus superueniens bonum: sic & mulieri sanguinem vomenti menses erumpere, bonum. Nec solum vomitus, sed quæuis humorum resiccatio delabens ad inferas partes prodest; scriptum est enim in lib. de Affectio. nu. 26. Profluuium ventris longum cum detenuerit; sursum versus resiccato, veratro in potu dato, & capite à pituita purgato. sed & aliam siue reuulsionem, siue derivationē appelles, ea curat alui profluuium, quæ scribitur in lib. de Iudica. nu. 11. hoc pacto. Qui ab alui profluuio multo tempore detinentur vna cum tussi; non liberantur, si non dolores vehementes in pedes inciderint.

APHOR. XVI.

A morbo laterali, vel pulmonia habito, alui profluuium adueniens, malum.

Im

In lib.1.de mor.nu.6.hæc ſententia ſic legitur. Aluus turbata in pleuritico, aut peripneumonico, aut ſuppurato, malum. rationem verò reddit in lib.3.nu.17.in peripneumonia aluum in primis quatuor, aut quinque diebus ſubducere oportet, & hoc paulò amplius; quo & febres obtuſiores ſint, & dolores leuiores. Cum autē euacuatus fuerit, & corpore debilis; infernam aluū tertio quoq; die deorſum commouere: quò & corpus potens ſit, & ſupernæ regiones humoris exortes: nam, ſi multus humor infrà ſecedat à quinta die; mortem inducit: infrà enim humore ſecedente, ſupernæ partes reſiccantur, & ſputi purgatio ſurſum non prodit. oportet igitur & infernam aluum, neque ualde ſuppreſſam eſſe: ne febres ſint acutæ: neque ualde egerere: quò ſaliua ſurſum educi poſſit, & æger uiribus ualeat. alia ibi legenda ſunt.

APHOR. XVII.

Lippientem alui profluuio corripi, bonum.

A cerebro quandoq; fit fluxio ad oculos, quæ ophthalmia Græcis, latinè lippitudo appellatur, & oculi in ipſa intumeſcunt. hæ fluxiones ad oculos foris conſpicuæ ſunt, & non lethales in totum. hæc de cauſis, ac ſignis lippitudinis ex lib. de Gland. Verùm, cum alia fluxio ſit pituitoſa, alia acris, & bilioſa; ſic lippitudo alia humida exiſtit, alia ſicca: & unaquæque diuturna, uel breuis: priuata, uel populáris. maxima tamen ex parte fiunt in ſiccitatibus, vt habuimus ex lib.3. aph.12. & in lib. de ae. aq. Hæ autem omnes curatione opus habent: legitur enim in Coa. præno.

Quibus

Quibus lippientibus capitis dolor accedit, & ad multum tempus cõcomitatur; periculum eſt, ne cæci fiant. Curationem igitur docet Hippo. per reuulſionem a natura factam, quæ eſt diarrhœa, ſiue alui profluuium. Hanc medicus imitetur. ſed & alia remedia dat: nam in Coa. præno. legitur, viro lippienti febre ſuperueniente, ſolutio fit. Et in lib. 2. de mor. pop. ſect. 6. auginam, lippitudinemq; ſoluit uenæ ſectio. Et in lib. de Viſu. Ad lippitudinem annuã, ac popularem conducit purgatio capitis, & uentris inferni. alia ibi legas.

APHOR. XVIII.

Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut uentriculo, aut iecore, lethale eſt.

Verba huius aphor. & explanationem accepimus quandam ex lib. de Coa. præno. atq; ea eſt: Moriuntur maximè ex uulneribus, ſiquis cerebrum ſauciatus fuerit, aut ſpinalem medullam; aut hepar, aut ſeptum tranſuerſum, aut cor, aut ueſicam, aut uenam craſſam. Moriuntur autem etiam, ſi in arteriam, & pulmonẽ ualde magnæ plagæ fiant, ita ut pulmone percuſſo, paucior ſpiritus per os procedat, quàm is eſt, qui ex uulnere elabitur. Moriuntur autem qui inteſtina uulnera ſuſtinent, ſiue ex tenuibus aliqd, ſiue ex craſsis uulneratũ fuerit, ſi per tranſuerſum fiat plaga, & magna: ſi uerò parua, & recta; quidam euadunt. Minimè uerò moriuntur uulnerati in partibus corporis, ubi hæc non ſunt, aut ab his quàm longiſſimè abſunt. ſed in lib. 2. prædict. nu. 19. hæc leguntur q̃ magis explicãt. Vulnera magis lethalia ſunt, quæ in uenas craſſas in collo, ac inguinibus

infliguntur:

in figuntur, deinde quæ in cerebrum, & in hepar postea quæ in intestinum, ac uesicam. sunt autem hæc omnia perniciosa ualde; non tamen ita ut nemo ex his euadat, uelut putatur. nam & locis habent multum inter se differunt, qui hæc nomina habent, multum inter se differunt, & itidem modi. multum etiam differt corporis ipsius hominis structura: aliquando enim neque febricitat, neque inflammatur sauciatus. aliquando etiam citra causam febris, & aliqua corporis pars omnino inflammatur.

APHOR. XIX.

Quum discissum fuerit os, aut cartilago, uel neruus, aut genæ particula tenuis uel præputium, neque augetur, neque coalescit.

Os, cartilago, neruus, & aliæ partes, quæ ex tota earum constant forma, ac materia, nō possunt regenerari, neque præterea augeri. quapropter, si qua harum præscindatur, discindaturve; non augetur, neque coalescit. unde in lib. 1. de mor. nu. 7. neruus præcisus, ac dissectus non coalescit, neque uesica, neque aliquod extenuibus intestinis, neque uena sanguiflua, neque tenuis genæ pars, neque pudendi pellicula. Hæc eadem comprobātur in lib. de Coa. præno.

APHOR. XX.

Si in uentrem sanguis præter naturam effunditur, necesse est suppurari.

Quanquam uenter dicitur ex Hip. sententia in lib. de Arte quæcunque cauitas; tamen si hunc apho. cum uerbis, quæ scripta sunt in lib. 1. de mor. nu. 3. conferamus, non hoc tempore intelligeret Hip. de quauis cauitate. uerba quidem exstant. Si sanguis ex uulnere, aut uena effluxerit in

super-

supernum uentriculum, necesse est ipsum in pus conuerti. tamen quauis ampla cauitas, quæ sanguinem suscipiat, cùm locus non sit is proprius, cum corrumpit atque putrefacit.

APHOR. XXI.

In insanientibus si uarices, uel hæmorrhoides superuenerint, insaniæ solutio.

Alcippus cum hæmorrhoidas haberet, à curatione prohibebatur. curatus autem insaniit, ut legitur in lib. 4. de mor. pop. nu. 30. quapropter, si hæmorrhoides obstructæ sunt; insaniæ effectrices aperiæ eam curant, ueluti antea ostendimus in apho. 11. Quòd uero præter hæc uarices insaniæ curandæ conferant, cognoscere possumus ex lib. 2. de mor. pop. sect. 5. uerba autem sunt. Varices caluorum si non magni fuerint; furiosi sunt.

APHOR. XXII.

Quæcunque rupta ex dorso ad cubitum descendunt, uenæ sectio soluit.

Legitur in lib. 2. de mor. nu. 60. si pectus, aut dorsum fuerit ruptum; dolores tenent pectus, ac dorsum perpetuò & calor aliàs atque aliàs corripit, & saliuam subeuentam, tussiendo reijcit, & uelut pilus cruentus per saliuam transcurrit. atque hæc maximè patitur, si manibus quid laborarit, aut in currum, aut equum inscenderit. Hunc antè, & retro urito ex partibus utroque loco. & sic sanus euadit. cæterùm per annum à labore se contineat, & ab ustura, pinguefaciendo corpori studeat. An uero uenæ sectio iuuet, comprobatur in lib. de Ossium nat. nu. 12. his uerbis. oportet uenæ sectiones in doloribus in dorso, ac coxendicibus à poplitibus facere, & à malleolis forinsecus.

APH.

APHOR. XXIII.

Si timor, atq; mœstitia longo tempore hæ bẽtes perseuerẽt, ex eo atra bilis significatur.

Timor, & mœstitia sunt animi affectus. timidè autem, & mœste afficitur animus ab atra bile, quemadmodum refert Hipp. in lib. 6. de mor. popu. in fine: ea siquidem ad corpus inclinarit; comitiales sunt: si ad animum; atrabiliarij melancholici dicti, atque eò magis si hæ animi affectiones diu hominem detinuerint. At verò quo pacto, ac via id fiat, accepimus in lib. de mor. fac. vbi hæc legimus. Terror, ac timor nobis accedunt; cum cerebrum sanum non fuerit; sed aut calidius, aut frigidius, aut siccius, aut humidius, quàm ex natura fiat, aut aliud quicquã patiatur præter naturam, & consuetudinem. vbi bilis ad cerebrũ impetum fecerit ex corpore per venas hæmatitidas; transmutatur. timor verò adest; dum rursus redierit in venas, ac corpus: deindè quiescit. Atque hinc stupores, & conuulsiones, quales recitat li. de Coa. præno. eæq; sunt. Timor, & tristitia ex perfrigeratione præter rationem in conuulsionẽ finiunt. Timor igitur, atque mœstitia sunt notæ melancholicæ: sunt & alia.

APHOR. XXIIII.

Si quod intestinorum gracilium discindatur, non coalescit.

Hunc aph. explanauimus antea aphor. 18. & ex Hipp. auctoritate cognouimus eos perire, qui in intestina vulnerati sunt, siue ex tenuibus aliquod siue ex crassis vulneratum fuerit, si per transuersum fiat plaga, & magna: ex parua enim, & recta quidam euadunt.

APHOR. XXV.

Erysipelas ab exterioribus verti ad interiora non est bonum: ab interioribus autem ad exteriora bonum.

Aph. ducitur ex lib. progno. vbi agit Hipp. de angina sic. Anginæ horrendissimæ sunt, & citissimè occidunt, quæ neq; in faucibus quicquã conspicuum faciunt, neq; in ceruice: verùm plurimũ dolorem exhibent, & erecta cerui ce spirationem inducunt: hæ enim eodẽ die suffocant, secundo item, ac tertio, & quarto. sed quæ dolorem exhibent, & attolluntur, & rubores faciunt in faucibus, perniciosæ valde sunt: verùm prioribus magis diuturnæ, si rubor fuerit magnus. si fauces, & ceruix simul rubuerint; hæ anginæ diuturniores sunt, & ex ipsis maximè euadunt, si ceruix, & pectus ruborem habuerit, & erysipelas nón intro recurrerit. sed, si in diebus iudicatorijs non dissipetur erysipelas, neq; tuberculum ad externam partem conuertatur, neq; pus tussiendo reijciat, facilèq;, ac sine dolore degere videatur; mortem significat, aut ruboris recidiuam. securius est autem tumorem, & ruborẽ quammaximè foras verti. si verò ad pulmonẽ vertatur; & delyrium inducit; & quidam suppurati plerunq; fiunt. erysipelas igitur foris accedere, cõmodum est, intro autem conuerti lethale. conuertitur autem intro, vt in lib. de Coa. præ. cum disparente rubore pectus grauatur, & difficilem spirationem habet.

APHOR. XXVI.

Qui in febribus ardẽtibus tremores fiunt, delirio soluuntur.

In Coa. præno. hæc animaduertẽtur. Tremores in febribus ardentibus mentis perculsio soluit:

humor.n.siue uapor, qui in neruis est, in spiritibus detinetur delatus. Quare tremores quiescũt, delyrante homine.

APHOR. XXVII.

Quicunque suppurati, aut aquam inter cutem patientes uruntur; aut secantur, si pus, aut aqua uniuersim effluxerit, omnes moriuntur.

De suppuratorum, ac hydropicorum curatione dat præceptum Hip. quod priscorum medicorum remedium erat ad suppurationem. id uerò est vstio, aut sectio; sed in morbi initio: nam in lib. 1. de morb. vulg. scriptũ reperimus. superiori uentre suppuratus si uratur, aut secetur priusquã diuturnum fiat pus; sanus plerunque euadit. Nota autem salutis, uel mortis ea existit, quam scripsit in lib. 7. aph. 45. hoc modo. Quicunque suppurati uruntur, uel secantur si pus purum fuerit, & album; euadunt: si uerò subcruentum, & fœculentum, ac fœtidum; pereunt. quapropter hæc medicus inspiciat. deinde nec totum pus suppuratorum, nec totam hydropicorum aquam extrahat. atque id confirmatur in lib. de Inter. affect. ubi legitur. si uerò erumpat pus in pectus; qua parte tibi significationem de se præbere uidebitur; illic maximè sectione, aut ustione facta pus emittito modicum primum. Hæc de suppuratis: nunc ad hydropicos transeamus. Hydropicum, siue aqua inter cutem laborantem si à principio acceperis; pharmaca bibenda dato, à quibus aqua, aut pituita purgetur. bilem uerò ne moueto. cibos autem, & potus, & labores, ac deambulationes cõstituito, à quibus gracilis, ac siccus euadat, & carnes quã robustissimæ fiãt. morbus

autem

autem est lethalis cum aliàs, tum si uenter aqua repletus fuerit. si à pharmacis, & alia uictus ratione æger utilitatem perceperit, & uenter ipsius euacuetur; bene est: sin minus; sectione facta, aquam emittito. Secatur autem uel iuxta umbilicum, uel retro iuxta lumbos. effugiunt pauci. Medicus autem inspiciat, utrum aqua iam tota sit collecta, an perpetuò defluat. Si uero defluat, ut à capite, caro in collo inter uenas crustis tribus uratur. nam sedare oportet prius fluxionem. hæc in lib. de loc. in homi. & alia. si uerò collecta sit; consideret, in plures corporis partes ne, an unam: si in plures; partes humidæ, & aqua plenæ sunt scalpello aperiendæ, & frequenter, ac parum educendum est, & fomentis utendum est, super locum apertum, unde eduxeris, calfactorio medicamento illines. si una pars tantum, uenter, aqua sit repletus, secetur eo loco, quo diximus.

APHOR. XXVIII.

Eunuchi neq; podagra laborant, neque calui fiunt.

Quanquam non una est podagræ causa, sed multæ; præcipua tamen est Veneris usus. Eunuchi autem propter genituræ transitum, qui per testes est, ablatum non coeunt. hac de re podagra non laborant. Neque calui fiunt ob hãc rationem. Pili oriuntur maximi, ac plurimi, quæ corporis parte cuticula rarissima est, & ubi pilus moderatum humorem in alimentum habet. & ubi cuticula posterius rara fit; ibi etiam pili posterius nascuntur, uelut in mento, & pube: simul enim ut genitura prodit, etiam caro rarescit, &

cuticula, & uenæ aperiuntur magis, quàm priori tempore : nam dum adhuc puer est, & uenæ tenues existunt ; non procedit per ipsas genitura, nec menses fluunt. sic & in mento uiri contingit: rara fit cuticula, procedente in ipsam de capite humiditate: simul enim & in coitu, simulque interiecto tempore; pilus moderatam humiditatem in alimentum habet; & tunc maximè, cum tempus contingit humiditati de capite descendenti in coitu ad mentum à pectore distans. Qui Eunuchi dum pueri sunt, fiunt, ij propterea neq; in pube, neque in mento pilos producunt, quòd uia genituræ non facta cuticulam non rarefacit per totam superficiem : intercepta enim est, ac concluſa genituræ uia. Mulieres uero leues fiunt & mento, & corpore, quod in coitu ipsarum humiditas non similiter agitata uelut uiri cuticulam raram non facit. Et quicunque calui fiunt, hi sanè pituitosi sunt, & pituita in capite ipsorum simul cum coitu agitata, & calfacta ad cuticulã allabens pilorum radices exurit, & defluunt pili. uerùm Eunuchi propterea calui non fiunt, quòd uehementem motum non faciant, neque pituita in coitu calfacta pilorum radices exurit. sic Hip. in li. de Nat. pue. ad huius aph. explanationem.

APHOR. XXIX.

Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint.

In li. 2. prædict. legitur. Sanant podagricos optimè dysenteriæ, si succesſerint. Sed & aliæ eliquationes ualde prosunt, quæ ad infernos locos repunt. iure igitur euenit, ut si menses fluant; podagra mulier non laboret.

APH.

APHOR. XXX.

Puer podagra non laborat ante vſum venereorum.

Procedit humor de capite ſimul cum genitura, uenæq; apertæ permanent; & idcirco nō ægrè in podagram coeuntes incidunt, non autem pueri, quorum uenæ cum tenues exiſtant; genitura, nec humor noxius ſimul poteſt ad pedes fluere: uenæ enim latæ, ac apertæ uiam præbent facilem humiditati. Hæc ex Hippo. ſententia in lib. de Nat. pue. in cauſa ſunt, cur pueri podagra non laborent.

APHOR. XXXI.

Dolores oculorum meri potio, aut balneū, aut fomentum, aut venæ ſectio, aut medicamentum eorum ſoluit.

Oculorum dolores, ardor, & inflammatio extrema adſunt aliquandiu, donec fluxiones fuerint cōcoctæ, & craſsiores redditæ, & lemæ ab ipſis extiterint. fit autem concoctio ex permixtione, temperaturaq; mutua, & quaſi coctura. atq; ad hæc peragenda maximè conferunt, ſi tempeſtiuè propinata fuerint, meri potio, & alia ab Hippo. memorata: nam ſi peruersè offerantur; nemo ignorat uitium non modo in oculorum, ſed in capitis dolore admodum nocere; legitur enim in lib. de Affectio. num. 2. cur noceat. & uerba ſunt. Vinum in capitis doloribus propter partem illam calfactam, & humori attrahendo aptam non eſt exhibendum.

Post meri potionē si occasio tulerit, fiat balneū, scilicet aquæ calidæ, ut in lib.7 aphor.47.scriptū est. aut fomentum fiat vt in lib.de Humid.usu num.1.ubi ait. Vbi modica potabili uidelicet aqua in spongia uteris; optimum oculis est post hæc si opus fuerit, uenæ sectio administretur; anginam enim,& lippitudinem soluit, ut in li.2. de mor.pop.sect.6.&,cum cerebrum intumuerit ab inflammatione, inter cætera medicamenta sanguinem detrahere oportet, & caput purgare ad apij succos odoratis ammixtis. sic in lib.3. de mor.nu.1.

APHOR. XXXII.

Balbi ab alui profluuio maximè capiuntur.

An ob humiditatem balbi à diarrhœa maximè capiantur, plures audiamus Hippo.sententias de balbis in lib.2.de mor.popu.sect.6.hæ quidem sunt. Caput magnum,oculi parui,balbi, iracundi sunt.Balbi,celeri lingua prædiri, atræ bilis humori obnoxii,bilioſiq; ; sunt. Et caput paruū habens neque balbus esse poterit,neque caluus,nisi fuerit glaucus. Et infrà. A ventris turbatione, aut a tussi,si cancer fiat;os amarescit. Dato autē elaterium bibendum bis, aut ter, si non balbus fuerit. Deligare autem oportet florem æris æstum,donec fuluus euaserit,& spongiam,si non balbus fuerit.

APHOR. XXXIII.

Qui acidum eructant, non valde morbo laterali corripiuntur.

In numero morborum acutorum pleuritis collocatur. morbi autem acuti in superiori uentre sedem

sedem habent. superior uenter appellatur totum thorax diaphragma complectens : huic adiungitur uentriculus, qui si debilis sit ad concoct.onem, quemadmodum ructus acidus declarat; sit etiam, ut propinquæ partes superiæ non sint humiditatum alienarum ualde retinentes, sed a se demittant; nam si pituita, uel bilis affixa maneat in locis pectoris, ut in pulmone, inter costas sub membrana, ac in septo transuerso; morbi gignuntur acuti: si uerò languens sit uentriculus; non necessariò & languent prædictæ partes; tamen aliquid accipiunt naturæ imbecillis. Atque fortasse hinc cognoscere possumus, cur qui morbis acutis obnoxii sint, duras habeant aluos: & contra qui ad hos minimè apti sint, iis alui fluuidæ sint. ex lib. de aere, aq. & de Affect.

APHOR. XXXIIII.

Quicunq; calui sunt, his magnæ uarices non fiunt. Quibus verò caluis uarices magnæ supernueniunt, hi rursus capillati fiunt.

Quicunque calui fiunt, ij sanè pituitosi sunt, & pituita in capite ipsorum simul cum coitu agitata, & calfacta, ad cuticulam allabens pilorum radices exurit, & defluunt pili. quare Eunuchi propterea calui non fiunt, q̃ vehementem motum non faciant, neque pituita in coitu calfacta pilorum radices exurat. hæc in lib. de Natu. puer. nu. 18. quæ causam, & modũ defluxus pilorũ explicat. Dum igitur pituita in capite permanet agitata, & à coitu calfacta pilorum radices vrit: nec pituita, nec alius humor à pituita depressus uarices promouet. sed, si & defluat, & uarices

primò excitet, aut alium irritet humorem, qui eas prouocet; homo pilos rursus gignit.

APHOR. XXXV.

Aqua intercute laborantibus, tussis superueniens, malum.

In lib. 7. aph. 48. legitur. aqua intercute laborans si à tussi corripiatur, desperatus est. hoc autem cõfirmat in lib. 2. prædict. nu. 11. his verbis. Aqua intercutem laborantem, si superstes esse volet; bonis visceribus præditum esse oportet, facilè concoquat, bene spiret, sit absque dolore, corpus totum sit æquè repidum, & non circa extremas partes colliquatum. melius autem est, vt tumores potius habeat in extremis partibus. sed optimum est molles, ac graciles esse eas partes, & ventrem. Tussim verò adesse nõ oportet, neq; sitim, neq; linguam resiccari tum reliquo tempore, tum post somnos; quando hæc valde fieri solent, cibos libenter accipiat, laboresq; nõ ægrè ferat. Qui verò nihil horum habuerit, sed contraria, eum desperatum esse scito.

APHOR. XXXVI.

Difficultatem vrinæ, vena secta iuuat, secare verò interiores.

Vrinæ non solum difficultatem, sed & stillicidium soluit tum venæ sectio, tum vini potio, quemadmodum in lib. 7. aph. 42. legitur. Atque, cum vrinæ difficultas, & stillicidiũ differunt magis, & minus; de vrinæ stillicidio hæc habemus in lib. de affect. num. 29. Vrinæ stillicidij modi sunt multi, & omnigeni. conducit aurem forinsecus corpus balneis calidis mollire, intrinsecus

verò humectare: aluum quidem per cibos, à quibus fluuida fiat: vesicam verò per potus, à quibus vrina quamplurimū diffunditur. Danda sunt & vrinam cientia dolorem sedantia: morbus autem fit à pituita. Et, cum vesica siccata fuerit, aut perfrigerata, aut euacuata; dolorē exhibet. cū verò humida est, & plena, aut etiā diffusa; minus. Fit autem senioribus diuturnior hic morbus, iuuenioribus autem breuior, neutris verò lethalis.

APHOR. XXXVII.

Ab angina habito, si tumor fiat in collo, bonum.

Si tumor, & rubor in collo fiat, vel in pectore externo bonum est: extra enim vertitur morbus. sic in lib. 7. aph. 50. id verò comprobat in lib. de Vict. rat. in mor. acu. num. 40. dum inquit. si affectio, i. angina non vltronea ad externas colli partes deferatur, grauior, ac incuitabilior est & propter tempus scilicet anni æstiuum, vel autumnale, & quòd scilicet tunc à calidis, & acribus fit humoribus. In lib. autem progn. nu. 23. Anginæ horrendissimæ sunt, & citissimè occidūt, quæ neq; in faucibus quicquā conspicuum faciunt, neq; in ceruice. Et in Coa. præno. Anginæ, quæ neq; in collo, neq; in faucibus quicquā conspicuum faciunt, sed suffocationem vehementem, ac spirandi difficultatem inducunt; eadem die, & tertia occidunt. Et subdit. securissimum autē est tuborē, & abscessus quàm maximè foras verti.

APHOR. XXXVIII.

Cancros occultos omnes melius est non curare. Curati enim citò pereunt, non curati verò longius tempus perdurant.

Cancri alii occulti, alii minimè. cancrorum uerò causæ multæ sunt: sed hæc audiãtur ex lib. de fractu. nu. 12. Fieri possunt uenarum sanguiſluarum liuores, uenarum nauseæ, & canceratio nes, ex compressione. fieri autem possunt hæc absque alia corruptione. Et in lib. 5. de mor. popu. nu. 10. Eudemus in Larissa hæmorrhoidas habebat fortes, & diuturnas, & aluus turbata biliosa egerebat, & hæmorrhoides intumescebant. Huic cum uenter non probè haberet, sed adhuc curatione indigeret; manus hæmorrhoidibus admotæ sunt, & uomuit: postea, cum cancer successisset; febris irruit, & non dimisit, anteaquam occideret. Fiunt autem cancri hominibus in ætate cõstitutis: legitur. n. in lib. 2. prædict. nu. 18. Viris ceria Græcis dicta, admodum faui concreta, horrenda, & cancri occulti submersi fiunt: senibus cancri & occulti, & summas partes occupantes. & commoriuntur. Verùm cancrorum futurorum notas dat lib. 2 de mor. mul. nu. 23. & 24. tales. Vteri modico tempore fortiter contrahũtur, & osculum ipsorum reperire nõ datur; adeo omnia contrahuntur. Et in mammis tubercula dura fiunt. hæc non fiunt suppurata, sed semper duriora, deinde ex ipsis oriuntur caneri occulti. cum autem cancri futuri sint; ora amarescunt, & quicquid ederint omnia amara esse uidentur. curationem autem omittendam esse occultorum sentit Hip. & id confirmat in lib. 2 prædict. nu. 2. uerba sunt. Herpetes minimè omniũ ulcerum, quæ depascendo proserpunt, periculosi fiunt. uerùm maximè difficulter submoueri possunt, quemadmodum cancri occulti. curationem tamen uterorum canceratorum in lib. 2 de mor. mul. nu. 48. & lib. de Nat. mul. nu. 28. tradit.

APH.

APHOR. XXXIX.

Conuulsio fit, uel ex repletione, uel inanitione, ita uerò & singultus.

Conuulsio est contractio quædam neruorum, aut partium neruosarum, aut earum, quæ talem referunt naturam: quæ si repleantur plus, quàm oportet; in latitudinem augentur, in longitudinem uerò minuuntur, ac contrahuntur. id autem prouenit ab aliena, non à propria humiditate. si uerò exiccentur; euaporat innata humiditas, siccanturque instar corii semiusti, ac contrahuntur. contrahuntur quoq;, si incidantur. nam in lib. 1. de mor. nu. 3. si neruus dissectus fuer t; conuulsionem facit. causæ omnes conuulsionum ad has duas, tresue rediguntur, quemadmodum & quæ fit ex ellebori potione, ex uulnere, ex sanguine multo fluente, ex immodica purgatione, ex ebrietate, ex æstu forti, labore, uiolentiaq;. Conuulsio præterea omnis aut fit in parte anteriori, aut in posteriori, uel nullo pacto torquet hominem sed breuem reddit, uel immobilẽ partem conuulsam. Singultus auẽ contractio alicuius partis esse uidetur; cum ab eisdem fiat causis, quæ conuulsionem producũt. A quanam corporis parte singultus initiũ ducat, hoc pacto intelliges ex Hipp. licet, qui in lib. 5. aph. 58. inquit. Hepati inflammationem patienti singultus aduenit. Et in lib. 7. aph. 17. in hepatis inflammatione singultus malum: quanquam Aristo. in prob. ut aliàs diximus, pulmonis affectionem esse singultum existimat.

APH.

APHOR. XL.

Quibus dolor circa ilium fit absque inflammatione, his febris superueniens morbum soluit.

Si dolor fit absq; materia inflammante circa dextrum ilium, quod est hepar, dolorem soluit febris, hoc autem confirmat in lib. 7. aph. 13. ubi hæc uerba leguntur. Quicunque hepar circundolent, his febris superueniens soluit dolorē. in li. autem de Coa. præno. appareat, quænam sit doloris hepatis causa, dū ait. Hepar circumcirca derepente dolentibus febris accedens dolorem soluit. Quibusdam igitur derepente fit circa hepar dolor, quibusdam autem fit, sed non statim, & aliam curationem desiderat, quemadmodum in lib. de Coa. præno. in quo hæc reperimus. Quibus hepatis dolor, hi sanguine per aluū egesto, seruantur, non autem egesto, moriuntur. alia uideamus oportet in lib. de Vict. rat. in mor. acu.

APHOR. XLI.

Quibuscunq; suppuratio in corpore existens non innotescit, his ob crassitudinem puris, aut loci non innotescit.

Dum pus conficitur, dolores, ac febres accidūt magis, quàm postquam confectum est: inflammantur enim loca, cum ad suppurationem tendunt, suppurantur autem alterato sanguine, ac calefacto, donec putrefactus taliū ulcerum pus fiat. Pure autem confecto, si oculis non conspiciatur, id prouenit, aut quia pus est crassum, & permanens, aut pars illa corporis est crassa, ac profunda, uel dura.

APHOR. XLII.

Morbo regio laborantibus, si fiat hepar durum, malum.

Hunc aphor. explicauimus in lib. 4. aphor. 64. malum enim malo addere nihil aliud est nisi augere: nam quemadmodum & legimus in Coa. præno. Morbo regio corripi mente motos. malum est.

APHOR. XLIII.

Quicunque lienosi à difficultate intestinorum capiuntur, his superueniente longa difficultate intestinorum, aqua intercus, aut leuitas intestinorum aduenit, & moriuntur.

Caput, & splen sunt membra maximè morbis obnoxia: ægrotant enim & ab his, quæ à natura insunt, cum plura, quàm opportunum est, accesserint. ægrotant etiam ab aliis humoribus: uenæ enim in ipsis crassæ, ac multæ sunt; & ipsa quoq; uenosa sunt, & caua, ut & aliis humoribus recipiendis capacitas in ipsis sit. si uero repletæ fuerint isthinc humore uenæ; ab ipso sanè in illis morbus oboritur. Hæc ex lib. 4. de mor. de lienis morborum causis. Cum igitur cauus sit; trahit ad se, & impletur. atque hinc plures lienis morbi. Qui autem ab horum quodam corripitur, & succedat dysenteria; utilis est: siquidem euacuat humorem, qui in uenis splenem attingentibus reperitur. & hoc Hippo. confirmat in apho. 48. dum inquit lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum. sed, si diu perseuerauerit; fit hydrops, aut lienteria, siue intestinorum leuitas, & æger perit. Quod quidem quoq; asserit in lib. de affect. nu. 21. his uerbis

Quidam

Quidam ſplenici à pharmacorũ potu nihil vtilitatis ſentiunt, neq; à reliqua curatione quicquã graciliot ſplen ipſorum euadit: ſed quæ adhibentur, à magnitudine morbi ſuperantur. progreſſu verò temporis aliquibus in hydropem morbus degenerat, & corrumpuntur: aliquibus autem ſplen ſuppuratur, & vſti ſani fiunt. cum quibuſdã verò conſeneſcit durus, & magnus exiſtens. ſi verò humiditas ad inteſtina defluat, primùm fit dyſenteria ob inteſtina, quæ humori fluenti ſeſe obiiciant. tandem, ſi euicta fuerint, fluit humor abſque vlla difficultate, & fit lenteria: aut debilitatis his partibus concoquentibus exurgit flatus, atque hinc hydrops.

APHOR. XLIIII.

Quibus ex ſtillicidio vrinæ ileos ſupervenerit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente ſatis vrina fluxerit.

Fit ileos, ſiue voluulus per eſſentiã, & per conſenſum. per eſſentiã, cum, vt legitur in lib. 3. de mor. nu. 15. ſupernus ventriculus caleſcit, infernus verò ſtigeſcit: reſiccatur enim ſimul inteſtinum, & præ inflãmationis caliditate obturatur, vt neq; flatus, neq; cibi pertranſeunt; ſed venter durus fit, & quandoq; vomit primũ pituitoſa, deinde biliоſa, poſtremũ ſtercus. Et æger ſitim habet, ac dolorem maximè circa præcordia, verùm & totum ventrem dolet, & inflatus eſt, & anxius, & febres corripiunt, & fiunt maximè ſeptima die. Et ſubdit. Si voluulo amoto, febris ipſum corripiat; deſperatus eſt: fortaſſis enim & inferna aluus ſoluta ipſum occiderit. Hæc, ſi voluulus fiat propter eſſentiam. Si verò ob conſenſum

sensum accidat, veluti ab vrinæ stillicidio; nam malum supra malum petimit, velut volumulus additus vrinæ stillicidio mortem adfert, nisi calor, aut quid tale vrinam ciet plurimã: qua de re legitur in lib. de Iud. si voluulus accedat scilicet per consensum factus; vinum frigidum. multum meracum paulatim bibendum dato, donec somnus, aut crurum dolor fiat: soluit autem & febris, & dysenteria. febris quidem: quia liquefacit humores crassos, qui vrinam retinent. Dysenteria: quoniam causa voluulum excitans ad inferas secedit partes.

APHOR. XLV.

Vlcera quæcunq; annua sunt, aut etiam diuturniora, os abscedere est necessarium, & cicatrices canas fieri.

Ossibus aut propinqua sunt vlcera, aut non. si propinqua & diuturna; fit, ut uel caro circunstans corrumpatur prius, deinde os, & abscedat, ac tandem ex ossis amotione cicatrix cauior reddatur. si uerò ulcus sit ab ossibus remotũ; putrescunt itidem carnes, quæ ob temporis diuturnitatem ad situm non perducuntur pristinum. Et propterea os abscedere est necesse, & cicatrices cauas fieri. De his lege in lib. de Vlce.

APHOR. XLVI.

Qui gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur.

Gibbositas alia fit supra septum transuersum, alia infra, & quædam ex spina, & alia ex omnibus posterioribus partibus. quibusdam thorax eleuatur. Coco autem in spina gibbositas facta est ex phœnitide, ut in lib. 5 de mor. popu. fit

quoq;

quoque ex aliis morbis, sicut in lib. de Arti. habemus. accidit etiam ob tubercula cruda; ac dura. sed omnia, aut pleraq; talia propter collectiones intra spinam fiũt. contingunt quoque à causa externa, ut ex casu spina gibba fit. Verticula autem spinæ, quibus in gibbum trahuntur ex morbis, pleraque ut soluantur, fieri non potest: insuper & quæ supra septum transuersum, ac connexionem gibba fiunt. Quæ uerò infrà, eorum aliqua soluunt uarices in cruribus obortientes: sed magis hæ, quæ in uena iuxta poplitem fiunt. fiũt autem & in uena circa inguina. soluit & dysenteria diuturna. Et quibus gibba fit spina, dum pueri sunt, priusquam corpus ad augmentum plenũ perfectum fuerit, his corpus iuxta spinam coaugeri non solet. sed crura quidem, ac manus perficiuntur: illæ uerò partes defectuosiores fiunt. Et quibus supra septum transuersum gibbositas est, his & costæ in amplitudinem augeri non solent, sed in anteriorem partem. & pectus acutum fit, sed non latum. & ipsi difficulter spirant, & stridulam faucium asperitatem habent: nam uentriculi, qui spiritum suscipiunt, ac emittunt, minorem amplitudinem habent. Quibus infra septũ transuersum gibbositas est, horum quibusdam morbi renũ, ac uesicæ accedunt. sed & abscessus ad suppurationem, & circa laterum mollitudines, & inguina, diuturni, ac ægrè curabiles, & neutri horum gibbositates soluunt. sed plura in lib. de Arti. legamus.

APHOR. XLVII.

Quibuscunq; uena sectio, uel purgatio cum medicamento conuenit, hos uere purgare, uel uenam incidere oportet.

Ad

Ad infirmam valetudinem tuendam si cui euacuatio competat; ea vere potissimu faciendа est: scribit enim Hipp. in lib. de Nat. hu. nu. 13. Vere pituita adhuc fortis in corpore manet; sed sanguis augescit: nam & frigora remittunt, & imbres superueniunt. sanguis autem iuxta hæc augescit, ab imbribus videlicet, & calidorũ dierum tepore: hæc enim anni pars maximè iuxta naturam ipsi conuenit: est enim calidus, & humidus. Hinc intelligere possumus eos, qui ad conseruandam sanitatem, aut venæ sectione, aut pharmaco purgante vtuntur, hæc vere adhibẽda oportere: vt humiditas quæ sanitati opposita est, amoueatur: siccitas enim est humiditate salubrior. Quòd verò hoc tempore humiditates euacuentur tum ex dictis, tum ex his, quæ subiungit Hipp. palam fit: inquit enim nu. 16. si eidem homini id pharmacum quater in anno dare velis; vomet tibi hyeme pituitosissima, vere humidissima, æstate biliosissima, & autumno nigerrima. Si verò ad morbum curandum opus sit venæ sectione, aut medicamento purgante; id temporis nõ respicies.

APHOR. XLVIII.

Lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum.

In lib. 1. de mor. nu. 6. sic legitur: subaquoso, ac lienoso ab alba pituita detẽto, aluus fortiter turbata, bonũ, nõ aũt diu perseueret; nam, vt antea dixit, si longa superueniat dysenteria; vel hydrops succedit, vel alui profluuium. & moriuntur. lienosi dicuntur, qui lienem magnum habent. horũ qui biliosi fuerint, mali coloris fiunt,

malis ulceribus scatent, & ex ore graueolent, & tenues euadunt, & splendidior est, & semper cō-simili magnitudine, & cibi non secedunt. Qui verò pituitosi sunt, hæc minus patiuntur, & splen aliàs maior, aliàs minor efficitur. curationem legamus in lib. de Affect. num. 11. vbi hæc scripta reperiuntur.

APHOR. XLIX.

Quicunque morbi podagrici sunt, hi sedata in quadraginta diebus inflammatione siniunt.

Cum his, quæ scripta sunt in libro de iudicatis. nu 6 conuenit hic apho. hoc differt, q̄ hæc addita sunt. Quicunque morbi podagrici sunt, hi in quadraginta diebus ab inflammatione liberi sedantur, sed in his pleraq; largæ iudicationis ad melius sunt. Quæ ad mortem tendunt, in die, ac nocte iudicantur, quæ videlicet debilitationis signa sunt, veluti epoti medicamenti, exturbationis alui & sursum, & deorsum, anxietatis, & al. orū huiusmodi. si igitur horum signa in die, ac nocte submoueantur; bene est: sin minus; lēthalia esse putanda sunt. Hoc igitur temporis progressu inflammatio sedatur ob longam iudicationem. Causa autem diuturnitatis huiusce morbi non sunt partes solidæ, sed id quod legitur in lib. de Affectio. num. 32. uerba autem sunt. Podagra uioleutior est omnibus eiusmodi circa articulos morbis, & diuturnissima, & ægrè cedens. & hic morbus quidem est sanguinis in venulis à bile, ac pituita corrupti. quanto autem in tenuioribus fuerit uenulis, & in plurima corporis necessitate constitutis, & in neruis, & ossibus, multis, ac densis; tanto sanè durabilior est mor-

bus

bus,& qui ægerrimè depelli possit. longus est,& molestus:sed non lethalis. At duplici in differentia constituitur podagra:altera.n.est aduentitia, altera congenita.de congenita hæc scribuntur in lib. 2.præd. Qui aquam intercutem, tabem,podagram,& epilepsiam congenitas habent, hi ægrè ab his liberari possunt.Et paulò infrà. Qui aut senes sunt,aut circa articulos callos tofaceos concretos habent, aut ærumnosè uiuunt, ac siccam aluum habent, hi omnes sani fieri non possunt humana arte,quantum ego noui.sanant quidem hos optimè dysenteriæ,si successerint.sed & aliæ eliquationes valde prosunt, quæ ad infernos locos repunt. Qui vero iuuenis est,& circa articulos nondum tofaceos callos concretos habet, & accuratè uiuit, & laboris amans est, & aluum bonam habet ad obediendum pro studio, ac ratione; hic sanè medicum intelligentiam habentem natus,sanus fieri poterit.

APHOR. L.

Quibuscunque præciditur cerebrum, his necesse febrem, & bilis uomitum superuenire.

In Coa.præno.sic legitur.Quibus cerebrũ uulneratur, febris plerunque,ac bilis uomitus accedit,& corporis syderatio. atque tales perniciosè habent. hoc autem confirmat lib. 1.de mor.nu. 3.his uerbis. Si sauciatum fuerit cerebrum, febrem necesse est superuenire, & bilis uomitum, & aliquam corporis partem syderatam fieri, ac perire:perit enim,vt olim diximus, qui cerebro sauciatus fuerit, aut spinali medulæ,aut hepate, aut septo transuerso,aut uesicæ,aut uenæ sanguiflua, aut corde. Ex his percipimus non semper,

ad plerunque febrem, & bilis uomitum, & aliquam corporis syderationem accedere. adde, & etiam homo pereat.

APHOR. LI.

Quicunque sani dolore capitis repente capiuntur, & statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit.

Hunc aphor. ampliorem habemus in lib. 2. de mor. acu. nu. 21. hoc pacto. Sanum derepente inuadit dolor circa caput, & statim uox intercipitur, & stertit, & os hiat. &, siquis ipsum uocet, aut moueat; solum suspirat, nihil autem intelligit, & multum mingit, & mingere se non sentit. Hic, si non febris ipsum corripiat; in septem diebus moritur. si uero corripiat; sanus plerunque euadit. Huiusmodi uerò morbus senioribus maximè fit, & magis, quàm iunioribus. In principio huius lib. nume. 6. similes describit notas, quæ sunt. Derepente dolor occupat caput, & statim uox intercipitur, ac sui impotens fit. Hic in septem diebus moritur; si non febris inuaserit: si enim hæc inuaserit; sanus euadit. Hæc signa describuntur apoplexiæ. causam uerò subiungit in eodem loco, & inquit. Patitur autem hæc, cum atra bilis ipsi in capite commota fluxerit, maximè in partem, in qua plurimæ sunt uenæ, in collum inquam, & pectus. Deinde postridie syderatus fit, ac impotens, sanguine nimirum perfrigerato. Et, si superior euaserit ita, ut sanguis calefiat siue ab his, quæ exhibentur, siue à seipso; attollitur, & diffunditur, ac mouetur, &

suppu-

suppurationē inducit, & spumescit, & à bile separatur, & sanus euadit. si uero superior non quaserit; adhuc magis perfrigeratur. & ; vbi peritus perfrigeratus fuerit, & calor ex ipso defecerit; congelatur, & moueri non potest. sed moritur; At, si ex ebrietatibus hæc patiatur (nam & hoc contingit) itidem moritur, nisi, ut legimus lib. 5. aphor. 5, febre corripiatur, aut ubi ad horam peruenerit, quia soluuntur crapulæ, uocem recuperet. Fluens igitur humor spiritum intercipit in uenis, & hinc voce priuatur homo. quare uenam ut in lib. de uict. rat. in mor. acutum. 37. scriptū est; secare oportet in brachio dextro internam. & sanguinem detrahere iuxtà habitum, ac ætatem, rationem ineundo, an plus, aut minus oporteat. in lib. 2 de mor. popu. sect. 5. Quicunq; derepente uoce distituuntur, si sine febre fuerint; ipsis uenam secato. Et in lib. 2. de mor. num. 21. Hunc lauare oportet multa calida, & quàm maxime calfacere, & aquam mulsam tepidam in os instillare. At; si resipiscat, & morbum effugiat, ubi ipsum cibis refeceris ita, ut uiribus ualere tibi iussus fuerit; indito in nares ipsius medicamento, & paucis diebus interpositis, pharmacum deorsum purgans bibendum dato: si enim ipsum non purgaueris; timor est, ne rursus morbus reuertatur. Effugiunt autem non ita ualde ex primo.

APHOR. LII.

Oportet verò & considerare oculorum in dormientibus suspectiones. Nam siquid albo commissis palpebris subinspicitur, neq; ex alui profluuio, aut medicamenti potione istud cõtingat, malum est signum, & lethale valde.

apho. sumitur ex lib. progno. ubi describit Hip. in morbis acutis signa ex oculis malum protendentia. uerbà autem extant. Considerare uerò conuenit etiam oculorum subapparitiones in summis. si enim albæ quid partis subapparuerit, palpebris iam commissis, si id non ex alui profluuio, aut medicamenti potione fuerit, aut ægrotus non ita dormire consueuerit, malum signum, & ualde lethale est. in lib. autem de Coa. præno. scriptum est oculorum putas, & albas ipsorum partes ex nigris, aut liuidis puras fieri, iudicatorium est. Et subdit: Extremitatem palpebrarum curuitas, & oculi fixi, & assiduè nictare, & colores permutare, & palpebras inter dormiendum non committere, perniciosum est.

APHOR. LIII.

Desipientiæ, quæ cum risu fiunt, securiores: quæ uero cum studio periculosiores.

Quanto tempore cerebrum quieuerit, tanto etiam homo sapit. fit autem inquietudo in cerebro, siue corruptio à pituita, & bile. Vtriusque cognitio sic contingit. Qui à pituita insaniunt, quieti sunt, & non uociferantur, neque tumultuantur. qui uero à bile, uociferatores sunt, & malefici, & non quieti, semper aliquid intempestiuum facientes. liquidem igitur assiduè insanient; hæ ipsis sunt causæ. si uero terrores ac timores accedant; à cerebri tranimutatione id contingit. transmutatur aũt, dum calescit. calescit aũt præbile, ubi ad cerebrũ impetum fecerit per uenas hæmatitidas, hoc est, sanguinarias appellatas. Et timor adest, donec tursus redierit in uenas, ac

corpus

corpus. deinde quiescit. Angitur autem homo, & inquietudine multa iactatur intempestiuè, dum cerebrum perfrigeratur, & præter consuetudinem compingitur. Hoc uero à pituita perpetitur. ab hac autem affectione etiam obliuiosus euadit. Noctu uero clamat, & nociferatur; cum derepente cerebrum percalescit. Hoc autem perpetiuntur bilioſi: (pituitoſi enim non percalescunt) cum sanguis multus ad cerebrum peruenerit, & efferbuerit, uenit autē per uenas prædictas. Hæc in lib. de mor. sac. nu. 16. quæ nobis significant eas desipientias esse periculosiores quæ à bile fiunt, stoliditatem autem, & dementiam cum tisu, à pituita: non enim sanguis nisi turbatus desipientiam facit.

APHOR. LIIII.

In acutis passionibus quæ cum febre sunt, lethalia suspiria malum.

Non solum in acutis passionibus; sed etiam in quibuscunque alijs siue breuibus siue diuturnis, in quibus huiusmodi fiant symptomata, malus succedit effectus, quemadmodum de grauidis sic legitur in lib. de Coa. præno. spiritus, qui cum suspirijs extra feruntur, & colliquatio præter rationem, in uterum gestantibus abortum facit. Et infrà. Quæ suspitiosum efferunt spiritum in febribus, abortiunt.

APHOR. LV.

Dolores podagrici Vere, & Autumno magna ex parte mouentur.

Vere ex capite fluit humor frigidus, & glutinosus tempore hyberno ductus per uenas ad pedes: autumno autem calida, acris, & nitrosa. in pedum autem uenulis miscetur alter horum humorum cum sanguine ipsumq; corrumpit, quem corruptum inflammatio sequitur, & dolor, qui potissimum his producitur temporibus, cum magna talium humorum copia adsit: pituita enim aucta est per hyemem, bilis uero, hoc humiditas illa acris per æstatem.

APHOR. LVI.

In morbis melancholicis, ad hæc periculosi decubitus, stuporem corporis, uel conuulsionem, uel furorem, uel cæcitatem significant.

In lib. 1. de mor. nu. 3. legitur. Ab atra bile quidam leuiter syderantur. Et lib. 7. apho. 40. si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis stupore elanguit; tale est melancholicum: flatuosissima enim est omnium humorum atrabilis: cum ergo, ut scriptum est in lib. de Flat. multi flatus frigidi penetrent, ac infarciant carnes, partes corporis stupidæ fiunt: & siquidem plurimi flatus per uniuersum corpus discurrãt; totus homo syderatur: si per partem; pars illa percutitur. atque ubi abierint flatus; cessat & morbus. Hac de causa melancholicis quandoque lingua resoluta uidetur adeo, ut uix uerba proferre possint: quandoque aliqua corporis pars, quam uix mouent. Verùm fit, ut temporis progressu partes illæ stupidæ remaneant, ac languidæ. sed ut aph. comprobemus, legitur in lib. 2. de mor. popu-

sect. 5. Morbos atrabiliarios habent balbus, aut caluus, aut gracili uoce præditus, aut hirsutus. Et in lib. de inter. affectio. fit stupor attonitus, cum bilis atra in uenas, & ad cutem subierit. idem humor, si ad cor, uel hepar, uel uenam magnam defluat, corrumpit sanguinem, & spiritus nequeunt permeare. atque hinc apoplexiæ, epilepsiæ, uocis interceptiones, uertigines, conuulsiones, ut in lib. de Vict. rat. in mor. acu. Atrabiliarij comitiali morbo corripi plerunque solent, & uicissim comitiales fieri solent atrabiliarii. uterq; uerò morbus magis fit prout ad alteram parem inclinarit: siquidem enim ad corpus inclinarit; comitiales fiunt: si uero ad animum; atrabiliarij melancholici dicti. Hæc ex lib. 6. de mor. popu.

APHOR. LVII.

Apoplexiæ autem fiunt maximè à quadragesimo anno usque ad sexagesimum.

Si apoplexiæ maximè fiant à quadragesimo anno usque ad sexagesimum; hæ ab atra bile nõ fiunt: nam inquit Hipp. in lib. de Nat. hu. nu. 29. Autumno maximè a quartanis homines capiuntur, & in ætate à quinque & uiginti annis usque ad quadragesimum quintum. hæc autem ætas præ omnibus aliis maximè à bile atra infestatur. sic Hipp. quare talis apoplexia fit propterea, quòd uis ætatis illius, hoc est, senectutis, est debilis, calor paucus, uenæ, & arteriæ languidæ, & sanguinis exortes, & spirituũ. locũ sanguinis pituita tenet, præ cuius frigiditate sanguis magis sistitur, ac perfrigeratur, q̃ priori tempore. perfri-

geratus sanguis non mouetur : unde etiam fieri non potest, quin corpus quiescat, ac torpeat. Et siquidem sanguis, & reliquum corpus superarint ita, vt calescent ; homo euadit. si uero pituita prævaluerit ; sanguis magis perfrigeratur, ac congelatur. &, si frigiditas, & congelatio augescant; potius congelascit, ac perfrigeratur homo, & moritur. sic Hipp. in lib. 2. de mor.

APHOR. LVIII.

Si omentum excidat, necessariò putrescit.

Qui de sanatione rectè inquirere uelit, eum inter cætera hæc animaduertere oportet, quæ mala supra mala fieri necesse est. velut, si rigor corripuerit; ardor igneus superuenit. & si neruus dissectus fuerit ; conuulsionem facit, & vt dissectus neque coalescit, & fortiter inflammatur. & si cerebrum concussum fuerit, ac doluerit eum, qui percussus sit, necesse est euestigio mutum fieri, & neque videre, neque audire. si uerò saucium fuerit; febrem necesse est superuenire, & bilis uomitum, & aliquam corporis partem sydera tam fieri, ac perire. Si uero omentum exciderit; necesse est putrefieri. Hæc ex lib. 1. de morb. num. 3.

APHOR. LIX.

Quibuscunque à coxendicum dolore diuturno molestatis excidit coxa, & rursus incidit, his mucores superueniunt.

In lib. de locis in homi. nu. 14. hæc leguntur. Mucus omnibus à natura inest. &, cum hic purus

rus fuerit, articuli sani sunt, & bene moueri possunt, utpote lubrici inter se ipsos. labor autem, & dolor fit, ubi à carne humiditas fluxerit uitiosa: primum enim articulus stabilitur: non enim lubrica est humiditas], quæ de carne influxit. Deinde ut multa, & valde sparsa, & ex carne non irrigata semper resiccatur. & ut multa existens, & articulo ipsam non capiente, effluit, & malè stabilita eleuat neruos, quibus articulus colligatur ipsosq; inconnexos, ac dissolutos facit. & propterea claudi fiunt. &, cum hoc magis fit; magis: cū minus; minus. si igitur purus non fuerit mucus; à carne uitiosa profluet in neruorum ligamenta, atque facilè excident articuli, ac instabiles reddentur. in libro enim de Arti. num. 6. hæc scripta reperimus. Humiditas fit ex articulis propter neruorum connexionē, si laxa fuerit, & intensiones facilè ferat: multos enim uideas, qui adeo humidi sunt, ut quando uelint; articuli ipsi citra dolorem excidant, & absque dolore restituantur. Differt etiam habitus quidam corporis; nam his, quibus benè se habet membrum, & carnosis, minus excidit, & difficilius incidit. ubi uerò ipsi seipsis tenuiores, & magis excarnes fuerint; magis excidit, & facilius incidit. Argumentum autem hoc est. Bobus tunc magis fœmora excidunt ex acetabulo, cum tenuissimi existunt. Fiunt autem tenuissimi ad finem byemis. tunc igitur etiā maximè luxantur. quare, ut subdit. excarnibus magis excidit, sicut etiam citius incidit, quàm probè carnosis. & humidis, & excarnibus minus inflammatur, quam siccis, ac carnosis. sed & mucus amplior moderato subest; si non adsit inflammatio, & sic sanè lubricus fuerit: mucosiores enim omnino sunt articuli excarnibus,

quam,

quàm carnosis : nam & ipsæ carnes eorum, qui non rectè ex arte fame macerati sunt, in macilentis mucosiores sunt, quàm in crassis.

APHOR. LX.

Quibuscunque à coxendicum dolore molestatis diutirno excidit coxa, his crus tabescit, & claudicant, si non vrantur.

Coxendicum morbus cum fit; dolor corripit coxæ iunctura, & summas nates, & coxendicem, tandem uerò etiam per totum crus dolor vagatur. morbus hic fit:, cum bilis, & pituita in sanguiffuam uenam incubuerint, aut ex alio morbo, aut aliter quantumcunque sanguinis à pituita, & bile compactum ægrotarit: sic enim per crus uagatur per sanguiffuam uenam, & vbicunque constiterit; ibi etiam dolor manifestus fit, maximè molestus quidem, sed non lethalis. sic in lib. de Affect. num. 30. Fit huiusmodi dolor & à sole coxendices plurimum calefaciente. Fit & à bile, & pituita, fit item à sanguine dolor consimilis velut ab omnibus morbis. & rigor, ac febris aliquando corripit. debilis, si fiat a sole; curatio petenda est in lib. de inter. Affectio. num. 54. & ex hoc modo multi claudi facti sunt. si a bile morbus fiat; curationem habes nume. 55. si à pituita ægrotet; aliam audies nume. 56. quæ si utilitatem ægro afferet; bene erit: sin minus; ipsum urito multis, ac profundis crustis inustis, in osseis quidem partibus, per fungos: in carnosis autem per ferra-

menta

menta. si a sanguine morbus fiat; curatio legitur num. 57. & subdit num. 58. si uero concreuerit, & articuli conglutinati fuerint; omnino necesse est hominem claudum fieri. Sed quo ad vsiionem spectat, docet in lib. de affect. quando sit facienda. & uerba sunt. si in unum aliquem locum incubuerit dolor, & constiterit, & medicamentis non fuerit exactus; vrito quocunq; loco fuerit dolor. urito autem lino crudo.

IOANNIS MARINELLI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS.

VII.

APHOR. I.

In morbis acutis frigus partium extrema rum, malum.

SVnt morbi acuti, quos ueteres nominauerũt, pleuritidem, peripneumoniam, phrenitidem, & febrem ardentem, & alij morbi, qui ex his hærent. quorum febres omnino continuæ sunt, & occidunt: occidunt enim pluriimos homines morbi acuti. Hi ex Hipp. sententia in lib. de Victus rat. in mor. acu. dicuntur morbi acuti, & nõ quilibet morbus periculosus, qui ob breuitatem sese longo, ac diuturno opponat. Fiunt morbi acuti in superiori uentre, qui dicitur thorax, ac pectus, ut etiam sentit Hip. in lib. de Aff. atq; aliis in locis. quapropter cæteræ partes in his morbis præter quam uenter superior, & quæ sta rim, ac primo cum eo coniunguntur, sunt, quo

ad

ad hos morbos,& locum ſpectat, partes extremæ,quemadmodum manus,pedes,& caput.hoc confirmat Hip.in lib.progno.qui potiſſimum ad morbos acutos pertinet: inquit enim.Caput, & manus, & pedes ſi frigida ſunt; malum eſt, ubi uenter, & latera calida ſunt .optimum uerò eſt & totum corpus; equal ter calidum eſſe, ac mol le.Hæc eadem habemus in Coa. præno. & alit Caput,pedes,& manus perfrigerantur, ca ore ad thoracem coaceruato.ſi febris ſoluatur,& inflammatio mitigetur in thorace; ad pedes calor deſcendit.ſin minus;extrema frigida manent. Hæc ex lib.de Vict. rat.in mor.acu.num.42.comprehendere poſſumus. & tale ſignus permanens eſt lethale. Propterea igitur partes extremæ frigeſcunt,quòd ad thoracem calor coaceruatur. & reſiccantur,ueluti hæ,quæ natura ſiccæ ſunt, & prima humiditas ex ipſis exuritur.qua de re,ſi eas contingere uelis; frigidas comperies, ac ſiccas. itaque qui a febre ardente corripiuntur;internis partibus a febre exuruntur,externis autem frigidi ſunt. eſt autem febris ardens,ut diximus,in genere morborum acutorum. Et qui ex hac moriuntur,omnes præ ſiccitate moriuntur. & reſiccantur primum extremæ ipſorum partes,manus ac pedes,deinde partes ſicciores. Vbi autem humiditas ex corpore penitus fuerit exuſta,ac reſiccata; ſanguis congelatur penitus, ac perfrigeratur.reliquum uerò corpus exiccatur.ac ſic homo moritur.ſed,cum ſanguis,qui eſt in uenis,perfrigeratus fuerit à pituita;tranſmutatur, & conuellitur aceruatim alias alia parte,& tremit.tandem uerò omnia perfrigerantur,& moritur.ſic in lib. 1.de mor numer 27.& 30. & quo modo, & qua causa in morbis acutis partes extremæ frigeſiant,

exic-

exiccentur, & tremor ante obitum accedat.

APHOR. II.

In osse ægrotante caro liuida, malum est.

Legitur in lib. de loc. in homi. num. 1. corpus, quod siccius est, morbos magis retinere, ac magis dolere à natura solet: humidum uerò minus. morbus enim, qui in sicco est, stabilitur, & non cessat: qui uerò in humido, diffluit, & alias aliam corporis partem occupat, & semper transmigrans requiem facit, & citius quoque sedatur, utpote non stabilitus. Os autem est corpus siccum. & idcirco morbos magis retinet, diutius ægrotat, & grauius. grauioris autem morbi indicium est caro liuens: uicus enim, ut habemus ex Coa. præno. liuidum, & siccum, aut cum uirore pallidum, lethale est. sed & in morbis liuor omnis malus.

APHOR. III.

A vomitu singultus, & oculorum rubor, malum.

In Coa. præno. sic legitur. in meracis uomitionibus singultus malus, mala etiã conuulsio. Similiter etiam in nimiis purgationibus ex medicamentis. ex quibus facilè intelligere possumus huiusce generis singultus origo, & author. Adde, quòd si oculorum in morbis acutis sint partes albæ rubentes, malum, ut in lib. progno. quin & in Coa. præno. Oculorum rubor in febre fiens alui diuturnam malignam affectionem significant.

APH.

APHOR. IIII.

A sudore horror, non bonum.

Sudor de percalefacto malo, & attenuato, & debili, & non ualde multo secernitur, & necesse est ipsum calidiorem ex corpore excerni, de quo sudore aliàs loquuti fuimus. Hunc uero si horror sequatur, signum est huiusmodi horrorem de ampliore malo moueri, vt de eo; quod reliquum est, & adhuc ualidum, & nondum putrefactum, neque attenuatum, neque exactum. Fit autē maximè, cum bilis, & pituita sanguini fuerint permixta, aut altera ex his, aut uterque, magis tamen, si pituita sola: est enim frigidissima ex natura, minus autem bilis, sanguis uerò omnium humorum est calidissimus. cum igitur ad sanguinem permixti fuerint, ipsum cōgelant, nō tamen omnino: uiuere enim non posset homo, si sanguis densior, & frigidior se ipso multis modis fieret. Frigescente sanguine necesse est & reliquum corpus perfrigerari: nam contrahuntur uenæ, & sanguine coacto, & congelato: quæ & corpus cōtrahunt, & tremere faciunt. Horror est debilissimus rigor, qui fit minus sanguine coacto, quàm corpus tremere faciat. Sed, cum sanguis percaluerit, & uim depulerit; concalescit bilis, & pituita sanguini mixta, & sanguis seipso euadit calidior. hinc febris, quæ dum dimittit, de pituita, & bile quod tenuissimum est, eliquatur, & secernitur, & secedit partim extra corpus, partim intus remanet, partim præ caliditate attenuatur, & uapor fit, & cum spiritu permixtum foras procedit. sic in lib. primo de mor. nu-
mo. 22. Ex his considerandum est, si post su-

dorem horror fiat; nouum humorē inconcoctū sanguini permiſceri, pituitā videlicet, vel bilem: atque hinc noua mala prodire.

APHOR. V.

A furore difficultas inteſtinorū, uel aquæ intercus, uel mentis alienatio bonum.

A bile fit furor, ut in li. de mor. ſac. legitur. hæc bilis ſiue ſit in ſepti trāſuerſi venulis, ſiue in his, quæ in membrana cerebrum velante continentur, ſiue alibi, aut miteſcit, aut immitis à natura depellitur ex parte affectum patiente. ſi verò mitis fiat, quanquā perſiſtit, non adfert magnam noxam, ſed quandam mentis alienationem. ſi non perſiſtat, ac defluat; nouos producit affectus: nam & mitis, & non mitis ſi ſanguini permiſceatur; eum corrumpit, ac ſæpe hydropem gignit, aut defertur ad venas in tibiis, quæ varicoſæ fiūt. ſi tandem ex venis talis humor abigatur ad inteſtina; fit dyſenteria. & propterea furioſis, qui à mentis alienatione, aut à dyſenteria, aut ab hydrope corripiuntur, bonum: nam vel humor permanens miteſcit, aut immitis alibi ducitur.

APHOR. VI.

In morbo diuturno faſtidium cibi, & deiectiones ſynceræ, malum.

Et propterea dixit Hipp in lib. 6. aph. 3. In longis dyſenteriis cibi faſtidium malum, & ſi cum febre; peius. in quonis igitur morbo bene ſe habere ad ea, quæ offeruntur, bonum: contrà, malum, & peius ſi his noua mala addantur, vt febres, ſynceræ deiectiones: nam a ſyncera deiectione

ctione dyſenteria, vel mali tandem aliud eſt malum ſupra malum. Quæ autem non ſynceræ ſunt, ſi non cum medicamento fiant, malæ etiam. hoc confirmat Hipp. in lib. 4. aph. 21. vbi hæc leguntur. Deiectiones nigræ qualis eſt ſanguis niger, ſponte venientes ſiue cum febre, ſiue ſine febre peſſimæ & quantò colores magis praui ſunt plures, peius: cũ medicamento verò melius: & quantò colores plures, non praui. Et in lib progno. ſi aquoſa admodum, aut candida, aut valde crocea, viridiſue, aut ſpumans, hæc omnia mala. pernicioſior fuerit, ſi nigra, aut liuida, aut opima, aut fœtida eſt. ſi verſicolor eſt; diuturnior quidem; ſed tamen exitialis eſt.

APHOR. VII.

Ex multa potatione, rigor, & deſipientia, malum.

Inter omnia, quæ in corpore ſunt, nihil magis ad prudentiam confert, quàm ſanguis. hĩc ergo cum in conſtanti habitu perſiſtit; & prudentia quoque: ſanguine verò permutato, cõcidit ſimul & prudentia. ſic in lib. de flati. ſed multa vini potio bilem, vel pituitam mouet, vel ſanguinem. his commotis, & ſanguini admixtis, ſanguis frigeſit, & permutatur. atque hinc rigor, ac deſipientia: legitur enim in lib. 1. de mor. nume. 28. ſanguis, qui eſt in homine, maximam partem ad prudentiam confert. quidam dicunt totum. cum igitur bilis commota ad venas, & ad ſanguinem ingreſſa fuerit; ſanguinem ex conſueta compage, ac motione dimouet, & ſeroſum facit, ac calfacit. calefactus autem etiam reliquum corpus percalefacit, & deſipit homo. Fit rigor, vt aliàs

diximus, cum sanguini alius humor permisceatur: est enim sanguis omnium humorum nostri corporis calidissimus, ut est Hip. sententia in lib. 1. de mor. nu. 22.

APHOR. VIII.

A tuberculi intus ruptione, exolutio, uomitio, aut animi defectio fit.

Vomitio, exolutio, aut animi defectio sunt effectus turberculi interni ruptionem insequentes, suntq; medicis notæ ruptionis. Tuberculorum alia sunt extra, alia intra extuberantia. interna dicuntur tubercula, quemadmodum ea, quæ in pulmone fiunt, & quæ in latere. hæc uerò à pituita, & bile cõtinguñt. Fiunt etiam à laboribus, cum uena aliqua tracta rupta fuerit, non tamen penitus rupta, sed ita ut acutus tractus in ipsa factus sit. siquidem igitur rupta fuerit; statim sanguis ex uena effusus putrescit, & suppuratur. si uerò acutus tractus in uena fiat; principio quidem dolorem exhibet, ac pulsat: progressu uerò temporis distribuit uena sanguinem in carnem. atque hic in carne putrescens pus fit. eodem modo & caro: siquidem magis doluerit, & sanguis plus in seipsum trahit ex uicinissimis uenis, & statim suppuratur. si uerò minus doluerit; tardius trahit, & suppuratur. hæc de modo, quo tubercula fiunt, ex Hipp. Externa autem innotescunt.

APHOR. IX.

A profluuio sanguinis desipientia, ac conuulsio malum.

Dixi-

Diximus antea in aph. 7. nihil magis ad prudē-tiā conferre, quàm sanguinem, qui in constanti habitu persistat, sed si profluat, non in tali habitu permanet: atque cum non permanet profluēs prudentia nec permanet: atque hinc desipientia. Loca, è quibus sponte sanguis fluit, sunt nares, os, uterus, vrinæ meatus, & podex. Fluxus autem sanguinis aut est moderatus, aut immodicus. si immodicus à quacunque fluat parte, malum est: nam in Coa. præ. legitur. Quibus sanguinis eruptiones plures, his tempo is progressu alui malè afficiuntur, si non urina concocta prodierit. Et in frā. in sanguinis fluxione multa aut singultus, aut conuulsio mala. Et in li. 4. de mor. pop. nu. 7. Ex sanguinis fluxu è naribus, mentis motio. Et aph. 75 huius lib. è sanguinis uomitu tabes, & puris purgatio sursum: sed si parum, aut raro & tempestiuè fluat; confert, ut legitur in lib. 2. prædnum. 10. ubi hæc scripta reperimus. Sanguinem mingere raro, & sine febre, & dolore, nihil mali significat; sed lassitudinum solutio. immodicè igitur fluens sanguis aut corpus exiccat, aut dum fluit, fluunt & calor, & spiritus. atque hinc conuulsio, & desipientia.

APHOR. X.

Ab ileo, uomitus, singultus, desipientia, vel conuulsio malum.

Voluulus cum apprehenderit; uenter durus fit & nihil secernit, & dolor infernè omnē aluum tenet, & febris, & sitis. aliquando uerò præ dolore æger etiam bilem uomit. sic in li. de Affect. uerùm de hoc plura in lib. 3. de mor. num. 15.

vbi hæc ſcripta ſunt. ſi voluulo amoto, febris ægrum corripiat; deſperatus eſt: fortaſſis enim & interna aluus ſoluta ipſum occiderit. Et in lib. de Coa. præno. num. 3. voluulus in vrinæ ſtillicidio accedens ſeptima die perimit, ſi non febre accedente, vrina acernatim prodeat. Et ibidem: Voluulóſis vomitus, & ſurditas malum. quare mirum non eſt, ſi à voluulo vomitus, aut ſingultus, aut deſipientia, aut conuulſio accedens malum ſit.

APHOR. XI.

A morbo laterali, inflammatio pulmonis, malum.

Iam ex Hipp. auctoritate diximus morbos acutos in ſuperiori ventre gigni. horum cauſa materialis ſi perſiſtat; facilius remoueri poteſt, & malum curari, quàm ſi vageturr. ſi igitur id, quod pleuritidem efficit, ad pulmonem ſe transferat, aut ad ſeptum tranſuerſum; malum erit, & malum ſupra malũ, ſi efficax cauſa partim ad hanc, partim ad illam ſe conuertat partem, vt quandoque vidimus eodem tempore ægrum teneri à febre ardente, à pleuritide, & à phrenitide; cum prius pleuritis eum apprehendiſſet. ſed, vt legitur in Coa. præno. peripneumoniæ ex pleuritide tranſmutatæ ſecuriores ſunt his, quæ ab initio fiunt. corpora verò exercitata, ac denſa citius à pleuriticis, ac peripneumonicis morbis pereunt, quàm inexercitata. ſed ex pleuritide non ſolum in peripneumoniam; ſed & in febrem ardentem fit tranſitus, quemadmodum ſcriptũm eſt in lib. de Affect. num. 9. Ex febre porrò ardente, ſicut & ex pleuritide fit peripneumonia: vbi enim ſuperior

rior ventriculus supercalefactus fuerit, trahit in se ipsum, & suscipit pulmo, & fit peripneumonia. & plerunque pereunt, nimirum debiles iam existentes, & morbo nouo alio insuper generato, dies transigere nequeuntes, donec sputum in pulmone concoquatur. aliqui tamen euadunt. at quibus in vesicam cõfluit quid bilis, his crassa vrina mingitur, crassa autem à pituita, biliosa autem alui egestio prodit; eo quòd combusta sint ea, quæ sunt in ventre. Hæc ex lib. 1. de morb. nume. 27.

APHOR. XII.

A pulmonis inflammatione phrenitis, malum.

Sicut antea explicauimus, abscedit sæpe tota, vel parũ causæ morbificæ, & occupat partes propinquas per se, aut per consensum. atque inde nouus exurgit morbus. quemadmodum si pulmo inflammatione laboret, quæ Græcis dicitur peripneumonia: eaq; cõmunicetur siue per partes, siue per humores, siue per vapores septo transuerso, quod à priscis Græcis phrenes appellabatur; fiet inflammatio in septo transuerso, quæ phrenitis dicitur: quæ ea non existit, quæ oritur in cerebri membranis; quanquã delyrium hanc, & illam sequitur partem. quare medicum distinguere oportet hoc ab illo delyrio ad ægri curationem. Phrenitidis, quæ est præcordiorum, siue septi transuersi inflammatio, notas scribit Hipp. & causam in lib. de Affectio. num. 10. & inquit. Phrenitis vbi apprehenderit; febris primum debilis detinet, & dolor circa præcordia, magis autem dextra ad hepar. cum autem quar-

ta, aut quinta aduenerit; febris fortior fit, & dolores augescunt, & color subbilioſus efficitur, & mens percellitur. Fit hic morbus à bile, cum mora viſceribus, ac ſepto tranſuerſo inſederit. Modum autem recenſet in lib. 1. de mor. nu. 28. vbi hæc ſcribuntur. Phrenitis hoc modo ſe habet. ſanguis, qui eſt in homine, maximam partem ad prudentiam confert: quidam dicunt totum. cum igitur bilis commota ad venas, & ad ſanguinem ingreſſa fuerit; ſanguinem ex conſueta compage, ac motione dimouet, & ſeroſum facit, ac calfacit. calefactus autem reliquum etiam corpus calefacit, & deſipit homo, & non ſibi conſtat præ febris copia, & ſanguinis ad ſeroſitatem tranſmutatione, & motione non ſolita contingente. ſi igitur ad præcordia defluxerit; fiet procul dubio delyrium vehemens: præcordia enim ſiue ſeptum tranſuerſum, vt aſſerit Ariſt. in lib. 3. de parti. ani. cap. 10. ſeparant cor à ventre: vt ani mæ ſentientis origo inoffenſa ſeruetur, nec facilè occupetur exhalatione cibi, & caloris aduentitij copia. vbi autem propter vicinitatem attraxerint humorem calidum, atque excrementitium; continuò mentem, ſenſumq; perturbant. quapropter phrenes appellantur, quaſi participes prudentiæ ſint. ſed nullatenus participes ſunt; ſed quia propinquæ his ſunt, quæ vim obtinent illam: cordi enim prætenduntur. Hæc Ariſt. quare aſſerere poſſumus non omne delyriū phreniticum dici debere, quanquā vulgus quemuis delyrum appellat phreniticum; ſed qui ab inflammatione tantum ſepti tranſuerſi dernetur deſipiens. quod verò ſeptum tranſuerſum inflammatum, non ſit cauſa vera delyrij, quemadmodum nec ſapientiæ, ſiue prudentiæ, ſicut Ariſt.

sic Hip. quoq; in lib. de mor. sac. affirmat his verbis. Dico cerebrum intelligentiæ, ac prudentiæ internuncium, ac interpretem esse: cæterùm præcordia aliàs fortuitum nomen apud Græcos per consuetudinem habent; cum phrenes à sapientia dicta videantur, re vera autem non, neque ex natura. Hæc diximus ad phrenitidis explanationem. ea verò si quem peripneumonicum corripiat; est malum valde: fit enim transitus ex vno in alterum morbum acutum. contrà, fit etiam peripneumonia ex phrenitide eadem ratione, vt legitur in lib. 1. de mor. nume. 3.

APHOR. XIII.

Ab æstibus fortibus conuulsio, aut distentio neruorum, malum.

Omnis conuulsio, & neruorum distentio fit ab inanitione, vel à repletione: si à repletione, & ei, qui à conuulsione, aut neruorum distentione afficitur, febris superuenerit; morbum soluit, vt vidimus in lib. 4. aph. 57. contrà si ab inanitione talis morbus fiat; febris non soluit, imo lædit.

APHOR. XIIII.

In capitis ictu, obstupescentia, & desipientia, malum.

In lib. 6. de mor. popu. in fine legitur. Stheneus multum luctatus, & in caput lapsus multum bibit frigidam aquam illa nocte vigiliæ, angustiæ, & extre-

& extrema frigida. postridie glandula subdita non subdit, sed parum minxit. prius autem nihil minxerat. ad noctem lauit: tamen uigiliæ, & angustiæ aderant. delyrauit tertia die, extrema frigida. excalfactus sudauit. pota aqua mulsa, mortuus est. Et in lib. 7. de mor. popu. num. 18. Percussus lapide supra tempus dextrum, & fissurai facta uertigine affectus elt, & cecidit. tertia die aphonia, anxietas, febris non valde uehemens, pulsus in temporibus uelut tenuis caloris. nihil audiebat, neque quiescebat. humiditas circa frontem, & sub nasum: usque ad mentum. quinta mortuus est. Hæc ad aphor. comprobationem. sed apertius explanat apho. 24. huius libri, qui is existit. in ossis præcisione stupor, & desipientia, si in uacuum apprehenderit.

APHOR. XV.

A sanguinis sputo, puris sputum.

Aphor. 75. huius libri habet. A sanguinis vomitu, tabes, & puris purgatio suprà. huiusmodi verò sanguinis effluxus si breui sistatur; nō est puris nec tabis origo. si verò diuturnus sit; profluit aut ab hepate, aut à pulmone siue ex locis huic, vel illi propinquis. si ab hepate; sic legitur in li. de Coa. præno. Quicunq; sanguinem spumosum aliàs non spumosum spuunt, dextrū præcordium dolentes, de hepate spuunt, & multi pereunt. si à pulmone; dixit in lib. 5. apho. 13. Quicunque spumosum sanguinem expuunt, his è pulmone edu ctio fit. idq; propterea euenit, quod uena aperta sit, aut erosa, aut scissa. quapropter his sanguinē spuentibus, ut legitur in Coa. præno. confert, ut sint sine febre. & leuiter [illegible] t, ac doleant, &

sputum,

ſputum tenue fiat ad dies quatuordecim. febrire verò, tuſſire, ac dolere, & ſanguinem recentem ſemper ſpuere, incommodum eſt. Fit autem ſanguinis ſputum: ſi qua uenarum craſſarum ſaucietur. pus uerò fit; ſi ſanguis intro fluat, & putreſcat. Et ſiquidem hoc pus totum per ſputum reiectum fuerit, & uena ſauciata coaluerit, & ulcus intus, & foris ſanatum fuerit; penitus ſanus euadit. ſi uerò contrà, ſed aliàs, atque aliàs ſanguinem remittat; perit. Hæc ex lib. 1. de mor. nu. 19.

APHOR. XVI.

A puris ſputo phthiſis, & fluxus. quum verò ſputum retinetur, moriuntur.

Suppurati, ut legimus lib. 5. aphor. 15. atque alibi, fiunt tabidi, niſi pus in quadraginta diebus purgetur. tabidis præterea accidit fluxus tum ſputi, tum egeſtionis, tum capillorum. quibus tabidis profluuium alui ſuperuenit; lethale. quibus item capilli defluunt, ac alui aduenit profluuium, moriuntur. moriuntur autem, cum ſputum retinetur. Tabes hæc à pulmone prouenit: ſunt enim aliæ tabis ſpecies, quemadmodum aliàs ex Hippo. ſententia aperuimus. Sed huius tabis notæ deſcribuntur in lib. 2. de mor. nu. 46. hoc pacto. Cum quis ex pulmonis affectu tabeſcit; is ſaliuam craſſam cum uirore ſubpallidam, dulcē, tuſſiendo, reijcit & ſtridor, & dolor ad pectus, & ad dorſum fit. & in faucib⁹ tenuis ſibilus auditur. & fauces ſiccæ ſunt, & oculorum capitatos rubicundæ, & vox grauis, & pedes intumeſcunt, & ungues contrahuntur, & ſupernæ partes attenuantur, & ſaliuam abominatur, ubi excreatus

turus ipsam in ore habet. & tussit mane maximè, & circa mediam noctem, imo etiã alijs temporibus. huic si pili de capite defluant, & nudum fit caput velut ex morbo, & pruinis salina grauedo lens sit; intra breue tempus moritur: id verò, quod occidit alui profluuium est.

APHOR. XVII.

In hepatis inflammatione singultus, malum.

Quænam sit pars ea corporis, quæ à singultu afficiatur, varia, ac diserepans est scientia: quidã enim ventriculi affectionem esse affirmant, alij verò pulmonis, ac Arist. sententiam proferunt ex par. 33. prob. 1. 5. & 13. qui è pulmone duci singultum censet, ac primum in prob. 1. inquit. Cur singultus sternutamento sedari queat, ructus nequeat? an quia non partis eiusdem vtraque hæc affectio est, sed ructus ventriculi; singultus verò refrigeratio, cruditasq; spiritus, atque humoris pulmoni coniunctissimi est, sedes autem cerebri rem cũ pulmone cõmunẽ sortita est. Et prob. 5. Fit ructus, cum ventriculi humor recalescens inflatur, atq; concoquitur. singultus verò, quoties spiritus vacans ab humore in loco spiritui deputato retinetur: hinc. n. dum emittitur, nec erumpere potest, distentionem inducit: quæ distentio appellata est singultus. inde fit, vt singultus, vbi inalguimus, oriatur: frigus enim humorem spiritui obductũ coangit, spiritus circuntentus exilit: cuius cõmotio non nisi singultus est. Et prob. 13. Refrigeratio est, quæ singultum inducit. quam ob rem qui algent, & qui timent, singultiunt. spiritus autẽ retentus partem corporis internam calefacit. Sentit igitur Arist. ructum esse ventri-

culi

culi affectione, singultum verò pulmonis: quem depelli à sternutamento rationibus affirmat. Verùm Hipp. hanc opinionem minimè secutum fuisse, legimus in Coa. præno. vbi inquit. Sternutationes, ac grauedines in morbis circa pulmonem & antecessisse, & succedere, malum est. Et in Progno. Sternutationes in morbis lethalissimis prosunt, exceptis pulmonis morbis. tamen, cum, ut ait Arist. in prob. recitatis, calor sternutamentum excitans, soluat spiritum, qui singultum facit; intellexisse Hipp. non de huiusmodi affectione pulmonis, sed de grauioribus, existimandum est. Prob. Arist. ad pleniorem notitiam legantur in lib. 6. aph. 13.

APHOR. XVIII.

In vigilia, conuulsio, vel desipientia.

Nonnulli sentiunt in longis uigiliis fieri posse, ut conuulsio, vel desipientia apprehendat. alij uerò id in morbis, qui uigilias inducunt, accidere existimant, locum de Coa. præno. asserentes hunc. Affectiones rigentes, & quæ ad noctem magis aliquantò exacerbantur cum uigiliis, ac delyrio in somnis, aliquando urinas inuoluntariè emittentes, in conuulsionem desinunt. Et infrà. Pueris febris acuta, & aluus suppressa, cum uigilus, & calcitrare, & colorem mutare, & ruborem habere conuulsorium est. Et uomitus in capitis doloribus æruginosi cum surditate uigilantibus, cito insaniam excitant.

APHOR. XIX.

In ossis exustione Erysipelas.

Pars

Pars læsa sanguinem bilioſum uel attrahit, uel demiſſum ſuſcipit, & ſuſceptum detinet: ſi attrahit; id ab ingenti ſiccitate, & ardore prouenit. & hoc pacto malum eſt. ſi retinet; ſic etiam malum eſt; uitioſis enim humoribus ſcatere corpus ſignificat, atque ad locum affectum deferri.

APHOR. XX.

Ab Eryſipelate putredo, aut ſuppuratio.

Verùm quoduis eryſipelas, quod nullam afferat putredinem, minimè malignam eſſe exiſtimandum eſt, niſi intra recurrat. ſi autem putrefactionem pariat; humorum malitiam oſtendit.

APHOR. XXI.

A fortiin ulceribus pulſu, profluuium ſanguinis.

Vlcera admodum calefacta ſanguinem attrahunt copioſiorem. atque hinc falſus, quouſque ſanguinis profluuium accedat: quia pulſus ille nota exiſtit ſanguinis extra fluxuri. & niſi flueret, ignem ſacrum, uelaliud malum excitaret.

APHOR. XXII.

A uentris dolore diuturno, ſuppuratio.

Vtrum ſuperior uenter, an inferior diu dolens ſuppuretur, non explicat. De ſuperiori dolenti palam fit. de inferiori uerò contingit his de cauſis, atque hoc pacto. legitur in lib. de Affect. infer no uentriculo ſuppurati fiunt, maximè quidem cum pituita, aut bilis acerbata inter carnem, & cutem collecta fuerit. fiunt autem & a conuulſionibus, cum uenula conuulſa rupta fuerit, ſanguis effuſus putreſcit, & ſuppuratur. ſi uerò caro

contusa fuerit, aut conuulsa; sanguinem ex venis sibi ipsi propinquis trahit. atque hic putrescit, ac suppuratur. hic siquidem foras de se significationem præbuerit, & eruperit pus; sani fiunt. si verò sua sponte intro proruperit; pereunt. At verò diffusum pus in inferno ventriculo, velut in superno dictum est generari, haudquaquã poterit, sed velut à me dictum est, in tunicis, & in tuberculis innascitur. Et, siquidem intro notas habuerit; cognitu difficile est: neque enim ex concussione cognoscere licet. cognoscitur autem maximè ex dolore, vbi fuerit, & si terram figulinam, aut aliud quid huiuscemodi infuserit; breui id resiccat.

APHOR. XXIII.

A deiectione synceræ, difficultas intestinorum.

Vbi corpore calefacto, purgatio acris fiat; tunc & intestinum raditur, & exulceratur, & sanguinolenta egeruntur. hoc autem dysenteria à mala intestinorum affectione appellatur, morbus grauis, & periculosus. sic legitur in lib. 3. de diæt. nu. 12. Quis autem humor dysenteriam gignens sit ob eius sinceram deiectionem, habetur in lib. de Affectio. num. 24. verba autem extant. Morbus hic fit, vbi bilis, & pituita in venas, & aluum incubuerint. ægrotat quidem sanguis, & corruptus secedit. Dolor adest per totum ventrem, & tormen, & egerit bilem, ac pituitam, & sanguinem combustum.

APHOR. XXIIII.

In ossis præcisione stupor, & desipientia, si in vacuum apprehenderit.

Fit desipientia, & stupor à sanie, quæ per os capitis præcisum influens membranam cerebri putrefaciat. id legimus in lib. de loc. in homi. num. 43. his uerbis. si os scilicet capitis fractum fuerit, ac contritum, periculo uacat, & curare oportet hunc humectantibus medicamentis. si uero rumpatur, & fissura fiat; periculosum est. huic serram adhibere oportet, ne in ossis scissuram sanies influens membranam cerebri putrefaciat: nam vt per augustum intrans, non autem exiens affligit, & furere hominem facit.

APHOR. XXV.

Ex medicamenti potione conuulsio lethalis est.

Hæc conuulsio fit ab inanitione, aut ab alia pharmaci qualitate, de qua cum in lib. 5. aph. 1. abundè locuti fuerimus; nihil hoc tempore dicendum esse duximus.

APHOR. XXVI.

In forti dolore ventris partium extremarum frigiditas, malum.

Malum est, propterea q̃ nisi coactus relinquit calor proprias sedes, & ad locum doloris se confert: aut fons caloris ob dolorem non distribuit eum, sicut par est, cuique parti debitum. uerùm in aph. 1. huius lib. abundè de his, & cur, egimus.

APHOR. XXVII.

Mulieri vtero gerenti, si tentio superuenerit, facit abortum.

Tensio hæc est cõuulsio quædam aut intestinorum, aut aliarum partium, quæ cum fœtu communicant. hæc si fortis sit; periculum imminet, ne mulier ægrotans abortiat: si uerò debilis; minimè

nimè: conuulsiones.n. ex vtero affecto; vt Hip. placet, sine febre, faciles sunt. At, si non intestinum tendatur, sed flatuosi admodum sint vteri, à quibus tensio accedat; abortire potest mulier. & hæc est Hip. quoque sententia.

APHOR. XXVIII.

Quando os, aut cartilago, aut nervus abscinditur in corpore, non augetur.

Hunc aph. explicauimus in lib. 6. aph 19.

APHOR. XXIX.

Qui alba pituita detinetur, si fortis ventris fluxus superuenerit, à morbo liberatur.

In lib. de Inter. affect. nu. 21. hæc legimus. Pituitæ species multas esse puto, & alia quidem est popularis, quæ sanè recentissima est. cuius etiam curatio facillima est. Vomitus enim post cibum facere oportet per duos, aut tres dies ita, vt & prandeat insuper, & quiescat. Et subdit. at si antiquior fuerit pituita; appellatur autem hæc pituita alba; hæc patitur. Grauat hominem magis, & speciem à populari alienam habere videtur pallidiorem. & totum corpus laxo tumore intumescit, & facies rubet, & os siccum est, & sitis tenet. &, cum comederit; spiritus deorsus ipsi incidit. Hic eadem die aliquando melius habet, aliquando derepente. dolet, & sibi mori videtur. Huic siquidem venter sua sponte turbatus fuerit; sanitati proximus erit. si verò non sua sponte venter turbetur; purgare oportet. purgatio autem, & reliqua curatio ibi petatur. in lib. 2. de mor. nume. 69. albæ pituitæ notas descripsit has. intumescit totum corpus albo tumore, & venter ad contactum crassus est, & pedes, ac femora tu-

ment, tibiæ item, ac scrotum, & alias, quas diximus, notas subiungit. Et subdit. morbus hic maximè à nullo discedit: transit enim nisi cito curetur, in aquam intercutem, & quonam modo fiat, explanabimus in aph. 71. sed ad huius apho. confirmationem habetur in lib. 1. de mor. nu. 6. subaquoso, & lienoso ab alba pituita detento aluus fortior turbata, bonum. ut in Coa. præno. Hydropas leucophlegmatias appellatas, alui profluuium sedat.

APHOR. XXX.

Quibus in alui profluuijs excrementa spumosa sunt, his ex capite pituita defluit.

In lienteria, siue intestinorum leuitate cibi secedunt non putrefacti, liquidi. dolor autem non adest, & corpus attenuatur. Morbus fit, cum ex capite, & superiori uētre pituitæ defluxus fit in uentrem inferiorem. quod ubi contingit, cibi ab ipso frigefiunt, & humectantur. Profluuium autem uentris longum cum detinuerit, secedunt primū liquida, quæ sunt ingesta: postea pituita. & probè quidem edit, uerum a multo secessu debilis, ac tenuis fit. Hunc sursum uersus resiccato, uentre in potu dato, & capite à pituita purgato, morbus ab iisdem fit, à quibus intestinorum leuitas. Hæc ex lib. de Affectio. spumosa uero excrementa pituitæ defluxum significant.

APHOR. XXXI.

Quibuscunque febricitantibus in urinis fiunt sedimina, ueluti farina crassior, lōgam ægritudinem fore significat.

In Coa. præno. sic legitur. Vrina alba aquosa subsidentiam crassas farinæ partes referentem,

fuluam

fuluam habẽs, dolorem, & periculum significat: & quæ cum virore pallida est, fuluam, crassas farinæ partes referentem subsidentiã habens, tempus, & periculum significat In libi autem progn. nu. 11. hæc habentur. Optima est vrina, cum fuerit alba subsidentia, & leuis, & æqualis per totum tempus, donec iudicatus fuerit morbus: significat enim securitatem, & morbum fore breuem. si intermiserit, & aliquando pura, aliquando subsidet album, ac leue; diuturnior fit morbus, & minus securus. si subrubra, & subsidentia ipsius similis, & leuis; diuturniorem morbum, quàm prior; sed valde salutarẽ significat. At subsidentiæ in vrinis crassiores farinæ partes referentes, prauæ sunt. his peiores sunt laminosæ. albæ, & tenues valde malæ sunt. his deteriores sunt furfuraceæ. nubeculæ, quæ feruntur in vrinis, albæ bonæ sunt, nigræ verò malæ. fulua, & tenuis morbum inconcoctum significat. &, si talis diu persistat; periculum est, ne æger sufficere possit, donec vrina concocta fuerit. lethaliores sunt fœtidæ, & aquosæ, & nigræ, & crassæ. in pueris aquosæ, in hominibus nigræ pessimæ. Hæc ad aphor. confirmationem.

APHOR. XXXII.

Quibus autem bilioſa ſedimina ſupra tenuia, acutum morbum ſignificant.

Cum bilis flaua omnium humorum leuissima sit, ac tenuissima; facillimè mouetur, ac velociter, atq; itidem quas partes attingit, non diu afficit. quare affectus ab ea producti breues, ac veloces extant. è signis verò biliosorum affectionum est vrina tenuis, sedimenq; biliosum.

APHOR. XXXIII.

Quibuscunq; urinæ distantes sunt, histurbatio foris in corpore fit.

Huic similis est sententia in li. de Coa. præno. vbi agitur de urinæ prænotionibus, eaque est. Vrina aquosa, aut turbata friabili asperitate aluũ liquidam fore significat.

APHOR. XXXIIII.

Quibus in urinis bullæ subsistunt, morbum renalem & longum significant.

In lib. 6. de mor. popu. sect. 7. legitur. Renum affectiones non uidi sanatas supra quinquagesimum annum. Et in li. 6. aph. 6. Renum; & uesicæ uitia in senioribus difficulter sanantur. Quibus igitur bullæ, quæ sunt pituitæ inditia, & hæc nota existit senectutis, subsistũt in urinis, morbum renalem, & longũ significant. Quis uerò futurus sit morbus, is explicabitur in 36. aph. non enim calculus est, nec sanguinis mictio, nec urinæ fluxus, qualis à carnibus bubulis assatus succus, sed potius dolores circa spinæ musculos.

APHOR. XXXV.

Quibus subsidens pingue, ac simul totum, his renum vitium acutum significatur.

Colliquationem significat pingue illud. idq; non à pituita, sed à bile loca affecta definente prouenit. talis quoque urina pinguis in subsidentia febrem declarat: & quæ aranei telis similes, consumptionem, ut habetur in lib. de Coa. præno.

APH.

APHOR. XXXVI.

Quibus autem morbo renali laborantibus, prædicta accidunt signa, doloresque circa spinæ musculos fiunt, siquidem circa loca exteriora fiant, abscessus quoque exterius futuros expecta. si verò dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abscessus expecta futuros interius.

E morbis renum quatuor, quos descriptos reperimus in lib. de inter. affect. quartus huic aph. respondere uidetur. Morbus hic fit à bile, & pituita, maximè tempore æstatis. Fit etiam à Venere. ager hæc patitur. Dolores premunt ipsum in lateris mollitudinem, & in lumbos, & in lumborum musculos. & patitur qualia solet mulier ex partu laborans, & non sustinet in sanam partem decumbere: sed ualde dolet. & ex lateris mollitudine quædam pendere uidentur uelut abrupta. Si uerò pronus decumbat; non dolet. pedes, & tibiæ eius semper frigent. Vrina uerò uix prodit præ pituitositate, & crassitudine sua. &, si sineris ipsam ad modicum tempus depositam, donec desederit; uidebis subsidentiam crassam uelut farinam. &, siquidem bilis prævaluerit; subfuluam ipsam uidebis. si uerò à pituita fuerit morbus; alba, & crassa erit. Et primum quidem in annum, aut paulò amplius, aut breuius tempus æger talia patiẽs perseuerat. Si verò prolongetur morbus; magis dolet, & suppuratur. &, cũ suppuratus factus intumuerit; qua maximè parte intumuerit, in xenẽ secato, & pus emitto. &, siquidẽ successerit

fectio; statim sanum facies. si uerò, ut paulò suprà inquit, intus abscessus fiat, & suppuretur, si pus intus rumpatur, & ad intestinum rectum procedat; fugæ spes est. si uerò contigerit alterum renem; periculū est, ne pereat, curatio ibi petatur.

APHOR. XXXVII.

Quicunque euomunt sanguinem, si sine febre quidem, salutare: si verò cum febre malum. Curare verò astringentibus, & refrigerantibus.

Malum est cum febre; quia febrilis calor aperit, inflammat, & corrumpit uenarum ora, per quæ sanguis exit, legitur in li. de Nat. mul. nu. 46. si sanguinem uomat; hepatis fistula sauciata est, & dolor ad uiscera procedit, & cor conuellitur, morbus hic est periculosus. Sed in li. de Coa. præno. sanguinis uomitus in sterilibus non parientibus ad conceptionem prodest. Et in li. 2. de morb. nu. 5. si cerebrum corruptum fuerit; dolor ex capite spinam occupat, & ex naribus sanguis fluit. sæpe etiam sanguinem uomit. cum igitur calefactæ fuerint uenæ in capite à cerebro, & sanguis in ipsis efferbuerit; distribuunt ipsum ad nares, & ad os: quæ uerò circa spinam sanguifluæ, in corpus. Et in lib. 5. aph. 32. mulieri sanguinem euomenti, menstruis erumpentibus solutio.

APHOR. XXXVIII.

Destillationes in ventrem superiorem suppurantur intra uiginti dies.

Quicunque suppurati fiunt, à pituita, uel à bile id habent: ab externis uerò ab aere insito calo-

rammixto, sed & à laboribus, & uulneribus. hæc in lib. 1. de mor. num. 16. & subdit. Fit etiam scilicet præter alios modos, & causas suppuratus, si pituita ex capite in pulmonem destillet. & primum ut plurimum latenter defluit, tussimque tenuem exhibet, & sputum paulò amarius solito, & aliquando tenuis adest calor, temporis autem progressu exasperatur pulmo, & intus exulceratur à pituita inhærente, ac putrescente. & grauitatem exhibet pectori, & dolorem acutum antè, & retrò, caloresque acutiores in corpus incidunt, & pulmo à calore trahit ad se pituitam ex toto corpore, & maximè ex capite: caput uero calefactum ex corpore. & hanc putrescentem subcrassam spuit. quanto autem magis tempus progreditur; tanto magis pus sincerum spuit, & febres acutiores fiunt, & tussis frequens, & fortis, ac inedia uexat, atque tandem aluus infernè turbatur. turbatur autem à pituita. pituita uero de capite descendit. hic, cum ad hoc peruenerit; perit, purulento, ac putrido pulmone facto; aut uentre infrà erumpente. Et subdit num. 11. suppuratur uentre superiore; cum pituita de capite copiosa, & aceruatim in superiorem uentrem fluxerit. tunc putrescit, & in pus uertitur. putrescit autem maximè in diebus uiginti una. hoc igitur pus concutitur, & intus fluctuat ad latera allabens. hic siccatur, aut secetur, priusquam diuturnum fiat pus; sanus plerunque euadit. Quod dictum est de pituita defluente, asserendum est de sanguine: is enim si ex uulnere, aut ex uena effluxerit in supernum uentriculum; necesse est ipsum in pus conuerti. sic in lib. 1. de mor. num. 3. considerandum autem est tempus.

APHOR. XXXIX.

Si quis sanguinem minxerit, & grumos, & stillicidio vrinæ laboret, & dolor inciderit in fœmur, & imum ventrem, pectinemq;, quæ circa vesicam, male se habere significatur.

Sanguinis, purisque mictio, ac urinæ stillicidium sunt communes renum, ac uesicæ notæ. dolor autem fœmoris, imi uentris, ac pectinis his communibus signis additus ulcus uesicæ significant: atq; eò magis, si grauis odor adsit: legitur enim in lib. 4. aphor. 81. si sanguinem, aut pus minxerit, aut squamulas, & grauis odor adsit; uesicæ ulcerationem significat.

APHOR. XL.

Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis stupore elanguit, tale est melancholicum.

Melancholia, quæ à latinis atra bilis appellatur, uel dum mouetur; ex se plurimos gignit flatus, vel partes corporis afficiendo, efficit, ut ijdē excitentur. cum ergo flatus hi frigidi sint, ac multi; penetrant, ut legitur in lib. de flat. ac inflant carnes. unde partes corporis stupidæ fiunt. Et, siquidem plurimi flatus per uniuersum corpus discurrunt; totus homo syderatur: si per partem; pars illa percutitur. atq;, ubi abierint flatus; cessat & morbus. quapropter quibus repente lingua tremula fit, aut repente aliqua corporis pars attonita, siue stupida fiat, eas humor melancholicus apprehendit, cuius humoris pars uersa est in flatum frigidū, aut partes corporis affecit adeo,

ut

ut hæ sibi ipsis obsint, aut læsionem alijs communicent. Hunc apho. confirmat locus ex lib. de Coa. præno. qui est. Num lingua tremula mentem non firmam significat? Et in li. 1. prædictio. linguæ tremulæ signum sunt mentis non firmæ.

APHOR. XLI.

Si timor, atq; mœstitia longo tempore hominem habentes perseuerauerint, tale est melancholicum.

Hunc aph. explicauimus in lib. 6. apho. 23.

APHOR. XLII.

Si senioribus supra modum purgatis, singultus superuenerit, non bonum.

Singultus est conuulsio quædam, ut aliàs scribit Hip. conuulsio uerò, quæ ex superflua fit purgatione, mala est: ab inanitione enim prouenit. sic & singultus præsertim in senioribus. quare in lib. 5. apho. 4. sic legitur. Ex superflua purgatione conuulsio, aut singultus malum.

APHOR. XLIII.

Si febris non ex bile habeat, multa aquæ calidæ capiti superinfusa, solutio fit febris.

In lib. 2. de mor. pop. sect. 7. hunc apho. optimè explicatum reperimus. uerba autem talia extant. Si hominem calor corripiat non a bile, neque à pituita; sed aut à lassitudine, aut aliàs febriat; aquam multam calefacito. deinde ea superinfusa caput rigato, donec pedes sudarint: & farinam crassissimam coquito: Postquam autem pedes sudarint; farinam plurimam & calidissimam edens, ac uinum meracum insuper bibens, uestimentis contectus facilè

quiescat.

quiescat, aut narcissi duo, aut tria capita in cœna edat. Hinc percipiendum est remedium id tantũ conferre ad febres à causis externis ortas, & quo pacto sit aqua affundenda.

APHOR. XLIIII.

Mulier ambidextera non fit.

Est mulier uir imperfectus: siquidem à debiliori, ac humidiori fit genitura. quare eius vires imbecilliores existunt. Sed qui uir ambidextera utitur, is ualidior est, quàm qui tantùm alteram dexteram exercet: dextera enim pars magis robusta est, quam sinistra. unde, cum mulier sit debilior, quam uir, qui ut raro ambidexter est; neque ea unquam talis reddetur.

APHOR. XLV.

Quicunque suppurati uruntur, uel secantur, si pus purum fluxerit & album, euadunt: si uerò subcruentum, & fœculentum ac fœtidum, pereunt.

In puris extractione non totum quidem eodẽ extrahatur tempore: etenim suppurati omnes, ac hydropici, qui uruntur, aut incidantur, si pus aut aqua confertim effluxerit, moriuntur. Verùm pus è suppuratis tutum est purum, & album: subcruentum uero, fœculentum, ac fœtidum pernicioſum existit. idem sentit in lib. prog. nu. 7. ubi hæc leguntur. Pus optimum est, quod est album, & æquale, & lene, & quàm minimè graueolens. quod uero huic contrarium est, pessimũ. Et subdit num. 19. Quicunque suppurati uruntur, quibus quidem purum pus fuerit, & album; & non fœtidum, hi seruantur: quibus autem subcruentum, & cœnosum, hi pereunt. Vstione utebantur priscæ

priſci medici ad ſuppuratos inſtrumenta erant ferramenta, fuſi buxei in oleum feruens tincti, fungi, linum crudum accenſum, leuis ſtipula. ad ad partes carnoſas ferramenta, & alia ſolida affigebant: ad neruoſas, & oſſeas leniora. Vnde in li. de inter. affect. Vrere oportet carnoſa ferro, oſſea, & neruoſa fungis. ſed partes corporis inſpiciamus: nam dextras urere, & ſecare lethalius eſt: quanto enim robuſtiores ſunt dextræ partes; tanto etiam fortiores morbi in ipſis fiunt. ſic in lib. 3. de mor. nu. 26.

APHOR. XLVI.

Quorum hepar ſuppuratum aduritur ſi pus purum fluxerit, & album, euadunt: in tunica enim is pus continetur. ſi verò qualis amurca fluat, pereunt.

Quod de ſuppuratis dixit, idem affirmat de ſuppurato hepate: in uniuerſum enim, ut antea oſtendimus, pus optimum eſt, quod album exiſtit, æquale, leue, & minimè graueolens: contrà peſſimum.

APHOR. XLVII.

Dolores oculorum poſt meri potionem, & aquæ calidæ balneum, venæ ſectione curato.

Hunc apho. explicauimus in lib. 6. apho. 31.

APHOR. XLVIII.

Aqua intercute laborans ſi à tuſsi habeatur, deſperatus eſt.

Et hunc aph. explanauimus in lib. 6. aphor. 35. ubi ait. Aqua intercute laborantibus, tuſsis ſuperueniens malum.

APH.

APHOR. XLIX.

Vrinæ ſtillicidium, & mingendi difficultatem, vini potio, & venæ ſectio ſoluit, incidere autem interiores.

Vrinæ ſtillicidium, & mingendi difficultas fit & per ſe, & per conſenſum. quod malum ſit per conſenſum, curare oportet partem, quæ lædit, ut rectum inteſtinum, & uterum: nam uel recto inteſtino, uel utero inflammatione affectis ſtranguria ſuccedit: comprimunt enim ueſicam. ſed ad incommoda per ſe genita maximè confert vini potio, & uenæ ſectio; de qua ſic ſcribit Hip. in lib. 2. de mor. pop. ſect. 7. Vrinæ ſtillicidium ſoluit uenæ ſectio. in lib. de affectio num. 29. Vrinæ ſtillicidii modi quidem multi, & omnigeni ſunt. conducit autem forinſecus corpus balneis mollire, intrinſecus verò humectare: aluum quidem per cibos, à quibus fluuida fiat: ueſicam uero per potus, à quibus urina quamplurimum diffunditur. danda ſunt & urinam cientia, dolorem ſedantia. Morbus autem fit à pituita: & cum ueſica ſiccata fuerit, aut perfrigerata, aut euacuata; dolorem exhibet. cum vero humida eſt, & plena, aut etiam diffuſa; minus. Fit autem ſenioribus diuturnior hic morbus: iunioribus autē breuior: neutris verò lethalis. Differt aūt mingēdi difficultas ab vrinæ ſtillicidio intenſione, & remiſſione.

APHOR. L.

Ab angina habito, tumor, & rubor in pectore ſuperueniens, bonum: extra enim vertitur morbus.

Cū aliàs in ſuperioribus libris de angina abunde eſſemus locuti; pauca hoc repetemus tpe ex lib.

li.progno,atq; ex Coa.præno.deſumpta . uerba quidē ſunt . Anginæ , quæ neq; in collo,neq; in faucibus quicquam conſpicuum faciunt; uerùm ſuffocationem uehementem, ac ſpirandi difficultatē inducunt,cadē die,& tertia occidunt . Quæ uerò tumores, & ruborem in collo accipiunt,in cæteris quidem conſimiles ſunt , verum diuturniores. Quibuſcunq; uero & fauces,& ceruix,& pectus ſimul rubuerint, diuturniores ſunt ,& ex ipſis maximè ſeruantur,ſi non recurrerint rubores:ſi uero diſſipentur,neq; tuberculo foras conuerſo,ac collecto, neq; pure leuiter,ac ſine dolore excreato , neq; in diebus iudicatoriis, perniciosæ ſunt.Num etiam ſuppurati fiunt:ſecuriſſimum autē eſt ruborē,& abſceſſus quammaximè foras verti.Eryſipelas vero foris quidem accedere,commodum eſt:intro autē conuerti , lethale. Conuertitur autem intro;cum diſparente rubore,pectus grauatur,& difficilem ſpitationem habet.quibus uero anginæ ad pulmonē uertuntur, partim in ſeptem diebus pereūt,partim euadentes ſuppurati fiunt , ſi non eductio pituitoſa ſurſum ipſis fiat.Hæc de anginæ modis, & explicatione apho.ex Hip.ſententia.

APHOR. LI.

Quibus cerebrum ſphacelatum, ideſt,corruptum eſt , in tribus diebus pereunt : ſi verò hos euaſerint,ſani fiunt.

Si cerebrum corruptum fuerit ; dolor ex capite ſpinam occupat, & ad cor animi deliquium procedit , & ſudor adeſt , & ſomni expers eſt , & ex naribus ſanguis fluit . ſæpe etiam ſanguinem uomuit . Corrumpitur autem cerebrum

tali

tali modo: cum aut nimium calefactum, aut perfrigeratum, bilioſum, aut pituitoſum plus ſolito factum fuerit. Vbi uero horum aliquid perpeſſum fuerit; etiã ſpinalem medullam ſupercalefacit. &, cum etiam hæc percaleſcit; dolorem ſpinæ inducit. Animo uero linquitur homo; cum pituita, aut bilis ad cor conſiſtit. conſiſtere uero neceſſe eſt, commotis, ac humectatis. Sudor autem ſit præ dolore. Sanguinem uero uomit; cum uenæ, quæ ſunt in capite, a cerebro fuerint calefactæ: quæ uero circa ſpinam ſunt, a ſpina: ſpina autem a ſpinali medulla: medulla uero a cerebro, unde ſanè trahit originem. cum igitur calefactæ fuerint uenæ, & ſanguis in ipſis efferbuerit; quæ quidem in capite ſunt uenæ, diſtribuunt ipſum ad nares, & ad os: quæ uero circa ſpinam ſanguifluæ in corpus. Hic tertia, aut quinta die plerunque perit. ſic de cerebri corrupti notis, & cauſis ex lib. 2. de mor. nu. 5. aph. vero comprobat, ac explanat lib. de Coa. præ. ubi inquit. Cerebro corrupto, alii in tribus diebus, alii in ſeptem moriuntur. hos uero ſi effugerint; ſeruantur. quibus autẽ ex his refectis, os diſparatum repertum fuerit, hi pereunt.

APHOR. LII.

Sternutamentum fit ex capite calefacto cerebro, aut humectato eo quod in capite inani: Aer enim intus contentus extra erumpit. Sonat aũt; quoniam per anguſtũ ipſi eſt exitus.

Cauſa ſternutamenti eſt materia humida in vaporẽ reſoluta in cerebro vel in partibus cerebrũ circunſtantibus, quæ loca uacua dicuntur. Efficiẽs eſt calor internus, aut externus. Sonitus etiã eſt uapor, ſiue flatus in narium anguſta coactus.

Hæc

Hæc ex Hip. verbis. Arist. in par. 33. aph. 2. q̄rit, cur siquis sternutaturus oculum perfricuerit, minus sternuet. respondet. an propterea quòd sternutamentum à quodam excitatur calore. fictio aũtẽ calorem tiere potest. qui calor quoniã locus quo sternutamus, oculis in propinquo est; alterum sternuendi calorẽ tollit, quemadmodum minor ignis ampliorem absumit. Et prob. 4. cur qui solem aspexerint, sternutare magis consueuerunt. an quia sol calefaciens mouet perinde atque qui nares penna solicitant: idem enim vtrique agunt: quippe qui per motum calefacientes ocius spiritum ex humore eliciant. cuius excursio spiritus sternutatio est. Verum ut in superiori libro audiuimus, bona adfert quædam sternutatio, quædã etiam mala. bona quidem: cum a singultu liberet, & mulieri, quæ difficulter pariat, partũ celeritatẽ præstet. mala: nam legitur in Coa præno. sternutationes, ac grauedines in morbis circa pulmonem & antecessisse, & succedere, malum est. reliquis uero sternutatio non incõmoda est. In progno. autẽ. sternutationes in morbis lethalissimis prosunt, exceptis pulmonis morbis.

APHOR. LIII.

Quicunque hepar circumdolent, his febris superueniens soluit dolorem.

Sit autem dolor absque inflammatione: audiuimus enim in lib. 6 aph. 40. Quibus dolor circa ilium scilicet dextrum fit absquẽ inflammatione, his febris superueniens morbum soluit. In Coa. uero præno. sic legitur apho. Hepar derepente circumcirca dolentibus febris accedens dolorem soluit.

APH.

APHOR. LIIII.

Quibus à venis sanguinem mittere confert, his vere venam oportet secare.

Non omnibus confert venæ sectio; sed quibus expedit, his maximè vere fieri oportet. conducit autem his, quibus sanguis vere augescit: tunc enim & frigora remittunt, & imbres superueniunt. sanguis autem iuxta hæc augescit, ab imbribus videlicet, & calidorum dierum tempore: hæc enim anni pars maximè iuxta naturam ipsi conuenit: est enim calidus, & humidus. signa autem hinc colligere licet, quòd homines vere, & æstate maximè dysenterijs corripiuntur, & sanguis ex naribus ipsis fluit, & calidissimi sunt, ac ruberrimi. Hæc ex lib. de Nat. hu. Atq; his de rebus, & ex his sectio venæ confert.

APHOR. LV.

Quibus inter ventriculum, & septum pituita reposita est, & dolorem affert nõ habens exitum, neq; ad alterũ ventrẽ, his per venas ad vesicam pituita versa, soluitur morbus.

Legitur in lib. de Affectio. nume. 16. Pituita, & bilis compacta fortia sunt, & præualent in quacunq; corporis parte constiterint, & dolorem, ac laborem fortem exhibent. diffusa verò debiliora sunt, quacunq; corporis parte manifesta fuerint. Pituitæ sedes est caput. ea quidem si copiosior euadat, quàm par sit, & in capite multum maneat; dolorem capiti exhibet, si in venis sit. si ad corpus deueniat, atq; illic alio humori ammixta fuerit, & multa; statim corpus lædet:

si pauca;

ſi pauca; non adeo lædere poterit; cum magnum ſit corpus, ſi non & aliud quoddam principium ipſi reliquum ſit. verùm temporis progreſſu ſi alia pituita ſuperaccedat; lædere vtique poterit. At, ſi corpus, veſicæ, ac ventriculo deleget, atq; hæc foras perferant; nihil mali ex ipſa habebit. ſic in lib. 4. de mor. num. 7.

APHOR. LVI.

Quibus hepar aquæ plenum in omentum eruperit, his venter aqua repletur, & moriuntur.

Quomodo autẽ id fiat, ac quomodo curetur, docet lib. de inter. Affectio. nu. 25. verba autem extant. Ab hepate fit aqua intercus; cum in hepar pituita acceſſerit, & hepar ipſam ſuſceperit, & ſatum inducit. Deinde temporis progreſſu aqua impletur: poſtea rurſus in corpus incidit. & tumor in tibiis, ac pedibus ineſt: & hepar durum eſt, ac tumet, & clauiculæ attenuantur. curationis verò modos ibidem ſubiungit: quos in principio adhibere oportet: nam progreſſu temporis periculum imminet, ne aqua in omentum irrumpat, atque ægrum occidat. Hæc Hip.

APHOR. LVII.

Halyce ideſt anxitudo, oſcitatio, horror vinum æquale æquali potum ſoluit ægritudinem.

In lib. 2. de mor. ſect. 6. hunc aphor. Hip. confirmat his verbis. In anxietate, horrore, oſcitatione, dato vinum pari aquæ menſura ammixta. Et ſectio. tertia eiuſdem libri. medela aſſiduarum oſcitationum ſpiratio longa. non

potantibus, & uox, ſpiratio breuis. Cauſa autem harum paſſionum eſt flatus: multus enim coacer uatus, & cumulatim ſuperna petens commouet, & diducit os : cum per hoc facillimus ei exitus pateat : nam quemadmodum ab aquis in lebete feruentibus uapor multus eleuatur ; ſic & corpore calefacto penetrat p os aer cõuolutus, & quadam vi erumpit . ſic in lib. de flat. Qui uerò non erumpit; ſed intra corpus manet; horrores, ac tremores promouet.

APHOR. LVIII.

Quibus in urinario meatu tubercula fiũt, his ſuppuratione facta, & eruptione, ſoluitur dolor.

Hunc apho. explanauimus in lib. 4. aph. 82.

APHOR. LIX.

Quibus cerebrum aliqua ex cauſa concuſſum fuerit: neceſſe eſt ſtatim muros fieri.

In lib. 3. de mor. nu. 3. ſic legitur. Si cerebrum concuſſum fuerit, ac doluerit eius, qui percuſſus ſit ; neceſſe eſt eueſtigio mutum fieri, & neque uidere , neq; audire. in li. autem de Coa. præno. Quibus cerebrum concuſſum fuerit, & doluerit, percuſſis, aut aliàs lapſis, hi ſtatim uoce priuantur, & neque uident, neque audiunt, & plerunq; moriuntur. ſi uero cerebrum uulneretur; febris plerunque, ac bilis uomitus accedit, & corporis ſyderatio , atque tales perniciosè habent. Hæc Hippo. ad explanationem , & confirmationem aphoriſ.

APHOR. LX.

Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit: fames enim corpora siccat.

Ad corpora exiccanda fames plurimum confert, sed & alia, quæ in lib. de Salu. diæ. leguntur sic. Pingues, & qui graciles fieri uolunt, omnes labores ieiuni facere debent, & cibos assumere anhelantes adhuc ex fatigatione, non refrigerati, præpoto uino diluto, & non ualde frigido, & obsonia præparata assumere ex sesamis, aut condimentis hortensibus, & aliis huiuscemodi. sint autem obsonia pinguia: sic enim à quàm paucissimis impleri poterint. sed & semel in die cibum sumere, & illotum manere, & stratum durum habere, & nudum deambulare oportet, quantum eius maximè fieri potest.

APHOR. LXI.

Vbi in toto corpore mutationes, & corpus refrigeratur, & rursus: calefit, aut colorem alium ex alio commutatur, longitudo morbi significatur.

Hunc aph. in lib. 4. apho. 40. explicauimus.

APHOR. LXII.

Sudor multus, calidus, vel frigidus semper fluens, humorem abduci, robusto quidem suprà: debili verò infrà significat.

Et hunc exposuimus apho. in lib. 4. aph. 42.

APHOR. LXIII.

Siquis cibum febricitanti dederit, vt sano robur, sic laboranti morbus.

In morbis prisci vtebantur potu, sorbitione, & cibo, si morbus postulabat. primis diebus potum propinabant, deinde sorbitionem, ac tandem cibum. sed de huius victus ratione in primo lib. copiosè egimus. in lib. autem de lo. in homi. nu. 39. legitur. Febrienti cibum non offeras, neque sorbitionibus subtus aluum ducas. in potu dabis aquã calidam, & aquam mulsam, & acetum cum aqua: hæc autem quàmplurima bibat: si enim non frigidus ingressus fuerit potus, calidus existens, ac manens; ex corpore ægroto detrahet, & vel per vrinam eiiciet, vel exudabit. vndequaq; autem apertum, & respirans, ac motum corpus id, quod conducibile est, faciet. Cùm verò dare volueris sorbitiones; probè nosse oportet, quibus in morbis conducant: nam, vt in lib. de Vete. med. nu. 12. statim vbi hoc feceris; exacerbantur febres, ac dolores: & manifestum fit, quòd assumptũ morbo quidem alimentum, & incrementum præbet: corpori verò tabes, & infirmitas existit.

APHOR. LXIIII.

Quæ per vesicã excernuntur inspicere oportet, si talia qualia sanis excernuntur. Quæ igitur minime similia sunt his, hæc morbosa. Quæ verò sunt sanis similia, hæc minime morbosa.

In morbis bonum existit, si corporis partes sanis similes sint, & operationes tum naturales,

tum

tum animales. vnde & effectus fient boni, veluti excretiones omnes quales sanis, & cogitationes, & alia. nec sufficit, quòd talia, quæ per vesicam externuntur, sint sani; ipsis similia in qualitate, sed etiã in quantitate, & in tempore: dicit enim Hip. in lib. progno. nu. 11. optima est vrina, cum fuerit alba subsidentia, & leuis, & æqualis per totum tempus, donec iudicatus fuerit morbus: significat enim securitatem, & morbum fore breuem. si verò intermiserit, & aliquando pura mingatur, aliquando subsidet album, ac leue; diuturnior fit morbus, & minus securus. Et in lib. de Denti. pueri sugentes si multum mingant; minimè anniculi fiunt.

APHOR. LXV.

Et quibus deiectiones si stare permiseris & non moueris, veluti strigmenta subsistent: & si pauca, paucus est morbus: & si multa, multus. His confert alui purgatio. quod si aluo non purgata dederis sorbitionẽ, quanto plures dederis, tanto magis nocebis.

Aphorismus videtur cum superiori copulari adeo, quòd vterque de vrinis sit. quod non sentit profecto; cum plura implicata, atque confusa appareant. siquid autem ad rem faciant, hæc legamus ex lib. de iudica. Vrina in febribus si mutationes habeat; diuturnitatem temporis significat. necesse est ægrotum mutari & ad deteriora, & ad alteram partem. Et in lib. 1. præd. vrina paululum stridens, medicamentis hominem opus habere significat, aut morbum aliquem circa vesicã habere. Et in lib. de Vict. rat.

vt in morbacu. Quibus vrinæ in principio nebulosæ, aut etiam crassæ sunt; tales depurgare oportet, si etiam alia contulerint. De his quæ diximus nihil mirum est, cum vrinæ morbos indicent aut ægrè, aut facilè iudicandos, item breues, aut longos.

APHOR. LXVI.

Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ, sanguineæ, biliosæ, & fœtidæ, omnes malæ. Quum verò bene excernuntur, bonum est, & per ventrem, & per vesicam. & vbi aliquid secedens steterit non purgatum, malum.

Hunc apho. habemus in lib. 4. aph. 47. his verbis explanatum. Excretiones in febribus non deficientibus liuidæ, cruentæ, & fœtidæ, & biliosæ omnes malæ. at quæ bene exeunt, bonæ tum per deiectiones, tum per vrinas. si verò nihil eorum, quæ conferunt, per hæc loca excernatur, malum. Explanatio ibi est petenda.

APHOR. LXVII.

Corpora oportet vbi quis purgare voluerit fluida facere, & si supra, sistere aluum: si verò infra, humectare.

Et hunc aph. exposuimus in lib. 2. aph. 9. quando supra, & quando infra sit purgandum. Et, quanquã id in eodem aphor. est explanatum; tamen in lib. 1. aph. 21. & lib. 4. aphor. 17. 18. 20. dictum est quoque.

APHOR. LXVIII.

Somnus, vigiliæ, vtraque modum excedentia, morbus.

Et

Et hunc in lib. 2. aphor. 3. explicauimus.

APHOR. LXIX.

In febribus non intermittentibus si exteriora frigent, inieriora vruntur, & febris habeat, lethale.

Et hunc explanauimus in lib. 4. aphor. 48.

APHOR. LXX.

In febre non intermittente si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si non videat, si non audiat, & iam debilis sit, quicquid horum fuerit, mors propè est.

Hunc quoq; explanauimus in lib. 4 aph. 49.

APHOR. LXXI.

A pituita alba, aqua intercus superuenit.

Quid sit alba pituita, quæ causæ, quæ notæ eam significant, ostendimus aph. 29. huius libri. ab hac maximè in aquam intercutem transitus fit hoc modo. Pinguedo colliquescit, & à calore, qui in pituita est, fit aqua. Cognosces autẽ hoc, si quis sanari possit, aut non: donec enim quis in pectine pinguedinem habet; fieri non potest, vt ipsum sanes. cognosces autem ex his maximè, an pinguedo insit in pectine, aut non. siquidem febres succedant, & non potest exurgere, & vmbilicus in flatus extra prominet; indicium est non amplius inesse pinguedinem, & sanabilem esse. curationem autem pete, sic & ea, quæ diximus, in lib. de Inter. affect. nu. 24. Quòd verò ex alba pituita aqua intercus fiat, comprobat lib. 1. de mor. num. 3.

APHOR. LXXII.

Ab alui profluuio, & difficultas intestinorum.

De lienteria, quæ à latinis intestinorum leuitas appellatur: de dysenteria, quæ intestinorum difficultas: ac de diarrhæa, quæ alui profluuium dicitur, aliàs copiosè egimus. hi tres morbi consimiles sunt, & ab eadem causa. Profluuium uentris longum cum detinetur; secedunt primum liquida, quæ sunt ingesta, postea pituita. Dysenteria cum habuerit; dolor adest per totum uentrē, & tormen, & egerit bilem, ac pituitam, & sanguinem combustum. Morbus hic fit, ubi bilis, & pituita in uenas, ac aluum incubuerint. ægrotat autem & intestinum, & raditur, ac exulceratur. Hæc ex lib. de affect. nu. 24. ad 26. ex quibus intelligere possumus, quonam pacto transitus fiat a diarrhæa in dysenteriam.

APHOR. LXXIII.

A difficultate intestinorum, leuitas intestinorum superuenit.

Ad dysenteriā tenesmus transit, & a dysenteria lienteria, siue leuitas intestinorum sequitur. ex lienteria in aquam intercutem fit transitus. sic in lib. 1. de mor. nume. 3. in lienteria cibi secedunt non putrefacti, liquidi: dolor autem non adest, & corpus attenuatur. Fit autem, cum ex capite, & superiori ventre pituitæ defluxus fit in ventrem inferiorem. quod vbi contingit; cibi ab ipso frigefiunt, ac humectantur. & secessus ipsorum non putrefactorum velox contingit. & corpus liquescit, dum simul cibi per multum

tempus

tempus in uentre non concoquantur, & simul à uentre calido præter naturam calescit. Habemus hæc in lib. de Affectio. nu. 25. ex quibus modum discere possumus, quo dysenteriæ in lienteriam fiat transitus.

APHOR. LXXIIII.

A corruptione, abscessus ossis.

Quæ corruptio sit hæc, percipi potest ex li. 6. aphor. 25. ubi sic legitur. Os abscedere est necesse, & cicatrices cauas fieri, si ulcera annua, aut etiam diuturniora fiant.

APHOR. LXXV.

A sanguinis vomitu, tabes, & puris purgatio, supra.

Hunc apho. aliàs explicauimus. Si sanguis ex uulnere, aut uena effluxerit in supernum uentriculum, hoc est, in pectus; necesse est suppurari. sic in lib. 1. de mor. nume. 3. ex suppuratis tabidi fiunt, sicut ex tabidis suppurati. sed cum puris sputum retineatur, quæ est per superas partes purgatio; moritur æger.

APHOR. LXXVI.

Qualia fuerint uesicæ, aut alui excrementa, & ex carnibus, & sicubi alibi à natura corpus exierit, si parum, paucus est morbus: si multum, multus: si ualde multum, lethale est.

Quot sunt instrumenta, quæ concoquendo alimento ad corporis conseruationem, atque ad restaurationem seruiunt; tot quoque sunt concoctiones, tot alimenti mutationes, tot eiusdem excrementa. Extant quidem uentri-

culi

culi excrementa, quæ per aluum eiiciuntur: extant hepatis, & uenarum, quæ per uesicam, & aluum: extant carnium, & aliarum corporis partium, quæ per sudorem, uesicam, aluum expelluntur; sed per eam partē scilicet, quæ magis apta, opportunaq; est. Fit morbus, si quod horum excrementorum diutius in corpore moretur, quā natura postulat. Ex hoc retento si morbus accedat, deinde natura adeo uigeat, ut expellere queat, & sit multum id, quod expellitur; signum est maximam inesse in corpore causam, quæ periculum inferat. si uerò paucum; humoris paucitate significat corpus detineri. si demum admodum copiosum sit; lethale est.

FINIS.

INDEX

A

Abortus causa. 101. 102. 176.

Abscessus duplex, per effluxum, & per decubitum. 145. suprà fiunt in morbo veloci, in lento infrà, & vbi est dolor. 136.

Acuti morbi quot, & qui dicantur; & cur. 13. 215. 171. à qua causa. 65. 66. quis locus. 215. frigus extremarũ partium cur malũ. 215. alius in alium transit. 219. l. Morbi.

in Acutis medicari eadẽ die si turget. 124.

Adolescentis natura. 31. 115. temperatura. 31.

Aeger homo quis dicatur. 2. signa. 60.

Aestas est calida, & sica. 99. morbi. 105.

Aetatum temperatura. 31. morbi. 113.

Aetates ad tempora bene vel malè se habent. 64. 106.

Alba pituita. l. Pitu.

Alimentum quo pacto sit considerandum. 4.

Alimento plurimo egent qui plurimum habent calidi innati. 30. l. diæta, Victus.

Alui egestio optima quæ. 63. l. Egestio, & diectio.

Alui humectaturi signa. 194.

Alui profluuia à qua causa. 105. à pituita salsa. 163.

Ambustæ partes frigidæ, molestè cur ferant. 168.

Angina à qua causa fiat. 105. securiores, lethales. 231. horrendissimæ, ac valde lethales quæ. salubriores. diuturniores. 201. lethales in febre. 136.

Anginæ tumor si fiat in collo. 1. extra vertatur, bonum. 205 si ad pulmonem vertatur, occidit,

dit, vel delyrium induceit, uel suppurationem.
Anbelationes à qua causa. 111.
Annus saluberrimus quis sit. 98.
Anni tempora duplicem habent naturã, propriã, & aduentitiam, quæ duplex existit. 98. 99. 100. bona, mala. 99. morbos curant, & producunt. 95. 94.
Aphthæ à qua causa fiãt. 113.
Apoplexia à qua causa. 105. 213. signa, & curatio. 210, 211. quæ ætate. 213.
Apoplexia duplex, fortis, & debilis. 82. l. sydera-tio.
Aquæ potabilis vires. 166.
Aquæ leuissimæ est, quæ cito calet, & cito frigefit. 170.
Aquilonis facultates. 105. l. Boreas.
Aromatũ suffitus mulebria ducit, sed grauat caput. 170.
Articulorum doloris causa. 135. & abscessus. 135. a siccitate. 105. signa. 155. dolores, lactumores leuat frigida. 170
Asthma quando, & quibus. 114.
Astronomia ad rem medicam confert plurimũ. 122,
Atrabiliarium significat timor, et mœstitia. 200.
Atrabilis ortus à victu, & ab humore. 72.
Atrabilis quas capiat ætates. 213. viget autumno. 99.
Atrabiliarij comitiales fiunt. 111. conferunt hæmorrhoides superuenientes. 195.
Atrabilis l. Melãcholia, & Bilis atra.
Aurium humiditates à pituita fiunt. 213.
Aures obsurdescentes in febri-

febribus curat sanguis ex naribus fluens, aut alvus turbata. 149.
Austri vires. 95. constitutiones. 105.
Autumni vires, & natura. frigidus, & siccus. 99. cur lethifer. 99. cur malus tabidis. 100.
Autumnales morbi quando. 95. & 9 morbi. 110.

B

Balbos quæ incommoda deprehendant. 203.
Bilem parit æstas. 97.
Bilis atra quibus, & a qua causa. 103. frigefacit corpus. 110. est viscosissima, & sedes facit diuturnissimas. 110. qua ætate vigeat. 110.
Bilis flava omnium humorum leuissima, atra grauissima. 124.
Bilis flava æstate viget. 109. atra autumno. 110.
Bilis mixta sanguini eũ serosum facit, & calfacit. 220.

Boreæ vires. 95. est omnium saluberrimus. 96. gradus tres viriũ. 96.
L. Aquilo.

C

Calculi ortus à qua causa. 156. & quo modo. 156. cur pueris. 114.
Calor innatus quot dicatur modis multus, vel paucus. 33. plurimus hyeme, & vere. 32. his qui crescunt. 30. peris duplicẽ ob causam. 32.
Calidarum rerum vires. 166. quibus corporis nostri partibus affectis cõferat. 168.
Calida aqua quibus affert. 168. 169.
Calui cur, et natura. 204
Caluitiei causa. 202.
Cancros occultos cũ minus est nõ curare, quia longius homo vivit. cancrorum notæ. quibus. 205.
Capillorum defluxus causa. 202. ortus causa, &

non

non ortus in mulieri- bus. 202. sit à pituita salsa. 64.
Caput grauat suffitus aro matum. 1701
Capitis doloris futuri si- gnum. 153.
Capitis parti posteriori do lenti confert vena recta in fronte incisa, alia quo que remedia. 188.
Capitis dolorẽ curat pus, aqua, vel sanguis ef- fluens. 194. alia reme dia. 195.
Catarrhi causæ, & mo- dus. 112. 228.
Catarrhi de capite quot, & qui. 119.
Catarrhi frequentiores à qua causa. 117.
Cerebrum, & quæ oriun tur à cerebro frigida tri stantur, & calida gau dent. 166.
Cerebrũ discissum letha- le. 199. vulnerati si gna. 210. concussi signa. 233. sphacelati signa, 174.
causæ. 231.
operatio quo pacto sit considerandæ, ac cognoscendæ. 6.
Cibus respicit seipsum & hominem. 81.
Cibaria leuissima q̃. 22. grauissima quæ. 22. 23
Cibus copiosior, quàm res postulat, morbum fa- cit. 60.
Cibi quomodo, & qui ex- hibẽdi in morbis. 36 alii in morbi initio, aut in vigore. 25. in accessione est amouendus. 25. 26.
Cibus, & potus parum de terior, sed suauior præ- fertur aliis minus suaui bus. 81.
Cibum appetentes in mor bis quid efficiat. 78. 78
Cibum post morbum be- ne accipiens, nihilq; pro ficiẽs malum. 77. l. Ci- lia, Victus, nutrimen- tum, diæta.
Clamat præ putredine.

Colliquationis signum. 226 227.
Concausæ tres. 101.
Conceptio quomodo fiat. 175.
Conceptionem impedientia. 173.
Conceptioni inepti vteri. 176.176.177.
Conceptionis futuræ cognitio: 182. signa: 182. 183. 175. signum est os vteri clausum. 179.
Conceptionis spes quæ sit. 172.
Conceptionem iuuat venæ sectio à manibus, & pedibus. 171. l. Grauida.
Concoctio fit ex permixtione, tẽperaturaq; mutua. 41.
Concoctio, ac maturatio quæ à natura fiat. 29. cõcoqui quæ possint. 41.
Concocta quæ sint. 41.
Concoctio alimenti facilè fit hyeme, & vere. 32. difficilè æstate, & autumno. 37.
Concocti humoris, & expellendi signa. 42.
Concocta medicari quid sit. 40.
Consuetudo quid. 88. consueti cur facilius ferunt labores, quàm inconsueti. 88. consueta quanquã deteriora insuetis minus molestant. 88.
Consuetudo in quibus attendẽda rebus pro ægro curãdo. 35. quo modo sit mutãda in rebus. 36. in victu quo modo considerãda. 36.
Conualescentis, qui pluri cibo vtatur, signum est virium imbecillitas. 54.
Conuulsio quid sit, à quibus causis, ante febrem, & cum febre quid significet. 73.74.
Conuulsio cuius partis sit affectio, & quibus de causis fiat. 206.160.
Conuulsiones vehementes à qua causa. 116.
Conuulsio fit per se, vel per

per consensum per se, vel fit ab inanitione, vel à repletione. 158. & hæc pessima si partes aliquas occupet. 158. ab inanitione quæ. 158. lethalis ex medicamenti potione. 158. ab acri qualitate, & quomodo. 158.
Conuulsioni obnoxij qui. 152.
Conuulsio vt maxuum, pedum vnde. 161.
Conuulsio fit à superflua purgatione. 159. ex vulnere lethalis. 159. ex ebore lethalis. 158. ab æstibus fortibus malũ. 221. in vigil. 222. 223.
Conuulsionis signũ est spiritus offendens in febribus. 152. in fluxu muliebri malum. 180. in febre malum. 152.
Conuulsionem quæ remedia soluãt. 147. febres. 157. quartana. 190.
Cordis palpitatio à qua causa. 111.
Cor vulneratum lethale. 199.
Corporis partes habent vationem & ad se ipsas, & ad alia. 106
Corpora humida quæ inuent. 234.
Corporis magnitudo duplex. 91.
Crassitudo ad imum ventrem melior est in morbis, q̃ extenuatio. 80.
Crassi citius pereũt quàm graciles & cur. 83.
Crisis duplex, perfecta, & imperfecta, & causa, & quot conditionibus. 57. 58. 59. vt perfecta sit, quæ, & quot. 39 perfecta fit die impari, imperfecta pari, et cur. 69.
Crisis non perfecta quas ob causas. 39.
Crisis in septima fieri signum. 154.
Coxendicũ doloris diuturni prognostica, et causa. 213. 214. & qũo fias. 214. et causæ. 214. 215.

Curationem

Curationẽ facilẽ, ac difficilẽ quænã reddãt. 116.
Cutis aridæ, & siccæ significat siccitatẽ, laxa, & rara sudorem. 190.

D

Debilitas ægri triplex. 22
Debilitatem significat corpus plus contabescens in febre, q̃ res postulet 75.
Deiectiões cõmodæ, et viles, q̃ correspondent naturæ morbi, ægrotãtis, anni tẽpori, et regioni. 45.
Deiectiones cõsiderantur non quantitate, sed eà qualitate, quam æger facilè ferat. 44.
Deiectiones sinceræ mellæ. 218.
Deiectiones nigræ et aliæ tales pessimæ: 129. letha les quæ. 130. similes sa nis bonæ. 130. l. Egestio.
Delyrium. 1. Desipientia; Insania, phreniti.
Desipiens fit homo à quain. 101.
Desipientia fit præfebris copia, & ex motione non solita sanguinis facta à bile, & eius ad serositatẽ transmutatione. 220.
Desipientiæ cum risu cur securiores. 211.
Desipiẽtia in vigilia malum. 222. 223.
Diarrhoeæ causæ, signa. 236 solum vomitus spontaneus, & alia. 198.
Dies impar cur decretorius par quoq; sed perfect.or est impar, & cur. 68. 69.
Dies quari9 cur iudex. 71
Dies à que primo sit numerandus in morbis. 71.
Diæta instituenda desiderat quatuor. 11. medicus respiciat ægrũ, morbum, & victu. 13. 14.
Diæta moderatẽ, et cõponit humorẽ modicũ iã influxiõ. 191. l. Cibus, Victus.
Distentio fit à vi calorius, aut frigoris, aut pituitæ. 160. triplex est. 160. est convulsio

quædam, & cuius partis. 160. perimit in quatuor diebus. 160.
Distentionem neruorum soluit febris. 147.
Dolor à qua causa, & quomodo fiat.
Doloris consideretur essentia, & pars dolens. 86.
Dolorem soluit modicus torpor. 170.
Dolores à neruis replens. 118.
Ducere humores quid sit.
Dysenteriæ quibus, quando, & qua de causa. 100. 101. signa. 236. descriptio, causæ. signa salubria, lethalia q;. 1. 33. mala. 192.
Dysenteriæ à sincera deiectione, quo pacto, & causa fiat. 224. lethalis est ab atra bile incipiens. signa, causæ, curatio. 131. lethalis est, si veluti caruncula exeat. 133.

E

Ebrius obmutescens repente perit, nisi febri corripiatur, & crapula coquatur. 159.
Egestio biliosa fit, quando combusta sint ea, quæ sunt in ventre. 220. l. deiectiones, & alui egestio.
Elleborus. l. purgatio.
Empÿema l. suppuratio.
Epilepsia quid, causæ, modi. 161. vnde. 135. cui ætati. 117.
Epileptici alij à natura, alij non 84. quomodo fiat, quos corripiat. cur morbus sit diuturnus. 84. quæ sanabilis, & quæ non. 84.
Epileptici qui, & quibus curantur instrumentis. 83. 84.
Epileptici fiunt atrabilia. 111.
Erysipelas veri extrà bonum, intra malũ. 201. putredo succedens malum.

lum. 223.
Euacuatio est duplex, hu moris abscedentis per effluxum, & per decu bitum. 149.
Euacuatio humorũ quan do fieri debeat, & si gna. 42. intempestiui. 11. qua parte. 40.
Euacuare oportet humorem, qui influxit, & ma lus sit. 191.
Excessus omnis malus, & cur. 50. 51. morbum pa rit. 51. est naturæ ini micus. 89. est duplex, absolutus, & comparatus. 92.
Exolui frequenter, fortiter, & absque causa ma nifesta statim pereunt. 82.
Experimentum quid sit, & triplex dicitur. 4.
Extenuati à longo tempore, leniè reficiuntur. 53.
Extremæ corporis partes quæ. 216.
F
Febris quid sit ex Arist. 101. causa non sunt pri mæ qualitates semper, sed alia cum his. 42. causa est humor excrementosus retentus. 67. sed hi humores non sunt in venis. 150.
Febris fit à duplici causa, externa scilicet & inter na. 229.
Febris post rigorem à qua causa, & quomodo fiat. 189.
Febris quomodo fiat. 86. 87. quãdo sedatur. 41.
Febres acutissimæ fiunt corpore, & carne valde fluuida existente. 100. acutæ fit vel propria na tura, vel à venæ ruptio ne. 116. 117. fiunt in siccitatibus. 97. quæ

Fluxiones fiunt à capite 112.
Fœtus corrupturi signum per venas, & quomodo. 112.
Fœcundarum mulierum signa. 184. causæ. 184.
Fœmina vt genereiur, & causæ. 178.
Fœminæ futuræ signum. 174. generatio quomodo. 174.
Fœtus quando imperfectus. 120.
Fœtui, quomodo sanguis mulieris augmentũ præbeat. 183.
Fœtus mares in dextris, fœminæ in sinistris magis. 174. 178.
Fœtus mortui, vel debilis signa. 173. 174. 179.
Fœtum debilem esse oportet mensibus prodeuntibus. 183. curatio. 184.
Fœtum sanum significat, si paucum lac effluat, ægrum, si multũ 179.
Fœtus sanus est si solidiores sint mammæ, & lac paucum fluat. 173.
Fœtus mammæ exeuntiæ. 179.
Frigefacta quæ calfacere oportet. 167.
Frigidarum rerum vires. 166.
Frigidum quibus corporis partibus sit inimicũ. 166. 167. venas rumpit, tussimque mouet. 169.
Frigida aqua quos affectus iuuet, & quos lædat. 168. 169.
Furorem significat sanguis ad mammas collectus. 174. delyrium ex sanguine ad cor, & ad septum transuersum. 174. locus. 174. insanit præ inflammatione. 174.

Gibbositatis modi, & qui gibbi fiant, & qui pereant. 208.
Gracilitas in morbis molesta. 80.

Grauedines, & raucedines nõ coquuntur in val de senibus, & cur. 82.
Grauidæ signa. 183. cur pallidæ. 175.
Grauidæ si mẽses prodeũt debilis, tenuis, ac pallida fit. 171. & debilis fœtus. 171.
Grauidæ mammæ graciles repente factæ abortum significant. 173. & quo tempore. 173.
Grauidæ tenio facit quã doq; abortum. 225.
Grauidæ alnus profluens est periculum abortus. 172. quandoque autem iuuat. 172. præter natu rã tenues abortiũt. 176. si vena incidatur, abortit. 171.
Grauidam corripi à morbo acuto lethale. 171.
Grauidæ valde febrientes non vacant periculo. 180.
Grauidæ uter' erysipelate correptus, lethale. 176.
Grauidæ quando sint purgandæ. 120.
H
Hæmorrhoidarũ causæ. 118.
Hæmorrhoides obstructæ minantur hydropẽ, vel tabẽ. apertæ quibus conferant. 195. 196.
Hepar aqua pleniũ quo pacto fiat, et curetur. causa est pituita. signa. 233.
Hepate inflãmato singultus malum. 222.
Hepatis dolor est cum inflammatione, et absque. 232. Iecur.
Hominis natura. sine partes naturales q̃ sint. 115
Horror quid, à qua causa, & quomodo. 217. curatio 233. est debilissimus rigor. 189.
Humectantia quæ. 134.
Humiditas summa quos pariat morbos. 104.
Humor dum mouetur, sistatur, vel emacuet. 47. quomodo sistatur. 47.

eruditis quando sit euacuandus. 43. concocti, redantis, ac expellendi signa. 42. cõcoctus est euacuãdus si redundet. 42.
Humoris concoctioni confert quies, & alia. 127.
Humor morbum faciens, ea parte, qua proximus est, educatur, et qua parte singulis exitus quam proximus sit, extrahatur. 40.
Hydropum duæ naturæ. 124. hydrops qua de causa fiat. 102. quot modis, & quibus ex causis fiat. 196. cura est aquæ defluxus. 197.
Hydropes lethalissimi, ac plurimi fiunt à quibus, & quando. 110.
Hydropis siccæ notæ. 124.
Hydropici secti qui pereant. 201. & de sectione. 201. 202.
Hydropicus quis sanabitur, & quis desperatus. 204.
Hydropicis vlcera difficilia. 194.
Hyemis natura propria est, si moderata sit, neq; valde clemens, neque valde frigida. 110.
Hyems est frigida, & humida. 99.
Hyems, & æstas sunt tempora anni fortissima, & contrariũ. 102.
Hyemales morbi fiunt circa caput, & supra septũ transuersum. 112. & qui. 112.

I

Icteritia ante septimum mala. 151.
Icteritia in febre ante septimũ non est perniciosa, si purgatio fiat. 150.
Icterici non admodum flatuosi sunt. 190.
Iecur dolens soluit febris, si absque materia inflammante fiat dolor. 206.
Iecur vulneratũ lethale. 199. l. hepar.

Ieiunium facilè, ac difficilè ferentes qui. 29.
Ilei quando, & qua de causa. 111.
Ileos ex vrinæ Flillicidio accidit, nisi febris vrinã soluat. 207: duplex est, per se, & per consensum signa. causæ. 207. 208. signa indicantia, & prognostica. 219.
Impleri quot modis dicitur. 57.
Impura corpora quæ. 57.
Inanitio uasorum quid sit. 9. 10
Inanitio uasorum fit per tria instrumenta; diætam scilicet, pharmaciam, & chyrurgiam. 9. l. Vasorum inanitio.
Inconcoctio fit ab imbecillitate, & frigiditate. 192.
Infantiũ morbi. 113. vomitus, tussis, pauor quid significat, & à qua causa. 113.
Insania fit à pituita, aut à bile. 211. & signa. 211. 212. 112. signum est surditas in febre. 134 quos capiat autũno sicco. 104. Insaniam quæ iuuent. 217. hæmorrhoides, vel narices obortæ. 200. l. Desipientia, delyrium.
Intestini dolor curatus à morbo articulari. 86.
Intestinum tenue vulneratum lethale, quia non coalescit: 199. 200.
Intestinorũ difficultas. l. Dysenteria.
Intestinorum leuitas. l. Lienteria.
Iudicium difficile est quo ad se, & quo ad medicum. 46.
Iudicium sine crisis perfecta quæ, & à qua causa. 38. 39.
Iudicari in morbis quid sit. 38.
Iuuentus æstati respondet. 150.

Iuuenum propriæ ægritudines. 116.
Iuuenes cur magis acutis morbis corripiuntur, q̃ſenes. 31.
Iuuenes melius degunt qui aluum humidam habent, quam qui ſiccam, & cur. 91.

L

Labores duplices, naturales, & violenti, & qui. 60.
Labor præcedit laſſitudinem. quid ſit, à qua cauſa. 87.
Lachrymæ ſpontaneæ, & non ſpontaneæ in febribus malum. 146.
Lactis natura ad vſum hominis quæ, & quot, quibus morbis, quibus naturis. 186. 187.
Laſſitudo quid, & a qua cauſa. 87. & quot ſpecies. 87. cauſa. 135.
Laſſitudo duplex, à cauſa manifeſta, & occulta. et dicitur laſſitudo ſpontanea. 51. à cauſa manifeſta eſt triplex, & quæ. 51. 52. ſpontaneæ cauſa quæ ſit. 52. in febre denunciat abſceſſus in articulos, & circa maxillas. 135.
Lateris doloris cauſa, & modus. 165.
Lethargi, ac phrenitides eundem locum occupare videntur. 118.
Lethargiæ ſignâ. 118.
Lienoſi ſi à diuturna capiantur dyſenteria pereunt. ſi à breui; ſanantur. 207. 209.
Lienoſorum ſigna. 209.
l ſplen.
Lienteria à qua cauſa, & quomodo fiat. 125. cauſæ, & ſigna. 236. cauſæ. 102. 191. curatio. 126.
Lienteriæ nocet vomitus tempore hyberno. 125.
Lienteriæ longæ acidus ructus ſignum bonum. 191.

Lippi-

Lippitudinis causæ, signa. 198.
Lippitudines fiunt ab humiditate calfacta. 101.
aridę à qua causa. 103.
Lippientẽ iuuat alui profluuium. 198. & alia.
Loca, & regiones, & aliæ circunstantiæ morbos curant, & gignunt. 95.

M

Mala supra mala considerat medicus. 213.
Mas vt generetur. et causa. 198.
Masculi futuri signum. 174. generatio. 174 signum est mulier bene colorata. 175.
Medicina est ars omniũ præclarissima. & quæ et quot necessaria. 7.
Medica ars ex tribus constat, morbo, ægroto, & medico. 9.
Medicus quæ rectè, ac secundum rationem faciat. 50. agat, & præcipiat. 6. quæ, & quomodo, & quæ cognoscere oporteat. 7.
Medici iudicium circa quæ sit. 6.
Medicus quo pacto morbos consideret. 193.
Medici instrumentis vtitur tribus, diæta, pharmacia, & chyrurgia. 9.
Medicamentum quo pacto sit considerandum ac cognoscendum. 4. 5.
Medicationes difficiles sunt ante canem, & sub cane. 122.
Medicari æstate superiores magis, hyeme inferiores, & contra. 121.
Medendũ non est in magnis temporum mutationibus. 122.
Medicationes ægrè ferũt sana corpora, & qui prauo vtuntur victu. 80.
ante Medicamentum, vt elleborum humecta corpus eius, qui non facilè

.ſuprà purgatur. 126.
Medicamenta talia edu. cant, qualia ſponte prodeuntia: contrà, cohibe. 121.
l. purgatio.
Melancholicus humor à quibus cauſis. 72.
Melancholicorũ progno ſtica ſigna, & indicantia. 212.
Melancholiæ ſigna eſt lingua tremula, & cur. 228.229.
Melancholici purgentur per inferiora. 124.
Melãcholia. l. Aira bilis.
Menſes moderati qui, & quot. 181.
Menſes decolores non eodem tempore venientes, arguunt purgationẽ totius, vel veteri. 173.
Menſium ſuppreſſorũ ſigna. 179.
Menſes virgini non prodeuntes quæ adſint ſigna, & curatio. 170.
Menſium defectũ arguit lac. 174.
Menſes non prodeuntes quæ mala inferant. 177.
ſanguis ex naribus bonum. 122.
Menſibus immodicis morbi ſuccedunt, ſic ſuppreſſis, & cur. 180.181.
Menſes cohibet cucurbitula ad mammas appoſita. 179.
Mentis non ſanæ in morbis nota eſt non percipere dolorem. 32. *aliæ notæ.* 52. 53. *curatio.* 53.
Mictio plurima nocturna. 157.
Morbus quid. 60. *cauſa, quo modo, & parte curanda.* 40 *quo modo cognoſcendi.* 6.
Morborum cauſæ materiales quæ. 63.64. *ſunt quatuor humores.* 136.
Morbum facit cibus ſuperfluus. 60.
Morborũ alij longi, alij breues: breuiũ alij acuti,

ti, alij non acuti. 113. alij salubres, alij lethales, alij dubij. 61.

Morbos procreant, & circumant anni tempora. 95.

Morborum omnis generis natura ferax est à decimo quarto anno ad quadragesimũ secũdũ. 115.

Morbi causa dupliciter cõsideratur, ratione propria, & effectus. 43.

Morbus est, vbi sudor. 138. vbi calor, vel frigus. 138.

Morborum omniũ vnus & idem modus, locus autem differentiam facit. 139. differunt quo ad causas, & quo ad accidentia. Graues magis, & minus. quo pacto à medico sint considerandi. 193.

Morbi ab humore, vel absque humore factisi gnum est si vel repente, vel non repẽte fiat. 206.

Morbi vernales q. 107.

æstiui qui, quomodo. 109. autumnales acutissimi, et perniciosi: vernales saluberrimi. 99. autumnales quãdo sint expectandi. 95. & qui. 110. hyemales q. 112.

Morbi omnes in omnibus temporibus fiunt, sed magis in quibusdam. 101.

Morborum accessiones, & constitutiones quatuor indicent. 27.

Morbi qui ætates sequuntur. 113.

Morboriũ initia, & fines imbecilliores, & symptomata. 77. vigor quis sit. 20. vigoris huius signum. 20.

Morbi initio aura bilis exitus lethale. 130. 131.

Morbi initio cur purgatio cõferat, et quãdo. 46

Morbi cõstates q. 27. 98.

Morbi difficilè soluũtur, qui à validissima parte

ad

ad debiliorem transie-
rint. 29.
Morbi longitudinem si-
gnificat mutatio corpo-
ris ex calido in frigidũ,
vel alias: sed repente.
138. item sudor frigi-
dus. 137. & alia. 138.
139.
Morbum longum signifi-
cat corpus non contabe-
scens. 75.
Morbi longi in senibus
pernicios. 81.
Morbis longis cibi fasti
diũ malũ est. 217. 218.
Morbus brevis quis sit.
115. 116.
Morbi gravissimi, fortiss.
ma corporis parte fiũt.
20.
Morbus summus qs. 18.
Morbi securissimi qui,
& curatio opponi se
causæ. 63.
Morbi securitatẽ, & bre
vitatem quæ urina si-
gnificet. 153. contrà per
nicium & diuturnita-
tem. 156.
Morbus acutus in supe-
riori fit ventre. 146.
Morbi acuti gradus ha-
bent. 17.
Morbus valde acutus
est, qui statim consistit.
21. peracutus extremos
habet labores. 18.
Morbi acuti principium
quod. 45.
Morbi acuti principium
ad quot dies extenda-
tur. 45.
Morbi acuti cur ætati vi
rili contingant. 117.
Morbi acuti dubij sunt.
61. 62.
Morborũ acutorũ signũ
pessimum est tumor du
rus, & doloros in dex
tro hypocundrio. 145.
Morborum acutorum si-
gna lethalia. 145.
Morbis acutis rarò præ-
be purgationem in prin
cipio. 45.
Morbo acuto tenuis vi-
ctus, & quis sit victus
tenuis.

rennis. 23. 24.
Morbis acutis rarò purgan- dum, & in principio, ac cautè. 45. l. Acutus morbus. 161.
in Morbis mente constare, & ad ea, q̃ offeruntur, bene se habere, bonũ, contrà malum 78.
Morbus congruens naturæ, & tempori minus est periculosus, quàm contra. 80.
Morbi curãdo q̃, & quot competant. 3.
Morborũ curatio est, si à fluxione fiat, sedare cà: si ab alia causa, eam. sedare. 191.
Morbos à principio curari oportet. 191.
In Morborum principijs, mone, si videtur. cũ urgent, non. 76.
Morbos à repletione curat inanitio, ab inanitione repletio. 63.
Morbos quæ euacuatio curet. 149.
Motus animalis vnde. 161.
Motus turbat corpora. 126.
Mouere quid significat. 42.
Mulier cur podagra non laboret. 202.
Mutatio temporũ, et aliorum circumstantiũ triplex. parua est securissima, maxima, & repentina parit morbos. 93.
cur mutationes morbosæ. curat etiã morbos. 93.
Mutatio quæuis summa periculosa & cur. 89.
Mutus à qua causa fiat, & quomodo. 159. statim à quo. 161.

N

Nariũ sanguis plurimus quibus moueat, moderatus iuuat. 159.
Natura corporis nostri duplex est, vniuersalis, & particularis. 11.
Natura hominis quid sit. 94.

Naturæ

Naturæ aliæ ad æstatem, aliæ ad hyemem bene, maleve se habent. 94. sic ad alias circun. 94.

Natura uergit, quid significat. 40.

Naturales partes inter se respondent, & seipsas respiciunt, ac res nõ naturales, circunstantes, ac præternaturales. 94.

Neruosa natura frigida tristatur. 16.

Nimium omne noxium. 89. duplex est, secundũ substantiam, & secundum aliud. 89. l. Excessus.

Nutrimentum duplicem habet substantiam. leue, & graue quid. 61.

Nutritio non competit impuro corpori. 56. 57. sit tẽpore definito quod est trium dierum. 67. l. alimentum.

O

Occasio quid sit, & ad eius cognitionẽ quæ sint necessaria. 4.

Oculorum dolores quæ sanent. 203.

Oculorum notæ lethales in acutis. 211.

Omentum excidens putrescit. 213.

Oris exulcerationes à qua causa. 113.

Oscitationis curatio. 233.

Osse ægrotante caro liuida malum.

Ossis præcisi signum malum est stupor, & desipientia. 221. 224. exuti erysipelas malũ. 223.

P

Partui difficili confert spiritus retentio, & sternutatio. 172.

Peripneumonia ex pleuritide malũ, sed securior, quam quæ ab initio. ad hanc quæ corpora parata. 219. 220. sit ex febre ardente, & quo pacto.

&c. 200.
Peripneumoniæ nocet alui profluuium. 198.
Perturbatio ventris quid sit. 10.
Phlebotomia quibus pro dest; ea vere fiat & cur. 208. 209. 212.
Phrenitis quid sit. 118.
in qua parte corporis fiat. signa. causæ. modus generationis. 220.
quæ urina, & egestio mala. 154.
Phthisis. l. Tabes.
Pilorum radices exurit pituita calfacta. 164.
Pituita duplex, crassa, & subtilis. 167.
Pituitæ species multæ.
alba pituita quid. signa. curatio. 225.
quomodo ea fiat hydrops. 236.
Pituita augetur hyeme. 112. est frigidiss. uiscosiss. 112.
Pituita cur, & quando non defluat in uenas. 117. cur defluat, & ubi. 153.
Pituita in sanguine defluens quæ mala indicat. 161. 162.
Pituita, & bilis in qua parte constiterint, labo-rem, & dolorem foriem exhibeni. sedes. lasiones. 232. 233.
Pleuritis quo pacto fiat. 165.
Pleuritide raro tenentur acidum ructantes, & cur. 203. 204.
Pleuritici sputum si circa initia appareat, morbum breuiat. 27.
Pleuritidi nocet alui profluuium. 198.
Pleuritis quando ad suppurationē uertat. 162.
purgatæ signa. 162. suppurati qui sanent. 165.
Pluuiæ longæ quos pariunt morbos. 104.
Podagra quid sit, à qua causa. est duplex, aliena cōgenita, aliena. 200.
ad curationem q. 210.

Podagræ causæ, & cur eunuchi nõ laborẽt. 202
nec pueri, nec mulieres. 203.
Podagrici quando quiescant. cur tardè quiescãt. 209. afficiũtur vere, & autumno. 212.
Podagrã quæ sanẽt. 202
Podagricos affectus tollit frigida. 170.
Potuio quo pacto dolorium pariat, & rigorem. 218.
Potio quibus cõpetat. 25.
Potus cur facilius implentur, quàm cibo. 57.
Præparetur corpus ante purgationẽ, & quot modis, & quando. 54.
Ptisana vires. 23.
Pubertas quænam sit ætas. 115.
Puerorũ tẽperaturæ. 31.
cur vere optimè degũt. 106 cur natura plurimũ tribuerit calorẽ. 30
Pueri quibus signis cõuulsiones, & quibus nõ. 114.
calculosi à qua causa. 114.
Purgationi faciẽdæ quæ, & quot necessaria. 45.
Purgatio cauta respicit naturã ægri, morbum, tempus anni, & regionem. 45. confert, & facilè fertur. 47. 121.
Purganda quæ sint. 11.
quando humor sit paratus. 129.
Purgetur totũ corpus si universa sint morbosa. 173.
Purgatio in morbi initio quãdo sit facienda, quibus signis. 46.
Purgatio quibus prodest, ea vere fiat, & cur. 208. 209.
Purgationis per superiora faciendæ signa. 127.
per inferiora signa. 128.
129. quo modo per superiora sit facienda. 128.
Purgare superius graciles, & facilè vomentes, non hyeme. 122.
Purgare multũ oportet, quæ

quæ infrà prodeunt, lon Pus diu cõsistit, cur dolor, gius à indicatione. 45. ac febris accedat. 86.
Purgare inferius difficul Pustulæ latæ. 194.
ter carnosos, & lzeme. Q
123. Qualitates primæ remit-
Purgationes inferiores iuntur, non concoquun-
sunt incommodæ exie tur: alia verò cõtra. 41.
malis. 80. Quartana febris æstiua
Purgationis vtilis signa brumis quandoq; longa.
duo, huius tolerantia, & autumnalis omnis lon-
sublevamentum. 9. ga, & cur. 72 cur cæte
Purgat signum est stitis. ris diuturnior. 110.
128. Quartana liberat à con-
Purgatio superflua si pa- uulsione. 190. est febris
riat conuulsionẽ, vel sin omnium securissima, &
gultum, malum. 149. à magnis morbis libe-
Purgatio summa vt helle- rat. 190.
bori non competit sano. R
127. Raucedines, & grauedi-
Purgatio ellebori quan- nes nõ coquuntur in val
dò magis competat & de senibus, & cur. 82.
qui. 126. Recidiuæ quæ, & quot re
Purgatio vt ellebori quo quirant 149. signa. 57.
maior fiat meue corpus. 58. 59. 154.
127. l. medicamenta. Remedia extrema extre-
Puris generatio quæ, & mis morbis. 17.
modi. 223. 224. ex quo Renum dolor. 156. morbi
fiat. 87. quatuor. 227. affectorũ
Pus optimum. 229. 230. signum. 155.

Renes quàdo sanguinem emittant. 156.
Renum vitia in senibus difficilè sanantur. 193.
Renum, & vesicæ vlcus significat micto puris, aut sanguinis. 155. 226
Repletiones extremæ graues sunt. 161
Res nõ naturales quæ, & modum habeant. 50. 1. naturales.
Reuulsio duplicem habet modũ. 149. quãdo opitima. 193. quãdo facienda. 40.
Rigores à quibus fiãt causis, quibus ex partibus. 189. quid sit. 189.
Rigoris causa, & modus. 150. 151.
Rigorem quæ partes nostri corporis maximè percipiant. 165.
Rigor contrahit carnem, & venas, & simul pituitam, & bilem secernit. 165.
Rigores in febribus sexto die difficilis sunt iudicij. 134.
Rectus acidi à quæ causis. 191.

S

Sanguis vere augescit ab imbribus, & calidorũ dierũ tepore. 108. 209.
Sanguis quibus operationib⁹ superet alios humores, qui ei miscẽt. 159. fit serosus, & calidus sibili misceatur. 220.
Sanguine frigescente necesse est totum corpus perfrigerari. 189.
Sanguinis fluxus plurimus quãdoq; parit convulsionem, aut singultum. 159. fluxus multus in febre arguit alium humectationem. 134.
Sanguis supra quo modo malus. 132.
Sanguinis fluxus vtilis, & noxius quis. 132.
Sanguinis missio à qua parte, quæ significent. 228. 157.

Sangui-

Sanguinis vomitum cu-
rant menſes prodeun-
tes. 171.
Sanguinis vomitus à qua
cauſa, & quo modo, &
parte. 227.
Sanguinis ſpumoſi ſpu-
tum à qua parte. 221.
qua de cauſa vt ſa-
netur, quæ opus ſint.
221.222.
Sanguinis ſpuitio à qua
parte, ſi ſpumoſa ſit.
164.
Sanguinis profluuiũ quæ
mala inferat. 219.
Sanguis in vtero reten-
tus quæ incommoda in
ferat. 177.
Sanitas mediocritas quæ
dam eſt. 12.
Sanitas in temperie con
ſiſtit. 101.
Sanus homo quis dica-
tur. 11.
Sanus eſt homo, ſi ſecun-
do die fæces emittat,
tertio humiditates ex-
crementitias. 67.
Sapiẽtia à quo fiat. 161.
cauſa eſt ſanguis. 218.
locus eſt cerebrum non
læſum, & quæ ipſum
lædãt ad deſipientiam.
211.212.
Sectio in hydropicis quo
pacto facienda, & quan
do lethalis. 201.
Sectionis hydropicorum,
vel ſuppuratorum ma-
lum ſignum. 229.
Secundarum expellenda-
rum remedia. 178.
Semen eſt radix omniũ
morborum. 107.
Senum corpus eſt frigi-
dum, & paucum habet
calorem innatum. 30.
Senum temperatura. 31.
Senectus triplex. 82.
Senectus eſt ſimilis hye-
mi. eius natura frigi-
da, & humida. 118.
incidit in morbos duas
ob cauſas. 119.
Senib⁹ defluxiones fiũt ob
raritatẽ, & colliquatio-
nẽ venarũ. vnde vel pe-

veunt, vel semissy derati viuunt. 102.
Senes minus ægrotant iuuenibus, & quæ de causa. 81.
Sens à morbis longis correpti pereunt. 81.
Septum transuersum est locus delyrij 220.221.
vulneratũ lethale.199.
Siccitas quos pariat morbos.97.104 nõ vna est sed alia est propria temporis, alia aduentitia. 97.
Siccitas est humiditate salubrior.84. 127.
Siccitates aliæ austrinæ aliæ aquilonares. 97.
Siccitas trahit ad se humiditatem. 117.
Siccum corpus morbos magis detinet, ac dolit. humidum magis diffluit, tamen morbos longos facit. 104.
Singultus quid sit, & quibus de causis. 206. causa per consensum. 181.
Singulum curat sternutatio. 196. utrũ sit ventriculi, an pulmonis affectio. 197. sit à repletione, & ab inanitione. 197. sit à superflua purgatione. 159. à plurimo sanguine fluente. 159. superflua purgatione malum. 229 quando malum. 216.
Sitis remedium est dormire. 170.
Somnus in morbis quis letifer, & quis salubris. 48.49. cur animali datus. 48.
Somnus utilis, ut qui delyrium sedat. 49. immodicus malus. 50.
Somnus confert concoctioni. 33. 34.
Somni vsus. 50.
Sorbitio quãdo sit dãda. 15.24. duplex. 25. propinet morbo cõcocto. 13.
Spũs offendens quis sit. 132. quæ mala significet. 152. in febribus cõmissio

mulſionẽ ſignificat. 152.
Spirandi difficultas quæ ſit. 145.
Splenes magni à qua cauſa. 110. l. lien.
Spontaneum quid, duplex eſt. 10. 11.
Spuma ex ore à qua cauſa. 161.
Sputũ puris à ſanguinis ſputo. 221. 221. quãdo tabes. 221.
Sterilis mulieris ſigna. 184. cauſæ. 184. viri ſigna. 185. 186.
Sternutamentum à qua cauſa. quid mali: quid boni ſignificet. 231. 232
Sternutamẽto quibus affectibus utilis ſit, & quibus non. 197.
Strangulati, quibus ſpuma circa os fuerit, pereunt, & cur. 83.
Strangulationes circa cor parat præcompreſſionẽ. 174.
Strumoſa tubercula. 114.
Stupor attonitos reddit ſe nes, ubi humor totus ve ſolutus incubuit, & ex imbecillitate caloris con creuit. 102.
Sudoris origo intrinſecus exiſtit. 179.
Sudor magis fit dormiendo, q̃ vigilando. 139.
Sudores optimi qua. 147.
Sudores boni qui, quando. 137. frigidi mortẽ, vel morbi longitudinẽ ſignificant. 137. à qua cauſa fiat ſudor. 137. à qua materia. 137. calidi cur frigidis meliores. 138. ubi ſudor, ibi morbus. 158
Sudor frigidus morbum longũ ſignificat. 139. calidi materia. 139. frigidi peſſimi qui. 139. 140.
Sudor multus ſano morbum ſignificat. 139. ſiue calidus, ſiue frigidus. 139.
Sudor multus ex ſomno ſignificat corpus vti plu-

vi cibo, aut indigere eum. cuatione. 139.
Sudores fiunt in febribus quando æstas sit veri similis. 97.
Suffimenta aperiunt os vteri. 170.
Suffocatio à qua causa fiat. 161.
Summum in morbis quot modis dicatur. 18.
Suppurati ventres à qua causa, & modus. 223.
Suppuratio fit pluribus de causis. 115. causæ, et signa. 228. signa. 165.
Suppurationis diuturnæ, ac breuioris signa. 165. salutariæ, & lethales. 166.
Suppuratus sit tabidus, si siccior fiat. 166.
Suppurati qui fiant ex pleuritide, quæ significent. 162. diu. 162.
Suppurati vsti pereunt, si vniuersum pus effluat, quando vrendus. signa lethalia impure. 201.
Surditas in morbis est mala. 149.
Surditas curatur à biliosa dejectione. 134.
Suspiria in morbis quid significent. 217.
Syderatio ex Arist. 102.
Syderatus fit homo, sanguine perfrigerato à bile. 159.
Syncopis causa. 231.
Syncopis in fluxu muliebri malum. 180.

T

Tabis tres species. quomodo fiant, causæ. modi. 162. 163. periculosissimæ quæ. 163. causa. 103. 116. Dorsalis. 116.
Tabes quibus ex causis fiat. 196. modus generationis. 196.
Tabitudo cur à siccitate 105.
Tabes sit à puris spurcitie tabidis q̃ eueniat. 222.
Tabis lethalis signa. 163. 164.
Tabes ex pulmone. 163.

ex

ex vena causa. 162.
Tabidis malis est auti-
nis. 100. & ver. 120.
Tabidi nõ vomam. 123.
Temporũ mutationes ma
ximæ quæ 93. 122. l.
mutationes.
Temperies à quibus sol-
uatur. 101.
Tempestiua euacuatio,
quid sit. 44.
Terroris, ac timoris cau-
sa. 152.
Tertiana febris exquisita
fit a bile. 148. in septẽ
circuitibus indicatur.
& in quinque, septem,
vsque ad nouem. 148.
Tertianarijs nox grauis
ante accessionem. 59.
Tetani qui. 160.
Tetani ires, & signa indi
cantia vniuscuiusque.
160. 161. præsagium
quod. 160.
Thorax cur frigore triste.
tur. 168.
Timet præ caliginosita-
te. 174.
Timor quo pacto fiat, &.
à qua causa. 200. 152.
Tormina à flatu fiunt.
125.
Tuberculi intus ruptu-
næ. 218.
Tumores molles boni, cru
di mali. 181.
Turgere quid significat.
43 44 46.
Tussis à qua causa fiat.

V.

Valetudinarij signa.
192.
Vasorum euacuatio oppor
tuna quæ. 17.
Vasorũ inanitionẽ dum
facit, medicus inspiciat
quatuor. 32.
Vasorum inanitio. l. Ina
nitio.
Venæ gaudent calido:
quia sunt in calido,
& regi adsuetæ sunt.
Venæ ruptæ in pulmone
signa. 164.
Venas rumpit frigidum.
169.

Venæ sectio à manibus, scit. 199.
& pedibus innat conce *Vesicæ scabiosæ signa* 115.
prionem. 171. *Victus differētia triplex,*
Vena qua de re aperia- *potio, sorbitio, & ci-*
tur, vel rumpatur faci- *bus.* 15.19.
lius, vel difficil us. 116. *Victus respicit propriam*
Venter quid sit. 33. *naturam, & insequen-*
Ventris dolores fortes, & *tia naturam.* 13.14.
debiles. 194. *& q̃ sit natura eius.* 14.
Ventriculi vnà cum tem- *Victus non tendat de ex-*
poribus mutantur. 122. *tremo in extremũ.* 14.
Ventriculus vulneratus *Victus quando tenuis ex-*
lethale. 199. *hibeatur, & quando*
Ventriculus cur frigore *non.* 15. *& quibus.* 16.
vigetur. 168. *Victus in acutis quando*
Ver est calidum, & hu- *sit subtrahendus.* 21. *&*
midum natura, & effe- *quo modo instituendus.*
ctus. cur saluberri. 99. 21.
Vere qui morbi fiãt. 107. *Victus additio, & abla-*
sanguis viget. 108. *tio fiat paulatim.* 21.
Vertebræ luxationes. 114. *Victus qualis in morbis.*
Vesica calculosa quæ, & 18.
signa. 156. *Victus ratio instituatur,*
Vesicæ vitia in senibus *habita ratione naturæ*
difficilè sanantur. 193. *agri, morbi, & alimen-*
Vesicæ vlceratæ signa. *ti.* 21.22.
157. *Victus humidus quis sit.*
Vesicæ desciſſa lethale 34.
quando: quoni à nõ coale *Victus tenuis q̃s.* 23.24.

Victus tenuis ſpecies ſim plices tres, compoſita no uem. 19.

Victus tenuiſſimus quis. 19.

Vigil arium vſus malus. 50.

Vigilie immodicæ malæ. 50.

Virilis ætas quot obtineat morbos. 117.

117.

Viſcerum dolores in febribus malum. 151.

Vlcera gaudent calido, quia tegi adſueta ſunt. 167.

Vlcera annua quid efficiant. 208.

Vlceris pulſamis cauſa. 223.

circa Vmbilicum dolores à qua cauſa. 125.

Vmbilici inflammationes quomodo. 113.

Vomitus ficultates. 122.

qui apti ad vomitum. 123 *quo anni tempore.* 123.

Vrina tenuis eſt. 227.

ſignum. 153.

Vrina optima quæ bona, mala. varia prognoſtica. 226.235.

Vrinæ quæ proſint. 125.

Vrina craſſa eſt à pituita. 220.

Vrinæ difficultatem, & ſtillicidiũ quæ iuuent. 204.205.

Vrinæ ſtillicidium vbi fiat. 157. *à quibus cauſis, curatio.* 157. *à ſicco quomodo.* 105.

Vrinæ ſtillicidij cauſæ per conſenſum. 181. 182.

Vrinæ ſtillicidium, & difficultas eſt in duplici differentia. curatio. cauſæ. 230.

Vrina à fiſtula tuberculoſa. 157.

Vſtio in ſuppuratis quo pacto ſit facienda, & quando lethalis. 201.

Vſtionis malum ſignum

INDEX

in suppuratis, & hydropicis. 229. *instrumenta.* 230.

Uteri quando sint purgandi. 173.

Uteri erysipelatis signa. 176.

Uteri os durum quomodo mollescat, conclusum, quomodo aperiatur. 180.

Uteri pituita pleni quomodo noscas. 176.

Uteri suppurati quomodo curentur. 177.

Uteri vas ægrum significat, si mammarum papillæ, & color, aliàs rubor pallidus fuerit. 173.


Vulnera lethalia, & in qua corporis parte. 199.

FINIS.

BIBLIOTECA STENO
VENEZIA
VENETO

Fondo
antico
L 133

41302
5



ATENEO VENETO
VENEZIA

Hipp.
Aphoris

ATENEO VENETO
1 1 1
ATEN O
BIBLIOTE CA
9
a
242
VENEZIA